

PLATONIS

QUAE EXSTANT

OPERA.

ACCEDUNT

PLATONIS QUAE FERUNTUR

SCRIPTA.

AD

OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM

RECENSUIT

IN LINGUAM LATINAM CONVERTIT

ANNOTATIONIBUS EXPLANAVIT INDICESQUE

RERUM AC VERBORUM ACCURATISSIMOS

ADIECIT

FRIDERICUS ASTIUS.

TOMUS SECUNDUS

THEAETETUM, SOPHISTAM ET VIRUM

CIVILEM CONTINENS.

LIPSIAE MDCCCXX.

IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

Θ Ε Α Ι Τ Η Τ Ο Σ.

ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ ΤΕΡΨΙΩΝ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΘΕΟΔΩΡΟΣ
ΘΕΑΙΤΗΤΟΣ

EUCLIDES TERPSION

SOCRATES THEODORUS
THEAETETUS

ΕΥ. Ἆρτι, ὦ Τερψίων, ἢ πάλαι ἐξ ἀγροῦ; 142

ΤΕΡ. Ἐπιεικῶς πάλαι· καὶ σέ γε ἐζήτουν κατ' ἀγορὰν καὶ ἐθαύμαζον ὅτι οὐχ οἷός τ' ἦ εὑρεῖν.

ΕΥ. Οὐ γὰρ ἦ κατὰ πόλιν.

ΤΕΡ. Ποῦ μήν;

ΕΥ. Εἰς λιμένα καταβαίνων Θεαιτήτῳ ἐνέτυχον φερομένῳ ἐκ Κορίνθου ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου Ἀθήναζε.

ΤΕΡ. Ζῶντι, ἢ τετελευτηκότι;

ΕΥ. * Ζῶντι, καὶ μάλα μόγις· χαλεπῶς μὲν γὰρ ἔχει B
καὶ ὑπὸ τραυμάτων τινῶν, μᾶλλον μὴν αὐτὸν αἱρεῖ τὸ γεγονὸς νόσημα ἐν τῷ στρατεύματι.

ΤΕΡ. Μῶν ἡ δυσεντερία;

ΕΥ. Ναί.

ΤΕΡ. Οἷον ἄνδρα λέγεις ἐν κινδύνῳ εἶναι!

ΕΥ. Καλόν τε καὶ ἀγαθόν, ὦ Τερψίων· ἐπεί τοι καὶ νῦν ἤκουόν τινων μάλα ἐγκωμιαζόντων αὐτὸν περὶ τὴν μάχην.

ΤΕΡ. Καὶ οὐδέν γε ἄτοπον, ἀλλὰ πολὺ θαυμαστό-
τερον, εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν. ἀτὰρ πῶς οὐκ * αὐτοῦ Μεγαροῖ C
κατέλυεν;

ΕΥ. Ἠπείγετο οἴκαδε· ἐπεὶ ἔγωγ' ἐδεόμην καὶ ξυνεβούλευον, ἀλλ' οὐκ ἤθελε. καὶ δῆτα προπέμψας αὐτόν, ἀπιὼν πάλιν ἀνεμνήσθην καὶ ἐθαύμασα Σωκράτους, ὡς μαντικῶς ἄλλα τε δὴ εἶπε καὶ περὶ τούτου. δοκεῖ γάρ μοι ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου ἐντυχεῖν αὐτῷ μειρακίῳ ὄντι, καὶ ξυγγενόμενός τε καὶ διαλεχθεὶς πάνυ ἀγασθῆναι αὐτοῦ τὴν φύσιν. καί μοι ἐλθόντι Ἀθήναζε τούς τε λόγους οὓς διε-

Eu. Modo, Terpsio, an diu rure?

Ter. Satis diu; quin etiam te quaerebam in foro et admirabar quod non possem te invenire.

Eu. Neque enim eram in urbe.

Ter. Ubi vero?

Eu. In portum descendens Theaetetum offendi qui ferebatur Corintho e castris Athenas.

Ter. Vivumne, an mortuum?

Eu. Vivum, at bene aegre; quum enim graviter se habet a vulneribus aliquibus, tum etiam magis affli-ctatur morbo qui in exercitum invasit.

Ter. Num ex intestinis laborat?

Eu. Ita.

Ter. Qualem dicis virum in periculo versari!

Eu. Honestum vero ac bonum, Terpsio; sane enim etiam nunc audivi aliquos vehementer eum laudantes ob pugnam.

Ter. Et minime id quidem admirabile, sed multo magis mirandum foret, si non esset talis. at cur non huc Megaram devertit?

Eu. Festinabat domum; quamquam equidem oravi ac suasi, sed nolebat. et sane, quum eum prosequutus essem, huc rediens recordatus et admiratus sum Socratem, quam praesagiente animo quum alia tum de hoc dixisset. etenim, si bene memini, paullo ante mortem offendit illum adhuc adolescentulum, et quum esset cum eo atque colloqueretur, valde admiratus est eius indolem. atque mihi, quum profectus essem Athenas, sermones quos cum eo contulerat narravit, et il-

λέχθη αὐτῷ διηγήσατο, καὶ μά*λα ἀξίους ἀκοῆς, εἶπέ τι D
ὅτι πᾶσα ἀνάγκη εἴη τοῦτον ἐλλόγιμον γενέσθαι, εἴπερ εἰς
ἡλικίαν ἔλθοι.

ΤΕΡ. Καὶ ἀληθῆ γε, ὡς ἔοικεν, εἶπεν. ἀτὰρ τίνες ἦσαν οἱ λόγοι; ἔχοις ἂν διηγήσασθαι;

ΕΥ. Οὐ μὰ τὸν Δία, οὔκουν οὕτω γε ἀπὸ στόμα-
τος· ἀλλ' ἐγραψάμην μὲν τότ' εὐθὺς * οἴκαδ' ἐλθὼν ὑπο- 145
μνήματα, ὕστερον δὲ κατὰ σχολὴν ἀναμιμνησκόμενος ἔγραφον καί, ὁσάκις Ἀθήναζε ἀφικοίμην, ἐπανηρώτων τὸν Σωκράτην ὃ μὴ ἐμεμνήμην, καὶ δεῦρο ἐλθὼν ἐπηνωρθούμην. ὥςτε μοι σχεδόν τι πᾶς ὁ λόγος γέγραπται.

ΤΕΡ. Ἀληθῆ· ἤκουσά σου καὶ πρότερον· καὶ μέντοι ἀεὶ μέλλων κελεύσειν ἐπιδεῖξαι διατέτριφα δεῦρο. ἀλλὰ τί κωλύει νῦν ἡμᾶς διελθεῖν; πάντως ἔγωγε καὶ ἀναπαύσασθαι δέομαι, ὡς ἐξ ἀγροῦ ἥκων.

ΕΥ. * Ἀλλὰ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς μέχρι Ἐρινοῦ Θεαί- B
τητον προὔπεμψα, ὥςτε οὐκ ἂν ἀηδῶς ἀναπαυοίμην. ἀλλ' ἴωμεν, καὶ ἡμῖν ἅμα ἀναπαυομένοις ὁ παῖς ἀναγνώσεται.

ΤΕΡ. Ὀρθῶς λέγεις.

ΕΥ. Τὸ μὲν δὴ βιβλίον, ὦ Τερψίων, τουτί· ἐγραψάμην δὲ δὴ οὑτωσὶ τὸν λόγον, οὐκ ἐμοὶ Σωκράτη διηγούμενον ὡς διηγεῖτο, ἀλλὰ διαλεγόμενον οἷς ἔφη διαλεχθῆναι· ἔφη δὲ τῷ τε γεωμέτρῃ Θεοδώρῳ καὶ τῷ Θεαι-
τήτῳ. ἵνα οὖν ἐν τῇ γραφῇ μὴ πα*ρέχοιεν πράγματα αἱ C
μεταξὺ τῶν λόγων διηγήσεις περὶ αὑτοῦ τε ὁπότε λέγοι ὁ Σωκράτης, οἷον Κἀγὼ ἔφην ἢ Καὶ ἐγὼ εἶπον, ἢ αὖ περὶ τοῦ ἀποκρινομένου, ὅτι Ξυνέφη ἢ Οὐχ ὡμολόγει, τούτων ἕνεκα ὡς αὐτὸν αὐτοῖς διαλεγόμενον ἔγραψα, ἐξελὼν τὰ τοιαῦτα.

ΤΕΡ. Καὶ οὐδέν γε ἄπο τρόπου, ὦ Εὐκλείδη.

ΕΥ. Ἀλλά, παῖ, λαβὲ τὸ βιβλίον καὶ λέγε.

ſos quidem admodum dignos qui audirentur, atque dixit fieri non poſſe quin celeber ille exſiſteret, ſiquidem in aetatem veniſſet.

Ter. Et vera quidem, ut patet, dixit. at quinam fuerunt ſermones? poſſisne narrare?

Eu. Non ſane hercle, certe non sic memoriter; ſed conſignavi mihi tum, ſtatim ut domum veneram, commentarios, poſtea autem per otium recordans ſcribebam, et, quoties Athenas veniſſem, interrogabam Socratem id cuius non recordabar, et huc reverſus corrigebam: ut totum fere ſermonem habeam conſcriptum.

Ter. Vera: audivi a te iam ante; quin etiam ſemper te rogaturus ut mihi eum oſtenderes, cunctatus ſum adhuc. ſed quid impedit quominus nunc eum perſequamur? praeſertim quum requiete mihi opus ſit, quippe rure venienti.

Eu. Sane quidem ipſe quoque usque ad Erinum Theaetetum proſequutus ſum: ut haud ingratum mihi ſit requieſcere. itaque eamus, et nobis dum requieſcimus puer leget.

Ter. Recte vero dicis.

Eu. Liber quidem, Terpſio, hicce; ſcripſi vero ita ſermonem, ut Socratem non facerem mihi narrantem, quemadmodum narraverat, ſed colloquentem cum eis quibuscum ſe dixerat colloquutum eſſe; dixerat autem cum Theodoro et Theaeteto. ne videlicet in ſcriptione negotium faceſſerent narrationes inter ſermones interiectae, Socratem et ipſum, quoties loqueretur, dixiſſe verbi cauſa: Tum ego dixi vel Atque ego loquutus ſum, et de altero qui reſponderit memoraſſe Conſeſſus eſt vel Non asſenſit: iccirco eum cum illis colloquentem induxi, talibus exemptis.

Ter. Nec vero id non conſentaneum, Euclide.

Eu. Itaque, puer, ſume librum et lege.

ΣΩ. Εἰ μὲν τῶν ἐν Κυρήνῃ μᾶλ*λον ἐκηδόμην, ὦ D
Θεόδωρε, τὰ ἐκεῖ ἄν σε καὶ περὶ ἐκείνων ἀνηρώτων, εἴ
τινες αὐτόθι περὶ γεωμετρίαν ἤ τινα ἄλλην φιλοσοφίαν
εἰσὶ τῶν νέων ἐπιμέλειαν ποιούμενοι· νῦν δὲ ἧττον γὰρ
ἐκείνους ἢ τούςδε φιλῶ, καὶ μᾶλλον ἐπιθυμῶ εἰδέναι, τί-
νες ἡμῖν τῶν νέων ἐπίδοξοι γενέσθαι ἐπιεικεῖς· ταῦτα δὴ
αὐτός τε σκοπῶ καθ' ὅσον δύναμαι, καὶ τοὺς ἄλλους
ἐρωτῶ, οἷς ἂν ὁρῶ τοὺς νέους ἐθέλοντας ξυγγίγνεσθαι. σοὶ
δὴ οὐκ ὀλίγιστοι πλησιάζουσι, καὶ δικαίως· ἄξιος γὰρ
τά * τε ἄλλα καὶ γεωμετρίας ἕνεκα· εἰ δὴ οὖν τινὶ ἐνέτυ- E
χες ἀξίῳ λόγου, ἡδέως ἂν πυθοίμην.

ΘΕΟ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ἐμοί τε εἰπεῖν καὶ
σοὶ ἀκοῦσαι πάνυ ἄξιον, οἵῳ ὑμῖν τῶν πολιτῶν μειρακίῳ
ἐντετύχηκα. καὶ εἰ μὲν ἦν καλός, ἐφοβούμην ἂν σφόδρα
λέγειν, μὴ καί τῳ δόξω ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ εἶναι, νῦν
δέ, καὶ μή μοι ἄχθου, οὐκ ἔστι καλός, προςέοικε δὲ σοὶ
τήν τε σιμότητα καὶ τὸ ἔξω τῶν ὀμμάτων· ἧττον δὲ ἢ σὺ
ταῦτ' ἔχει. ἀδεῶς δὴ λέγω· εὖ * γὰρ ἴσθι ὅτι ὧν δὴ πώ- 144
ποτε ἐνέτυχον (καὶ πάνυ πολλοῖς πεπλησίακα) οὐδένα πω
ᾐσθόμην οὕτω θαυμαστῶς εὖ πεφυκότα. τὸ γὰρ εὐμαθῆ
ὄντα, ὡς ἄλλῳ *) χαλεπόν, πρᾶον αὖ εἶναι διαφερόντως,
καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνδρεῖον παρ' ὁντινοῦν, ἐγὼ μὲν οὔτ' ἂν
ᾠόμην γενέσθαι οὔτε ὁρῶ γιγνομένους, ἀλλ' οἵ τε ὀξεῖς,
ὥςπερ οὗτος, καὶ ἀγχίνοι καὶ μνήμονες ὡς τὰ πολλὰ καὶ
πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύῤῥοποί εἰσι καὶ ἄττοντες φέρονται ὥς-
περ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα, καὶ μανι*κώτεροι ἢ ἀνδρειότε- B
ροι φύονται, οἵ τε αὖ ἐμβριθέστεροι νωθροί πως ἀπαν-
τῶσι πρὸς τὰς μαθήσεις καὶ λήθης γέμοντες· ὁ δὲ οὕτω
λείως τε καὶ ἀπταίστως καὶ ἀνυσίμως ἔρχεται ἐπὶ τὰς μα-
θήσεις τε καὶ ζητήσεις μετὰ πολλῆς πρᾳότητος, οἷον
ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος, ὥστε θαυμάσαι τὸ τηλικοῦ-
τον ὄντα οὕτω ταῦτα διαπράττεσθαι.

ΣΩ. Εὖ ἀγγέλλεις. τίνος δὲ καὶ ἔστι τῶν πολιτῶν;

---

*) Ls. ἄλλως.

So. Si Cyrenaei maiori mihi curae essent, Theodore, de eis quae apud illos agerentur et de ipsis te interrogarem, an ibi essent in iuvenibus qui in geometriam vel aliam quampiam philosophiae partem studium operamque conferrent; nunc vero minus illos quam hos diligo, magisque cupio scire, quinam nostratium iuvenum spem faciant fore ut laudabiles evadant; hoc igitur et ipse exploro quantum in me est, et ceteros interrogo, cum quibus video iuvenes libenter esse. iam te non pauci utuntur, idque iure: dignus enim es quum alias ob res tum propter geometriam; quocirca si quem inveneris insignem, libenter id comperiam.

Theo. Et sane, Socrate, tam me dicere quam te audire operae pretium est, qualem e vestris popularibus adolescentulum invenerim. atque si esset pulcher, vererer admodum id dicere, ne scilicet alicui viderer cupiditate illius ardere, nunc vero (et ne mihi aegre id feras) non est pulcher, sed similis tibi ad simam narem oculosque exstantes; minus tamen quam tu haec habet. atque sine ullo metu id dico; bene enim scito, me de eis, quos offenderim (et cum permultis consuetudo mihi fuit) neminem umquam cognovisse tam admirabili naturae bonitate. nam ut docilis quisquam, quippe alias asper, idem mitis esset insigniter et praeterea fortis prae quovis uno, neque putaram umquam fore neque video tales exsistentes, sed acres, ut hic est, et sagaces sunt et memores plerumque et in iram praecipites et raptim feruntur sicut navigia nulla saburra gravata, et insaniores quam fortiores naturà sunt, graviores contra segniter fere aggrediuntur ad disciplinas atque obliviosi sunt; hic vero tam leniter et sine ulla offensione tantoque cum profectu accedit ad disciplinas et quaestiones magna cum mansuetudine, olei in modum sine strepitu fluentis, ut mirere eum, quum id aetatis sit, ita haec agere.

So. Bene narras. cuiusnam vero est civium?

ΘΕΟ. Ἀκήκοα μὲν τοὔνομα, μνημονεύω δὲ οὔ. ἀλλὰ γάρ ἐστι * τῶνδε τῶν προσιόντων ὁ ἐν τῷ μέσῳ. C ἄρτι γὰρ ἐν τῷ ἔξω δρόμῳ ἠλείφοντο ἑταῖροί τέ τινες οὗτοι αὐτοῦ καὶ αὐτός, νῦν δέ μοι δοκοῦσιν ἀλειψάμενοι δεῦρο ἰέναι. ἀλλὰ σκόπει εἰ γιγνώσκεις αὐτόν.

ΣΩ. Γιγνώσκω· ὁ τοῦ Σουνιέως Εὐφρονίου ἐστί, καὶ πάνυ γε, ὦ φίλε, ἀνδρὸς οἷον καὶ σὺ τοῦτον διηγεῖ, καὶ ἄλλως εὐδοκίμου, καὶ μέντοι καὶ οὐσίαν μάλα πολλὴν κατέλιπε. τὸ δ' ὄνομα οὐκ οἶδα τοῦ μειρακίου.

ΘΕΟ. Θεαίτητος, ὦ Σώκρατες, * τό γε ὄνομα· τὴν D μέντοι οὐσίαν δοκοῦσί μοι ἐπίτροποί τινες διεφθαρκέναι. ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς τὴν τῶν χρημάτων ἐλευθεριότητα θαυμαστός, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Γεννικὸν λέγεις τὸν ἄνδρα. καί μοι κέλευε αὐτὸν ἐνθάδε παρακαθίζεσθαι.

ΘΕΟ. Ἔσται ταῦτα. — Θεαίτητε, δεῦρο παρὰ Σωκράτη.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Θεαίτητε, ἵνα κἀγὼ ἐμαυτὸν ἀνασκέψωμαι, ποῖόν τι ἔχω τὸ πρόσωπον. φησὶ γὰρ Θεόδωρος ἔχειν με σοὶ * ὅμοιον. ἀτὰρ εἰ νῷν ἐχόντοιν E ἑκατέρου λύραν ἔφη αὐτὰς ἡρμόσθαι ὁμοίως, πότερον εὐθὺς ἂν ἐπιστεύομεν, ἢ ἐπεσκεψάμεθ' ἂν εἰ μουσικὸς ὢν λέγει;

ΘΕΑΙ. Ἐπεσκεψάμεθ' ἄν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοιοῦτον μὲν εὑρόντες ἐπειθόμεθ' ἄν, ἄμουσον δὲ ἠπιστοῦμεν;

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Νῦν δέ γ', οἶμαι, εἴ τι μέλει ἡμῖν τῆς τῶν προσώπων ὁμοιότητος, σκεπτέον εἰ γραφικὸς * ὢν λέγει, 145 ἢ οὔ.

ΘΕΑΙ. Δοκεῖ μοι.

ΣΩ. Ἦν οὖν ζωγραφικὸς Θεόδωρος;

ΘΕΑΙ. Οὐχ, ὅσον γέ με εἰδέναι.

ΣΩ. Ἆρ' οὐδὲ γεωμετρικός;

ΘΕΑΙ. Πάντως δήπου, ὦ Σώκρατες.

Theo. Audivi quidem nomen, fed non memini. at vero horum qui accedunt medius eft, modo enim in exteriore porticu fefe unxerunt hi eius amici quidam et ipfe, nunc vero mihi videntur uncti huc pergere. iam vide an eum noveris.

So. Novi vero: Euphronii Sunienfis eft filius, et quidem viri, amice, prorfus ita comparati, ut tu hunc defcribis, qui quum alias fpectatus fuit, tum etiam patrimonium fatis lautum reliquit. nec vero nomen novi adolefcentuli.

Theo. Theaetetus, Socrate, nomen ei eft; patrimonium autem, ni fallor, tutores quidam confecerunt. fed tamen etiam pecuniae liberalis eft mirum in modum, Socrate.

So. Generofum depingis virum. iam mihi iube eum hic afsidere.

Theo. Ita fiet. — Theaetete, huc ad Socratem.

So. Sane quidem, Theaetete, ut videlicet me ipfum confiderem, quali fim voltu; dicit enim Theodorus me habere tibi fimilem. at fi lyram haberemus uterque easque diceret temperatas effe fimiliter, utrum ftatim fidem ei haberemus, an exploraremus, num ut muficus hoc diceret?

Theae. Exploraremus vero.

So. Nonne talem eum reperientes fidem haberemus, muficae vero ignarum, nullam haberemus?

Theae. Vera.

So. Nunc autem, opinor, fi nobis curae eft voltus fimilitudo, explorandum, num ut picturae peritus id dicat, necne.

Theae. Videtur mihi.

So. Iamne picturae eft peritus Theodorus?

Theae. Non, quod fciam.

So. Num nec geometriae?

Theae. Huius fane eft gnarus, Socrate.

ΣΩ. Ἦ καὶ ἀστρονομικὸς καὶ λογιστικός τε καὶ μουσικὸς καὶ ὅσα παιδείας ἔχεται;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Εἰ μὲν ἄρα ἡμᾶς τοῦ σώματός τι φησιν ὁμοίους εἶναι, ἐπαινῶν πῃ ἢ ψέγων, οὐ πάνυ αὐτῷ ἄξιον τὸν νοῦν προςέχειν.

ΘΕΑΙ. Ἴσως οὔ.

ΣΩ. Τί δ'; εἰ ποτέρου τὴν ψυχὴν ἐπαινοῖ πρὸς ἀρετήν τε καὶ σοφίαν, ἆρ' οὐκ ἄξιον *) τῷ μὲν ἀκούσαντι προθυμεῖσθαι ἀνασκέψασθαι τὸν ἐπαινεθέντα, τῷ δὲ προθύμως ἑαυτὸν ἐπιδεικνύναι; B

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ὥρα τοίνυν, ὦ φίλε Θεαίτητε, σοὶ μὲν ἐπιδεικνύναι, ἐμοὶ δὲ σκοπεῖσθαι· ὡς εὖ ἴσθι ὅτι Θεόδωρος πολλοὺς δὴ πρός με ἐπαινέσας ξένους τε καὶ ἀστοὺς οὐδένα πω ἐπῄνεσεν ὡς σὲ νῦν δή.

ΘΕΑΙ. Εὖ ἂν ἔχοι, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ὅρα μὴ παίζων * ἔλεγεν. C

ΣΩ. Οὐχ οὗτος ὁ τρόπος Θεοδώρου. ἀλλὰ μὴ ἀναδύου τὰ ὡμολογημένα σκηπτόμενος παίζοντα λέγειν τόνδε, ἵνα μὴ καὶ ἀναγκασθῇ μαρτυρεῖν· πάντως γὰρ οὐδεὶς ἐπισκήψει αὐτῷ. **) ἀλλὰ θαῤῥῶν ἔμμενε τῇ ὁμολογίᾳ.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ χρὴ ταῦτα ποιεῖν, εἴ σοι δοκεῖ.

ΣΩ. Λέγε δή μοι· μανθάνεις που παρὰ Θεοδώρου γεωμετρίας ἄττα;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ τῶν περὶ ἀστρονομίαν τε καὶ * ἁρμονίας καὶ λογισμούς; D

ΘΕΑΙ. Προθυμοῦμαί γε δή.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἐγώ, ὦ παῖ, παρά τε τούτου καὶ παρ' ἄλλων, οὓς ἂν οἴωμαί τι τούτων ἐπαΐειν. ἀλλ' ὅμως τὰ μὲν ἄλλα ἔχω περὶ αὐτὰ μετρίως, σμικρὸν δέ τι ἀπορῶ, ὃ μετὰ σοῦ τε καὶ τῶνδε σκεπτέον. καί μοι λέγε·

---

*) Sc. ἆρ' οὐκ ἂν ἄξιον.

**) Sc. ἐπισκήψει αὐτῷ ψευδομαρτυρίαν.

So. Num etiam aſtronomiae et artis ratiocinandi et muſicae reliquarumque quae ad inſtitutionem pertinent peritus eſt?

Theae. Mihi quidem videtur.

So. Si igitur nos dicit aliqua corporis parte ſimiles eſſe, laudans ſere vel vituperans, nequaquam operae pretium eſt eum attendere.

Theae. Fortaſſe non eſt operae pretium.

So. Quid? ſi alterutrius animum laudet a virtute et ſapientia, nonne par ſit audientem id ſtudere ut exploret laudatum, hunc vero ſtudioſe ſe ipſum oſtendere?

Theae. Sane quidem, Socrate.

So. Tempus igitur eſt, o care Theaetete, te oſtendere et me explorare; nam bene ſcito Theodorum multos quidem mihi laudaſſe hoſpites et cives, neminem vero umquam tantum quantum te modo.

Theae. Bene haberet, Socrate; ſed vide ne iocans dixerit.

So. Non eſt moris hoc Theodori. nec vero retracta quod promiſiſti praetexens iocantem loqui hunc, ne cogatur teſtari; revera enim nemo eum accuſabit falſi teſtimonii. itaque fidenter ſta promiſſis.

Theae. Ergo ita faciendum eſt, ſi tibi videtur.

So. Dic igitur mihi: diſcisne a Theodoro geometrica quaedam?

Theae. Ego vero.

So. Etiam quae ad aſtronomiam, harmonias artemque ratiocinandi ſpectant?

Theae. Studeo videlicet hoc.

So. Ego quoque, o puer, ab hoc et aliis quos arbitrer illarum intelligentes esse. et cetera quidem ſatis percepi diſciplinas iſtas, ob paullum tamen quid haeſito, quod tecum et cum hisce anquirendum. itaque dic

ἆρ' οὐ τὸ μανθάνειν ἐστὶ τὸ σοφώτερον γίγνεσθαι περὶ ὃ μανθάνει τις;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Σοφίᾳ δέ γ', οἶμαι, σοφοὶ οἱ σοφοί.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. * Τοῦτο δὲ μῶν διαφέρει τι ἐπιστήμης; E

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ἡ σοφία. ἢ οὐχ, ἅπερ ἐπιστήμονες, ταῦτα καὶ σοφοί;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ταὐτὸν ἄρα σοφία καὶ ἐπιστήμη;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἐστὶν ὃ ἀπορῶ καὶ οὐ δύναμαι λαβεῖν ἱκανῶς παρ' ἐμαυτῷ, *) ἐπιστήμη ὅ τί ποτε τυγχάνει ὄν. ἆρ' οὖν δὴ ἔχομεν * λέγειν αὐτό; τί φατέ; 146 τίς ἂν ἡμῶν **) πρῶτος εἴποι; ὁ δὲ ἁμαρτών, καὶ ὃς ἂν ἀεὶ ἁμαρτάνῃ, καθεδεῖται, ὥςπερ φασὶν οἱ παῖδες οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος· ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν καὶ ἐπιτάξει ὅ τι ἂν βούληται ἀποκρίνεσθαι. Τί σιγᾶτε; οὔτι που, ὦ Θεόδωρε, ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι, προθυμούμενος ἡμᾶς ποιῆσαι διαλέγεσθαι καὶ φίλους τε καὶ προςηγόρους ἀλλήλοις γίγνεσθαι;

ΘΕΟ. * Ἥκιστα μέν, ὦ Σώκρατες, τὸ τοιοῦτον ἂν B εἴη ἄγροικον, ἀλλὰ τῶν μειρακίων τι κέλευέ σοι ἀποκρίνεσθαι. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀήθης τῆς τοιαύτης διαλέκτου, καὶ οὐδ' αὖ ξυνεθίζεσθαι ἡλικίαν ἔχω· τοῖςδε δὲ πρέποι τε ἂν τοῦτο καὶ πολὺ πλεῖον ἐπιδιδοῖεν· τῷ γὰρ ὄντι ἡ νεότης εἰς πᾶν ἐπίδοσιν ἔχει. ἀλλ', ὥςπερ ἤρξω, μὴ ἀφίεσο τοῦ Θεαιτήτου, ἀλλ' ἐρώτα.

ΣΩ. Ἀκούεις δή, ὦ Θεαίτητε, ἃ λέγει Θεόδωρος, ᾧ ἀπιστεῖν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὔτε σὺ ἐθελή*σεις, οὔτε θέμις C περὶ τὰ τοιαῦτα ἀνδρὶ σοφῷ ἐπιτάττοντι νεώτερον ἀπειθεῖν. ἀλλ' εὖ καὶ γενναίως εἰπέ· τί σοι δοκεῖ εἶναι ἐπιστήμη;

---

*) ἴσ. ἐμαυτοῦ.

**) ἴσ. ὑμῶν.

mihi: nonne diſcere eſt ſapientiorem exſiſtere in eo quod quis diſcat?

Theae. Quidni ſit?

So. Sapientiâ vero, uti arbitror, ſapientes ſunt ſapientes?

Theae. Ita.

So. Haec autem num quid differt a ſcientia?

Theae. Quaenam?

So. Sapientia. anne quorum ſcientes ſunt, in eis etiam ſapientes?

Theae. Qui aliter?

So. Idem igitur ſapientia et ſcientia?

Theae. Etiam.

So. Hoc vero ipſum eſt illud in quo haeſito quodque non poſſum per me ipſe ſatis perſpicere, ſcientia quid tandem ſit. num igitur id poſſumus explicare? quid cenſetis? quis veſtrûm primus dicet? is vero qui erraverit, et quoties quis erraverit, ſedebit, ut pueri dicunt pila ludentes, aſinus, is autem qui ſuperior erit immunis errore, rex erit noſter et imperabit quicquid voluerit reſponderi. Quid tacetis? numquid, Theodore, ego prae diſſerendi ſtudio ruſtice facio hoc contendens ut nos colloquamur et amici affabilesque inter nos exſiſtamus?

Theo. Minime vero, Socrate, tale quid erit ruſticum, ſed adoleſcentulorum aliquem iube tibi reſpondere. ego enim nec adſuetus ſum huiusmodi ſermone nec id aetatis ut adſueſcam; hos vero id deceat et multo magis proficiant; revera enim iuventus in omnibus proficit. ſed, quemadmodum coepiſti, ne dimittas Theaetetum, ſed roges.

So. Audis igitur, Theaetete, quae dicit Theodorus, cui refragari, uti arbitror, neque tu voles neque par eſt iuniorem, ſi vir ſapiens talia iuſſerit, morem non gerere. itaque bene et ingenue dic: quid tibi videtur eſſe ſcientia?

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ χρή, ὦ Σώκρατες, ἐπειδήπερ ὑμεῖς
κελεύετε. πάντως γάρ, ἄν τι καὶ ἁμάρτω, ἐπανορθώσετε.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν, ἄν πέρ γε οἷοί τε ὦμεν.

ΘΕΑΙ. Δοκεῖ τοίνυν μοι καὶ ἃ παρὰ Θεοδώρου ἄν
τις μάθοι ἐπιστῆμαι εἶναι, γεωμετρία τε καὶ ἃς νῦν δὴ
σὺ διῆλθες, καὶ αὖ σκυτοτομική τε καὶ * αἱ τῶν ἄλλων D
δημιουργῶν τέχναι πᾶσαί τε καὶ ἑκάστη τούτων οὐκ ἄλλο
τι ἢ ἐπιστήμη εἶναι.

ΣΩ. Γενναίως γε καὶ φιλοδώρως, ὦ φίλε, ἓν αἰτη-
θεὶς πολλὰ δίδως καὶ ποικίλα ἀνθ' ἁπλοῦ.

ΘΕΑΙ. Πῶς τί τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἴσως μὲν οὐδέν· ὃ μέντοι οἶμαι, φράσω. ὅταν
λέγῃς σκυτικήν, μή τι ἄλλο φράζεις ἢ ἐπιστήμην ὑποδη-
μάτων ἐργασίας;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΣΩ. Τί δ', ὅ*ταν τεκτονικήν; μή τι ἄλλο ἢ ἐπιστή- E
μην τῆς τῶν ξυλίνων σκευῶν ἐργασίας;

ΘΕΑΙ. Οὐδὲ τοῦτο.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν ἀμφοῖν, οὗ ἑκατέρα ἐπιστήμη, τοῦ-
το ὁρίζεις;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τὸ δέ γε ἐπερωτηθέν, ὦ Θεαίτητε, οὐ τοῦτο
ἦν, τίνων ἡ ἐπιστήμη, οὐδὲ ὁπόσαι τινές· οὐ γὰρ ἀριθμῆ-
σαι αὐτὰς βουλόμενοι ἠρόμεθα, ἀλλὰ γνῶναι ἐπιστήμην
αὐτὸ ὅ τί ποτ' ἐστίν· ἢ οὐδὲν λέγω;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς.

ΣΩ. * Σκέψαι δὴ καὶ τόδε. εἴ τις ἡμᾶς τῶν φαύλων 147
τι καὶ προχείρων ἔροιτο, οἷον περὶ πηλοῦ, ὅ τί ποτ' ἐστίν,
εἰ ἀποκριναίμεθα αὐτῷ πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων καὶ πηλὸς ὁ
τῶν ἰπνοπλαθῶν *) καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλινθουργῶν, οὐκ
ἂν γελοῖοι εἶμεν;

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΣΩ. Πρῶτον μέν γέ που οἰόμενοι ξυνιέναι ἐκ τῆς

---

*) γρ. κοροπλάθων.

Theae. Necesse igitur est, Socrate, quandoquidem vos iubetis. omnino enim, siqua erravero, me corrigetis.

So. Sane quidem, si potuerimus.

Theae. Videntur igitur mihi tum ea quae quis a Theodoro discat scientiae esse, geometria et quas tu modo memorasti, tum etiam sutrina reliquorumque opificum artes, et omnes et singulae, nihil aliud esse nisi scientiae.

So. Fidenter ac liberaliter, amice, unum rogatus multa das et varia pro simplice.

Theae. Quale istud est quod dicis, Socrate?

So. Nihil fortasse; quod tamen sentio dicam. quum dicis sutrinam, num quid aliud significas nisi scientiam calceorum conficiendorum?

Theae. Nihil vero aliud.

So. Quid quum artem tignariam? num quid aliud nisi scientiam supellectilis ligneae conficiendae?

Theae. Etiam tum nihil aliud.

So. Nonne in utraque, cuiusnam rei quaeque scientia sit, eam definis?

Theae. Ita.

So. Quaestio vero, Theaetete, non haec erat, ad quasnam res spectaret scientia, nec quot fere essent; neque enim eas numeraturi rogavimus, sed scientiae per se cognoscendae causa, qualis tandem esset; an nihil dico?

Theae. Sane quidem recte.

So. Specta quaeso etiam hoc. si quis nos de rerum vilium et obviarum aliqua roget, velut de luto, quale tandem sit, si respondeamus ei: lutum est ollarum figulorum, lutum est eorum qui fornaces fingunt, lutum est laterariorum, nonne ridiculi simus?

Theae. Sine dubio.

So. Primum videlicet arbitrantes intellecturum

ἡμετέρας ἀποκρίσεως τὸν ἐρωτῶντα, ὅταν εἴπωμεν πηλὸς,
εἴτε ὁ τῶν κοροπλαθῶν προςθέντες εἴτε ἄλ*λων ὡντινων- B
οῦν δημιουργῶν. ἢ, οἴει, τίς τι ξυνίησί τινος ὄνομα, ὃ
μὴ οἶδε τί ἐστιν;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Οὐδ' ἄρα ἐπιστήμην ὑποδημάτων ξυνίησιν ὁ
ἐπιστήμην μὴ εἰδώς.

ΘΕΑΙ. Οὐ γάρ.

ΣΩ. Σκυτικὴν ἄρα οὐ ξυνίησιν ὃς ἂν ἐπιστήμην
ἀγνοῇ, οὐδέ τιν' ἄλλην τέχνην.

ΘΕΑΙ. Ἔστιν οὕτως.

ΣΩ. Γελοία ἄρα ἡ ἀπόκρισις τῷ ἐρωτηθέντι ἐπι-
στήμη τί ἐστιν, ὅταν ἀποκρίνηται τέχνης τινὸς ὄνομα· τι-
νὸς γὰρ ἐπιστή*μην ἀποκρίνεται, οὐ τοῦτ' ἐρωτηθείς. C

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ἔπειτά γέ που, ἐξὸν φαύλως καὶ βραχέως
ἀποκρίνασθαι, περιέρχεται ἀπέραντον ὁδόν. οἷον καὶ ἐν τῇ
τοῦ πηλοῦ ἐρωτήσει φαῦλόν που καὶ ἁπλοῦν εἰπεῖν ὅτι
γῆ ὑγρῷ φυραθεῖσα πηλὸς ἂν εἴη, τὸ δ' ὅτου ἐᾶν χαί-
ρειν.

ΘΕΑΙ. Ῥᾴδιον, ὦ Σώκρατες, νῦν γε οὕτω φαίνε-
ται· ἀτὰρ κινδυνεύεις ἐρωτᾶν οἷον καὶ αὐτοῖς ἡμῖν ἔναγ-
χος εἰςῆλθε διαλεγομένοις, ἐμοί τε καὶ τῷ σῷ ὁμω*νύμῳ D
τούτῳ Σωκράτει.

ΣΩ. Τὸ ποῖον δή, ὦ Θεαίτητε;

ΘΕΑΙ. Περὶ δυνάμεών τι ἡμῖν Θεόδωρος ὅδε ἔγρα-
φε, τῆς τε τρίποδος πέρι καὶ πεντέποδος, ἀποφαίνων ὅτι
μήκει οὐ ξύμμετροι τῇ ποδιαίᾳ, καὶ οὕτω κατὰ μίαν ἑκά-
στην προαιρούμενος μέχρι τῆς ἑπτακαιδεκάποδος· ἐν δὲ
ταύτῃ πως ἐνέσχετο. ἡμῖν οὖν εἰςῆλθέ τι τοιοῦτον, ἐπειδὴ
ἄπειροι τὸ πλῆθος αἱ δυνάμεις ἐφαίνοντο, πειραθῆναι
ξυλλαβεῖν εἰς ἕν, ὅτῳ πάσας ταύτας προςα*γορεύσομεν τὰς E
δυνάμεις.

ΣΩ. Ἦ καὶ εὕρετέ τι τοιοῦτον;

esse e nostra responsione eum qui interroget, si dicamus: lutum est — sive puparum fictorum addentes sive aliorum quorumcumque opificum. an quem censes intelligere rei alicuius nomen, quod quale sit nesciat?

Theae. Minime vero.

So. Neque ergo scientiam calceorum intelligit qui quid sit scientia nescit.

Theae. Non sane.

So. Sutrinam igitur non intelligit qui quid scientia sit ignorat, neque aliam quam artem.

Theae. Est ita.

So. Ridicula est ergo responsio eius qui rogatur quid scientia sit, si respondet artis alicuius nomen memorans: alicuius enim scientiam respondens memorat, de hoc non rogatus.

Theae. Videtur.

So. Deinde, ni fallor, quum licuerit simpliciter ac breviter respondere, immensam commeat viam. velut etiam in hac de luto interrogatione facile sane ac simplex est dictu, terram humido subactam esse lutum, omisso hoc, cuiusnam sit lutum.

Theae. Facile, Socrate, nunc quidem ita videtur. at tale fere quid interrogas, quale nobis ipsis nuper in mentem venit inter nos colloquentibus, mihi et huic Socrati tui cognomini.

So. Quale tandem hoc erat, Theaetete?

Theae. De potentiis aliquid nobis hic Theodorus descripserat, de tripedali et quinquepedali, demonstrans longitudine eas non cadere sub pedalis mensuram, et ita singulas sumens usque ad potentiam septendecim pedum; in hac fere institit. iam nobis tale quid in mentem venit, quia innumerae videbantur potentiae esse, conari eas una complecti comprehensione, quam omnium illarum potentiarum nuncuparemus nomine.

So. Num etiam invenistis tale quid?

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε δοκοῦμεν· σκόπει δὲ καὶ σύ.

ΣΩ. Λέγε.

ΘΕΑΙ. Τὸν ἀριθμὸν πάντα δίχα διελάβομεν· τὸν μὲν δυνάμενον ἴσον ἰσάκις γίγνεσθαι τῷ τετραγώνῳ τὸ σχῆμα *) ἀπεικάσαντες τετράγωνόν τε καὶ ἰσόπλευρον προςείπομεν.

ΣΩ. Καὶ εὖ γε.

ΘΕΑΙ. Τὸν τοίνυν μεταξὺ τούτου, ὧν καὶ τὰ τρία
καὶ τὰ πέντε * καὶ πᾶς ὃς ἀδύνατος ἴσος ἰσάκις γενέσθαι, 148
ἀλλ' ἢ πλείων ἐλαττονάκις ἢ ἐλάττων πλεονάκις γίγνεται, μείζων δὲ καὶ ἐλάττων ἀεὶ πλευρὰ αὐτὸν περιλαμβάνει, τῷ προμήκει αὖ σχήματι ἀπεικάσαντες προμήκη ἀριθμὸν ἐκαλέσαμεν.

ΣΩ. Κάλλιστα. ἀλλὰ τί τὸ μετὰ τοῦτο;

ΘΕΑΙ. Ὅσαι μὲν γραμμαὶ τὸν ἰσόπλευρον καὶ ἐπίπεδον ἀριθμὸν τετραγωνίζουσι, μῆκος ὡρισάμεθα, ὅσαι δὲ
τὸν ἑτερομήκη, δυνάμεις, ὡς μήκει μὲν οὐ ξυμ*μέτρους B
ἐκείναις, τοῖς δ' ἐπιπέδοις ἃ δύνανται. καὶ περὶ τὰ στερεὰ ἄλλο τοιοῦτον.

ΣΩ. Ἄριστά γ' ἀνθρώπων, ὦ παῖδες· ὥστε μοι δοκεῖ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἔνοχος τοῖς ψευδομαρτυρίοις ἔσεσθαι.

ΘΕΑΙ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ὅ γε ἐρωτᾷς περὶ ἐπιστήμης, οὐκ ἂν δυναίμην ἀποκρίνασθαι ὥσπερ περὶ τοῦ μήκους καὶ τῆς δυνάμεως· καίτοι σύ γέ μοι δοκεῖς τοιοῦτόν τι ζητεῖν. ὥστε πάλιν αὖ φαίνεται ψευδὴς ὁ Θεόδωρος.

ΣΩ. Τί δαί; εἴ σε * πρὸς δρόμον ἔφη ἐπαινῶν μη- C
δενὶ οὕτω δρομικῷ τῶν νέων ἐντετυχηκέναι, εἶτα διαθέων τοῦ ἀκμάζοντος καὶ ταχίστου ἡττήθης, ἧττόν τι ἂν οἴει ἀληθῆ τόνδ' ἐπαινέσαι;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Ἀλλὰ τὴν ἐπιστήμην, ὥσπερ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, σμικρόν τι οἴει εἶναι ἐξευρεῖν, καὶ οὐ τῶν πάντῃ ἄκρων;

*) ἴσ. τῷ τετραγώνου σχήματι.

Theae. Ego vero exiſtimo; conſidera tu quoque.

So. Dic.

Theae. Numerum omnem biſariam distribuimus; eum qui poſſet aequalis aequaliter fieri, cum quadranguli figura collatum, quadrangulum et aequalia latera habentem appellavimus.

So. Et bene quidem.

Theae. Eum vero, qui inter hunc interiectus eſſet, ut ternarium, quinarium omnemque numerum, qui non poſſet aequalis aequaliter fieri, ſed vel maior per minorem numerum vel minor per maiorem exſiſteret, ita ut maius et minus ſemper latus eum circumplecteretur, cum oblonga figura collatum, oblongum numerum nuncupavimus.

So. Praeclare. ſed quid deinde?

Theae. Quotquot lineae numerum aequalia latera habentem ac planum quadrarent, eas definivimus longitudines, quotquot vero numerum altera parte longiorem, potentias, quippe quae non longitudine ſub illarum menſuram caderent, ſed planis quae poſſent efficere. et ſolidorum ſimilis eſt ratio.

So. Sane quam poteſtis optime, o pueri; ut mihi videatur Theodorus minime falſi teſtimonii reus fore.

Theae. At vero, Socrate, quod interrogas de ſcientia, ad id non potero reſpondere, ſicut ad quaeſtionem quae habetur de longitudine ac potentia; quamquam tu quidem mihi videris ſimile quid quaerere. ut iterum Theodorus deprehendatur falſus teſtis.

So. Ain tu? ſi te in curſu laudans ſe dixiſſet neminem iuvenum ad currendum tam aptum oſtendiſſe, deinde vero tu curſu certans a vegeto admodumque veloce vincerere, minus cenſes vere hunc laudaviſſe?

Theae. Non equidem cenſeo.

So. At ſcientiam, ita ut modo ego dicebam, leve quid cenſes eſſe ad inveniendum, ac non eorum qui omnino ſint praeſtantes?

ΘΕΑΙ. Νὴ τὸν Δί' ἔγωγε καὶ μάλα γε τῶν ἀκροτάτων.

ΣΩ. Θάῤῥει τοίνυν περὶ σαυτῷ καί τι οἴου Θεόδωρον λέγειν, προ*θυμήθητι δὲ παντὶ τρόπῳ τῶν τε ἄλλων D
πέρι καὶ ἐπιστήμης λαβεῖν λόγον, τί ποτε τυγχάνει ὄν.

ΘΕΑΙ. Προθυμίας μὲν ἕνεκεν, ὦ Σώκρατες, φανεῖται.

ΣΩ. Ἴθι δή· καλῶς γὰρ ἄρτι ὑφηγήσω· πειρῶ μιμούμενος τὴν περὶ τῶν δυνάμεων ἀπόκρισιν, ὥσπερ ταύτας πολλὰς οὔσας ἑνὶ εἴδει περιέλαβες, οὕτω καὶ τὰς πολλὰς ἐπιστήμας ἑνὶ λόγῳ προσειπεῖν.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὦ Σώ*κρατες, πολλάκις δὴ E
αὐτὸ ἐπεχείρησα σκέψασθαι, ἀκούων τὰς παρὰ σοῦ ἀποφερομένας ἐρωτήσεις· ἀλλὰ γὰρ οὔτ' αὐτὸς δύναμαι πεῖσαι ἐμαυτὸν ὡς ἱκανῶς τι λέγω, οὔτ' ἄλλου ἀκοῦσαι λέγοντος οὕτως, ὡς σὺ διακελεύει, οὐ μὲν δὴ αὖ οὐδ' ἀπαλλαγῆναι τοῦ μέλλειν.

ΣΩ. Ὠδίνεις γάρ, ὦ φίλε Θεαίτητε, διὰ τὸ μὴ κενὸς ἀλλ' ἐγκύμων εἶναι.

ΘΕΑΙ. Οὐκ οἶδα, ὦ Σώκρατες· ὃ μέντοι πέπονθα λέγω.

ΣΩ. Εἶτα, ὦ * καταγέλαστε, οὐκ ἀκήκοας ὡς ἐγώ 149
εἰμι υἱὸς μαίας μάλα γενναίας τε καὶ βλοσυρᾶς, Φαιναρέτης;

ΘΕΑΙ. Ἤδη τοῦτό γε ἤκουσα.

ΣΩ. Ἆρα καὶ ὅτι ἐπιτηδεύω τὴν αὐτὴν τέχνην ἀκήκοας;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Ἀλλ' εὖ ἴσθ' ὅτι· μὴ μέντοι μου κατείπῃς πρὸς τοὺς ἄλλους. λέληθα γάρ, ὦ ἑταῖρε, ταύτην ἔχων τὴν τέχνην· οἱ δέ, ἅτε οὐκ εἰδότες, τοῦτο μὲν οὐ λέγουσι περὶ ἐμοῦ, ὅτι δὲ ἀτοπώτατός εἰμι καὶ ποιῶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπορεῖν. ἢ καὶ τοῦτο ἀκήκοας;

ΘΕΑΙ. * Ἔγωγε. B

ΣΩ. Εἴπω οὖν σοι τὸ αἴτιον;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

Theae. Immo hercle equidem id exiſtimo eſſe ſane praeſtantiſſimorum.

So. Bono igitur animo eſto de te et Theodorum exiſtimato aliquid dicere, conare vero omni modo quum aliarum rerum tum ſcientiae comprehendere notionem, qualis tandem ſit.

Theae. Per conatum quidem, Socrate, licebit eam reperire.

So. Age dum: quoniam praeclare modo praeiviſti, experire illam de potentiis reſponſionem ſequens, quemadmodum multas illas una ſpecie comprehendiſti, ita etiam multas ſcientias una complecti notione.

Theae. At bene ſcito, Socrate: ſaepius iam id inſtitui perſcrutari, quum audiſſem tuas quae feruntur quaeſtiones; ſed neque ipſe poſſum mihi perſuadere dicere me aliquid quod ſatisfaciat, neque alium audire dicentem ita, ut tu cohortaris, nec tamen etiam deſiſtere de conatu.

So. Parturis, o care Theaetete, quia non inanis es, ſed praegnans.

Theae. Neſcio, Socrate; quod tamen mihi accidit, id dixi.

So. Itane, o deridicule, non audiſti me eſſe filium obſtetricis ſane generoſae ac ſeverae, Phaenaretae?

Theae. Hoc quidem iam audivi.

So. Num etiam me eidem arti ſtudere audiſti?

Theae. Minime vero.

So. At bene ſcito ita eſſe; ne tamen me prodas apud ceteros; ſugit enim illos, amice, me hanc tenere artem, iſti vero, quippe neſcientes, id quidem non dicunt de me, hoc autem, me eſſe ineptiſſimum et facere ut homines haeſitent. an hoc quoque audiſti?

Theae. Ego vero.

So. Visne tibi cauſam afferam?

Theae. Sane quidem volo.

ΣΩ. Ἐννόησον δὴ τὸ περὶ τὰς μαίας ἅπαν ὡς ἔχει, καὶ ῥᾷον μαθήσει ὃ βούλομαι. οἶσθα γάρ που ὅτι οὐδεμία αὐτῶν ἔτι αὐτὴ κυϊσκομένη τε καὶ τίκτουσα ἄλλας μαιεύεται, ἀλλ' αἱ ἤδη ἀδύνατοι τίκτειν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Αἰτίαν δέ γε τούτου φασὶν εἶναι τὴν Ἄρτεμιν, ὅτι ἄλοχος οὖσα τὴν λοχείαν εἴληχε. στερίφαις μὲν οὖν ἄρα οὐκ * ἔδωκε μαιεύεσθαι, ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀσθενεστέρα ἢ λαβεῖν τέχνην ὧν ἂν ᾖ ἄπειρος, ταῖς δὲ δι' ἡλικίαν ἀτόκοις προςέταξε, τιμῶσα τὴν αὐτῆς ὁμοιότητα. C

ΘΕΑΙ. Εἰκός.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τόδε εἰκός τε καὶ ἀναγκαῖον, τὰς κυούσας καὶ μὴ γιγνώσκεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν μαιῶν ἢ τῶν ἄλλων;

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ διδοῦσαί γε αἱ μαῖαι φαρμάκια καὶ ἐπᾴδουσαι δύνανται ἐγείρειν τε τὰς ὠδῖνας καὶ * μαλθακωτέρας, ἂν βούλωνται, ποιεῖν, καὶ τίκτειν τε δὴ τὰς δυςτοκούσας, καὶ ἐὰν νέον ὂν δόξῃ ἀμβλίσκειν, ἀμβλίσκουσιν; *) D

ΘΕΑΙ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἔτι καὶ τόδε αὐτῶν ᾔσθησαι, ὅτι καὶ προμνήστριαί εἰσι δεινόταται, ὡς πάνσοφοι οὖσαι περὶ τοῦ γνῶναι ποίαν χρὴ ποίῳ ἀνδρὶ ξυνοῦσαν ὡς ἀρίστους παῖδας τίκτειν;

ΘΕΑΙ. Οὐ πάνυ τοῦτο οἶδα.

ΣΩ. Ἀλλ' ἴσθ' ὅτι ἐπὶ τούτῳ μεῖζον φρονοῦσιν ἢ ἐπὶ τῇ ὀμφαλητο*μίᾳ. ἐννόει γάρ· τῆς αὐτῆς ἢ ἄλλης οἴει τέχνης εἶναι θεραπείαν τε καὶ ξυγκομιδὴν τῶν ἐκ γῆς καρπῶν καὶ αὖ τὸ γιγνώσκειν εἰς ποίαν γῆν ποῖον φυτόν τε καὶ σπέρμα καταβλητέον; E

ΘΕΑΙ. Οὔκ, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς.

---

*) ἴσ. καὶ ἐὰν μόνον δόξῃ, ἀμβλίσκειν;

So. Reputa igitur in universum quae sit obstetricum ratio, et facilius cognosces id quod volo. scis enim sine dubio, nullam earum, dum ipsa adhuc gravidetur ac pariat, aliis opem ferre obstetriciam, sed has, quae non amplius possint parere.

Theae. Sane quidem.

So. Causam vero eius rei dicunt hanc esse, quod Diana, partus illa quidem expers, partus procurandi provinciam nacta sit. iam sterilibus quidem non dedit potestatem obstetriciae opis ferendae, quia humana natura est imbecillior quam ut artem percipiat rerum tractandarum quas non est experta, eis vero, quae propter aetatem steriles sunt, id muneris iniunxit, tribuens aliquid sui similitudini.

Theae. Consentaneum.

So. Nonne etiam hoc consentaneum est atque necessarium, quae gravidae sint quae non cognosci magis ab obstetricibus quam a reliquis?

Theae. Sane quidem.

So. Atque obstetrices etiam medelas et carmina adhibentes possunt dolores et excitare et, si volunt, leniores reddere, atque efficere ut quae difficulter pariant vel partum edant vel, si modo visum sit, abortum faciant.

Theae. Sunt ista.

So. Num etiam hoc cognovisti, illas etiam lenas esse peritissimas, quippe quae scientissimae sint perspiciendi, qualem feminam quali cum viro consuescere oporteat, si quam optimos genitura sit liberos?

Theae. Non sane istud novi.

So. At scito in hoc magis se illas iactare quam in umbilico praecidendo. reputa enim: eiusdemne an alius censes artis esse curare et colligere terrae fructus, atque etiam cognoscere, quali terrae qualem plantam et semen ingeri oporteat?

Theae. Non alius, sed eiusdem.

ΣΩ. Εἰς γυναῖκα δέ, ὦ φίλε, ἄλλην μὲν οἴει τοῦ τοιούτου, ἄλλην δὲ ξυγκομιδῆς;

ΘΕΑΙ. Οὔκουν εἰκός γε.

ΣΩ. * Οὐ γάρ· ἀλλὰ διὰ τὴν ἄδικόν τε καὶ ἄτεχνον 150
ξυναγωγὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικός, ᾗ δὴ προαγωγεία ὄνομα, φεύγουσι καὶ τὴν προμνηστικὴν ἅτε σεμναὶ οὖσαι αἱ μαῖαι, φοβούμεναι μὴ εἰς ἐκείνην τὴν αἰτίαν διὰ ταύτην ἐμπέσωσιν· ἐπεὶ ταῖς γε ὄντως μαίαις μόναις που προσήκει καὶ προμνήσασθαι ὀρθῶς.

ΘΕΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τὸ μὲν τοίνυν τῶν μαιῶν τοσοῦτον, ἔλαττον δὲ τοῦ ἐμοῦ δράματος· οὐ γὰρ πρόσεστι γυναιξὶν ἐνίοτε μὲν εἴδωλα τίκτειν, ἔστι δ' * ὅτε ἀληθινά, τοῦτο δὲ μὴ ῥᾴ- B
διον εἶναι διαγνῶναι· εἰ γὰρ προσῆν, μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ἔργον ἦν ἂν ταῖς μαίαις τὸ κρίνειν τὸ ἀληθές τε καὶ μή· ἢ οὐκ οἴει;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τῇ δέ γ' ἐμῇ τέχνῃ τῆς μαιεύσεως τὰ μὲν ἄλλα ὑπάρχει ὅσα ἐκείναις, διαφέρει δὲ τῷ τε ἄνδρας, ἀλλὰ μὴ γυναῖκας, μαιεύεσθαι καὶ τῷ τὰς ψυχὰς αὐτῶν τικτούσας ἐπισκοπεῖν, ἀλλὰ μὴ τὰ σώματα· μέγιστον δὲ τοῦτ' ἔνι τῇ ἡμετέρᾳ τέχνῃ, βασανίζειν δυνατὸν εἶναι παν*τὶ τρόπῳ πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τοῦ C
νέου ἡ διάνοια, ἢ γόνιμόν τε καὶ ἀληθές· ἐπεὶ τόδε γε καὶ ἐμοὶ ὑπάρχει, ὅπερ ταῖς μαίαις· ἄγονός εἰμι σοφίας, καὶ ὅπερ ἤδη πολλοί μοι ὠνείδισαν, ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἐρωτῶ, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀποκρίνομαι περὶ οὐδενὸς διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν σοφόν, ἀληθὲς ὀνειδίζουσι. τὸ δὲ αἴτιον τούτου τόδε· μαιεύεσθαί με ὁ θεὸς ἀναγκάζει, γεννᾶν δὲ ἀπεκώλυσεν. εἰμὶ δὴ οὖν αὐτὸς μὲν οὐ πάνυ τι σοφός, οὐδέ τί μοι ἔστιν εὕρη*μα τοιοῦτον, D
γεγονὸς τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἔκγονον, οἱ δ' ἐμοὶ ξυγγιγνόμενοι τὸ μὲν πρῶτον φαίνονται ἔνιοι μὲν καὶ πάνυ ἀμαθεῖς, πάντες δὲ προϊούσης τῆς ξυνουσίας, οἷσπερ ἂν

So. Feminae autem, o amice, aliam exiſtimas artem eſſe ſeminis ingerendi, aliam fructus colligendi?

Theae. Non eſt conſentaneum.

So. Minime vero, ſed propter iniuſtam artisque expertem conciliationem viri ac feminae, cui nomen eſt lenocinii, fugiunt etiam pronubarum artem obſtetrices quippe auguſtae, verentes ne in reprehenſionem illam per hanc incurrant; quamquam veris quidem obſtetricibus ſolis haud dubie convenit pronubarum etiam officio recte fungi.

Theae. Patet vero.

So. Munus igitur obſtetricum tantum quidem eſt, minus tamen meo negotio; neque enim cadit in feminas ut nonnunquam ſimulacra gignant, aliquando veros edant partus, quod ſcilicet haud facile poſſit internoſci; nam hoc ſi in illas caderet, maximum ac pulcherrimum eſſet hoc negotium obſtetricibus discernere verum et falſum; annon cenſes?

Theae. Ego vero.

So. Meae autem arti obſtetriciae quum alia omnia inſint quae illis, tum hoc differt quod viris, non feminis, opem fert et animos eorum gignentes perſcrutatur, non corpora; maximum vero hoc ineſt noſtrae arti, quod explorare poteſt omni modo, utrum ſimulacrum et falſi quid procreet iuvenis animus, an nativum aliquid atque verum. ceterum quidem idem mihi ineſt quod obſtetricibus: ſterilis ſum ſapientiae, et quod multi iam mihi exprobrarunt, quod alios quidem interrogarem, ipſe vero nihil reſponderem ulla de re propterea quod nihil tenerem ſapientiae, id iure exprobrant. in cauſa vero hoc eſt: opem obſtetriciam ferre deus me cogit, generare autem prohibet. iam vero ipſe quidem non ſane ſapiens ſum, nec mihi eſt tale inventum, animi mei fetus, ii vero qui me utuntur, etſi primum quidem nonnulli admodum rudes reperiuntur, omnes tamen procedente conſuetudine, qui-

ὁ θεὸς παρείκῃ, θαυμαστὸν ὅσον ἐπιδιδόντες, ὡς αὐτοῖς
τε καὶ τοῖς ἄλλοις δοκοῦσι· καὶ τοῦτο ἐναργές, ὅτι παρ'
ἐμοῦ οὐδὲν πώποτε μαθόντες, ἀλλ' αὐτοὶ παρ' αὐτῶν
πολλὰ καὶ καλὰ εὑρόντες τε καὶ κατέχοντες. τῆς μέντοι
μαιείας ὁ θεός τε καὶ ἐγὼ αἴτιος. ὧδε δὲ δῆλον· πολλοὶ
ἤδη τοῦτο ἀγνοήσαντες καὶ ἑαυτοὺς αἰτιασάμενοι, ἐμοῦ E
δὲ καταφρονήσαντες, ἢ αὐτοὶ *) ὑπ' ἄλλων πεισθέντες,
ἀπῆλθον πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος, ἀπελθόντες δὲ τά τε
λοιπὰ ἐξήμβλωσαν διὰ πονηρὰν ξυνουσίαν καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ
μαιευθέντα κακῶς τρέφοντες ἀπώλεσαν, ψευδῆ καὶ εἴδωλα
περὶ πλείονος ποιησάμενοι τοῦ ἀληθοῦς, τελευτῶντες δ'
αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἔδοξαν ἀμαθεῖς εἶναι. ὧν εἷς
γέγονεν Ἀριστείδης * ὁ Λυσιμάχου καὶ ἄλλοι πάνυ πολ- 151
λοί. οἷς, ὅταν πάλιν ἔλθωσιν δεόμενοι τῆς ἐμῆς ξυνουσίας
καὶ θαυμαστὰ δρῶντες, ἐνίοις μὲν τὸ γιγνόμενόν μοι δαι-
μόνιον ἀποκωλύει ξυνεῖναι, ἐνίοις δὲ ἐᾷ· καὶ πάλιν οὗτοι
ἐπιδιδόασι. πάσχουσι δὲ δὴ οἱ ἐμοὶ ξυγγιγνόμενοι καὶ τοῦ-
το ταὐτὸν ταῖς τικτούσαις· ὠδίνουσι γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμ-
πίπλανται νύκτας τε καὶ ἡμέρας πολὺ μᾶλλον ἢ ἐκεῖναι.
ταύτην δὲ τὴν ὠδῖνα ἐγείρειν τε καὶ ἀποπαύειν ἡ ἐμὴ
τέχνη δύναται. καὶ οὗτοι μὲν * δὴ οὕτως. ἐνίοτε δέ, ὦ B
Θεαίτητε, οἳ ἄν μοι μὴ δόξωσί πως ἐγκύμονες εἶναι,
γνοὺς ὅτι οὐδὲν ἐμοῦ δέονται, πάνυ εὐμενῶς προμνῶμαι,
καί, σὺν θεῷ εἰπεῖν, πάνυ ἱκανῶς τοπάζω, οἷς ἂν ξυγγε-
νόμενοι ὄναιντο. ὧν πολλοὺς μὲν δὴ ἐξέδωκα Προδίκῳ,
πολλοὺς δὲ ἄλλοις σοφοῖς τε καὶ θεσπεσίοις ἀνδράσι.
Ταῦτα δή σοι, ὦ ἄριστε, ἕνεκα τοῦδε ἐμήκυνα, ὑπο-
πτεύων σε, ὥσπερ καὶ αὐτὸς οἴει, ὠδίνειν τι κύοντα ἔν-
δον. προσφέρου οὖν πρός με ὡς πρὸς μαίας υἱὸν καὶ αὐ-
*τὸν μαιευτικόν, καὶ ἃ ἂν ἐρωτῶ, προθυμοῦ, ὅπως οἷός C
τ' εἶ, οὕτως ἀποκρίνασθαι. καὶ ἐὰν ἄρα σκοπούμενός τι
ὧν ἂν λέγῃς ἡγήσωμαι εἴδωλον καὶ μὴ ἀληθές, εἶτα

*) fs. αὐτό.

bus quidem deus id conceſſerit, mirum quam proficiunt, ut ſibimet ipſis ac reliquis videntur, et quidem, ut perſpicuum eſt, nihil umquam a me diſcentes, ſed ipſi per ſe multa pulchra invenientes et capientes. opis tamen obſtetriciae deus et ego auctores ſumus. inde vero perſpicitur: multi iam hoc ignorantes et sibimet ipſi cauſam attribuentes, me autem deſpicientes, vel ab aliis ad hoc adducti, diſceſſerunt citius quam oportebat, et, quum diſceſſiſſent, tum reliqua abortu perdiderunt ob pravam conſuetudinem tum ea, quae ope mea obſtetricia in lucem erant edita, male educando exſtinxerunt, falſa et ſimulacra pluris facientes quam verum, ad extremum vero et ſibimet ipſis et ceteris viſi ſunt rudes eſſe. quorum unus fuit Ariſtides Lyſimachi filius et alii permulti. qui quum iterum accedunt expetentes meam conſuetudinem et mira facientes, nonnullis quidem divinum illud quod mihi obtingit prohibet me familiariter uti, nonnullis vero mihi permittit; et iterum hi proficiunt. accidit vero eis qui me utuntur idem illud quod parturientibus: doloribus enim anguntur et aeſtu complentur et noctis et dies multo magis quam illae. hunc vero dolorem et excitare et ſedare mea ars poteſt. et horum quidem haec eſt cauſa. aliquando autem, Theaetete, qui mihi non videntur fere praegnantes eſſe, eos intelligens nihil opera mea indigere, ſane quam benivole aliis concilio, et, deo annuente, ſatis bene coniicio, quibusnam familiariter utentes iuventur. quorum quidem multos locavi Prodico, multos aliis et ſapientibus et divinis viris. Haec vero tibi, mi optime, propterea fuſius expoſui, quod te ſuſpicor, ut ipſe quoque arbitraris, doloribus angi gravidatum intus. age igitur mecum, ut cum obſtetricis filio ipſoque artis obſtetriciae perito, et quae interrogo, ad haec ſtude pro eo ac potes reſpondere. et ſi forte explorans eorum aliquid quae dicis exiſtimem ſimulacrum, non verum, et ie-

ὑπεξαιρῶμαι *) καὶ ἀποβάλλω, μὴ ἀγρίαινε, ὥςπερ αἱ πρωτοτόκοι περὶ τὰ παιδία· πολλοὶ γὰρ ἤδη, ὦ θαυμάσιε, πρός με οὕτω διετέθησαν, ὥςτε ἀτεχνῶς δάκνειν ἕτοιμοι εἶναι, ἐπειδάν τινα λῆρον αὐτῶν ἀφαιρῶμαι, καὶ οὐκ οἴονται εὐνοίᾳ τοῦτο ποιεῖν, πόῤῥω ὄντες τοῦ εἰδέναι ὅτι οὐδεὶς θεὸς * δύςνους ἀνθρώποις, οὐδ' ἐγὼ δυςνοίᾳ τοιοῦτον οὐδὲν δρῶ, ἀλλά μοι ψεῦδός τε ξυγχωρῆσαι καὶ ἀληθὲς ἀφανίσαι οὐδαμῶς θέμις. Πάλιν δὴ οὖν ἐξ ἀρχῆς, ὦ Θεαίτητε, ὅ τί ποτ' ἐστὶν ἐπιστήμη, πειρῶ λέγειν· ὡς δ' οὐχ οἷός τ' εἶ, μηδέποτ' εἴπῃς· ἐὰν γὰρ θεὸς ἐθέλῃ καὶ ἀνδρίζῃ, οἷός τ' ἔσει. D

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μέντοι, ὦ Σώκρατες, σοῦ γε οὕτω παρακελευομένου αἰσχρὸν μὴ οὐ παντὶ τρόπῳ προθυμεῖσθαι ὅ τί τις ἔχει * λέγειν. δοκεῖ οὖν μοι ὁ ἐπιστάμενός τι αἰσθάνεσθαι τοῦτο ὃ ἐπίσταται, καί, ὥς γε νυνὶ φαίνεται, οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἐπιστήμη ἢ αἴσθησις. E

ΣΩ. Εὖ γε καὶ γενναίως, ὦ παῖ· χρὴ γὰρ οὕτως ἀποφαινόμενον λέγειν. ἀλλὰ φέρε δὴ αὐτὸ κοινῇ σκεψώμεθα, γόνιμον ἢ ἀνεμιαῖον τυγχάνει ὄν. αἴσθησις, φής, ἐπιστήμη;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Κινδυνεύεις μέντοι λόγον οὐ φαῦλον εἰρηκέναι περὶ ἐπιστήμης. ἀλλ' ὃν ἔλεγε * καὶ Πρωταγόρας· τρόπον δέ τινα ἄλλον εἴρηκε τὰ αὐτὰ ταῦτα. φησὶ γάρ που πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι, τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν. ἀνέγνωκας γάρ που; 152

ΘΕΑΙ. Ἀνέγνωκα καὶ πολλάκις.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτω πως λέγει, ὡς οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα μέν ἐστιν ἐμοί, οἷα δὲ σοί, τοιαῦτα δὲ αὖ σοί, ἄνθρωπος δὲ σύ τε κἀγώ;

ΘΕΑΙ. Λέγει γὰρ οὖν οὕτως.

ΣΩ. Εἰκὸς μέντοι σοφὸν ἄνδρα μὴ ληρεῖν· * ἐπακολουθήσωμεν οὖν αὐτῷ. ἆρ' οὐκ ἐνίοτε πνέοντος ἀνέμου B

*) γρ. ὑπεξαίρωμαι.

circo clam eximam atque abiiciam, ne fuccenfeas, ut quae primum pepererunt propter infantes; multi enim iam, o mirifice, erga me ita affecti fuerunt, ut revera mordere parati effent, fi quid nugarum eis adimerem, nec illi me cenfent benivolentia adductum hoc facere, quippe qui longe abfint ab hac cognitione, nullum deum malivolum effe in homines, neque me malivolentia adductum tale quid facere, fed mihi falfi quid concedere et verum de medio tollere nullo modo fas effe. Rurfus igitur ab initio, Theaetete, quid fit fcientia, conare dicere; te vero id non poffe, cave dicas; nam fi deus volt et tu viriliter te geris, fane poteris.

Theae. Sane quidem, Socrate, te ita cohortante turpe ducendum eft non omni modo ftudere id quod quis poffit dicere. videtur igitur mihi qui aliquid fcit fentire hoc quod fcit, et, ut quidem nunc patet, nihil aliud eft fcientia nifi fenfus.

So. Bene ac fidenter, puer; ita enim oportet fententiam fuam declarare eum qui loquitur. fed agedum communiter confideremus, nativum illud an vanum fit. fenfus, dicis, fcientia?

Theae. Ita.

So. Videris fane non levem protuliffe fcientiae definitionem, fed eam quam pofuit etiam Protagoras; ratione vero alia eloquutus eft eadem haec; dicit enim omnium rerum menfuram hominem effe, earum quidem quae fint, quod videlicet fint, earum vero quae non fint, quod non fint. legifti enim fine dubio?

Theae. Legi vero idque faepius.

So. Nonne ita fere dicit, quale mihi quidque videatur, tale effe mihi, quale autem tibi, tale etiam tibi, homines vero nos effe te et me?

Theae. Sane quidem ita dicit.

So. Confentaneum vero fapientem virum non nugari; confequamur igitur illum. nonne aliquando

τοῦ αὐτοῦ ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ, ὁ δ' οὔ, καὶ ὁ μὲν ἠρέμα, ὁ δὲ σφόδρα;

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Πότερον οὖν τότε αὐτὸ ἐφ' ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; ἢ πεισόμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρόν, τῷ δὲ μὴ οὔ;

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ φαίνεται οὕτως ἑκατέρῳ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τὸ δέ γε φαίνεται αἰσθάνεσθαί *) ἐστιν;

ΘΕΑΙ. Ἔστι γάρ.

ΣΩ. * Φαντασία ἄρα καὶ αἴσθησις ταὐτὸν ἔν τε θερμοῖς καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις· οἷα γὰρ αἰσθάνεται ἕκαστος, τοιαῦτα ἑκάστῳ καὶ κινδυνεύει εἶναι. C

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Αἴσθησις ἄρα τοῦ ὄντος ἀεί ἐστι καὶ ἀψευδής, ὡς ἐπιστήμη οὖσα.

ΘΕΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν πρὸς Χαρίτων πάνσοφός τις ἦν ὁ Πρωταγόρας, καὶ τοῦτο ἡμῖν μὲν ἠνίξατο τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀποῤῥήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγεν;

ΘΕΑΙ. Πῶς δή, ὦ Σώκρατες, τοῦτο λέ*γεις; D

ΣΩ. Ἐγὼ ἐρῶ καὶ μάλ' οὐ φαῦλον λόγον, ὡς ἄρα ἓν μὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἄν τι προσείποις ὀρθῶς οὐδ' ὁποιονοῦν τι, ἀλλ' ἐὰν ὡς μέγα προσαγορεύῃς, καὶ σμικρὸν φανεῖται, καὶ ἐὰν βαρύ, κοῦφον, ξύμπαντά τε οὕτως, ὡς μηδενὸς ὄντος ἑνὸς μήτε τινὸς μήτε ὁποιουοῦν· ἐκ δὲ δὴ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα ἃ δή φαμεν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες· ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδέν, ἀεὶ δὲ * γίγνεται. καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ πλὴν Παρμενίδου ξυμφερέσθων, **) Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς, E

---

*) ἴσ. αἰσθάνεται.

**) ἄλλ. ξυμφέρονται. ἄλλ. ξυμφερέσθων.

flante vento eodem alter noſtrûm friget, alter non friget, et hic quidem leniter, ille vero vehementer?

Theae. Sane quidem.

So. Utrum vero tum ipſum per ſe ventum frigidum vel non frigidum dicemus? an fidem habebimus Protagorae frigenti eum frigidum eſſe cenſenti, non frigenti vero non eſſe frigidum?

Theae. Conſentaneum.

So. Nonne etiam videtur ita utrique?

Theae. Etiam.

So. Hoc autem *videtur* eſt *ſentitur?*

Theae. Eſt vero.

So. Viſio ergo et ſenſus idem in rebus calidis omnibusque generis eiusdem. nam quale ſentit quisque, tale cuique etiam fere eſt.

Theae. Conſentaneum eſt.

So. Senſus igitur ad id quod eſt ſemper refertur, nec falſus eſt, quippe qui ſcientia ſit.

Theae. Videtur.

So. Num vero per Gratias mirifica quadam ſapientia praeditus fuit Protagoras, et hoc nobis tecte ſignificavit quippe turbae et colluviei, diſcipulis vero arcano verum dixit?

Theae. Qui tandem, Socrate, iſtud dicis?

So. Ego dicam et quidem non vilem rationem, nihil per ſe ipſum unum quoddam eſſe, nec recte dici aliquid neque tale quid quale ſit cumque, ſed ſi magnum appellaveris, etiam parvum fore ut appareat, et ſi grave, etiam leve, omniaque ita eſſe, ut nihil ſit unum nec aliquid nec tale qualecumque ſit; ex incitatione autem et motu et permixtione inter ſe mutua exſiſtere omnia quae dicamus eſſe, non recte ita dicentes; numquam enim quicquam eſſe, ſed ſemper fieri. et hoc omnes deinceps ſapientes, Parmenide excepto, conſenſerunt, Protagoras, Heraclitus et Empedocles, et in

καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος· εἰπὼν γάρ

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν

πάντα εἴρηκεν ἔκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως· ἢ οὐ δοκεῖ τοῦτο λέγειν;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Τίς οὖν ἂν ἔτι πρός γε τοσοῦτον * στρατόπεδον καὶ στρατηγὸν Ὅμηρον δύναιτο ἀμφισβητήσας μὴ οὐ καταγέλαστος γενέσθαι; 153

ΘΕΑΙ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐ γάρ, ὦ Θεαίτητε. ἐπεὶ καὶ τάδε τῷ λόγῳ σημεῖα ἱκανά, ὅτι τὸ μὲν εἶναι δοκοῦν καὶ τὸ γίγνεσθαι κίνησις παρέχει, τὸ δὲ μὴ εἶναι καὶ ἀπόλλυσθαι ἡσυχία· τὸ γὰρ θερμόν τε καὶ πῦρ, ὃ δὴ καὶ τἆλλα γεννᾷ καὶ ἐπιτροπεύει, αὐτὸ γεννᾶται ἐκ φορᾶς καὶ τρίψεως, τοῦτο δὲ κίνησις· ἢ οὐχ αὗται γενέσεις πυρός;

ΘΕΑΙ. Αὗται * μὲν οὖν. B

ΣΩ. Καὶ μὴν τό γε τῶν ζώων γένος ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων φύεται.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Τί δέ; ἡ τῶν σωμάτων ἕξις οὐχ ὑπὸ ἡσυχίας μὲν καὶ ἀργίας διόλλυται, ὑπὸ γυμνασίων δὲ καὶ κινήσεων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σώζεται;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ἡ δ' ἐν τῇ ψυχῇ ἕξις οὐχ ὑπὸ μαθήσεως μὲν καὶ μελέτης, κινήσεων ὄντων*), κτᾶταί τε μαθήματα καὶ σώζεται καὶ γίγνεται βελτίων, ὑπὸ δ' ἡσυχίας, ἀμελετησίας τε καὶ ἀμαθίας οὔσης, οὔτε τι μανθάνει ἅ τε ἂν μάθῃ ἐπιλανθάνεται; C

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Τὸ μὲν ἄρα ἀγαθὸν κίνησις κατά τε ψυχὴν καὶ κατὰ σῶμα, τὸ δὲ τοὐναντίον.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ἔτι οὖν σοι λέγω νηνεμίας τε καὶ γαλήνας καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὅτι αἱ μὲν ἡσυχίαι σήπουσι καὶ ἀπολλύασι, τὰ δ' ἕτερα σώζει; καὶ ἐπὶ τούτοις

*) ℓσ. οὐσῶν ἢ κινήσεοιν ὄντοιν.

poetis principes poesis utriusque, comoediae Epicharmus, tragoediae Homerus; hic enim dicens

Oceanum divûm patrem et Tethyn genetricem

omnia ponit progigni e fluxione ac motione; an non videtur hoc dicere?

Theae. Mihi vero.

So. Quis vero iam cum tanto exercitu ac duce Homero possit contendere, quin ridiculus exsistat?

Theae. Non est facile, Socrate.

So. Non sane, Theaetete; nam hoc etiam est idoneo argumento rationi illi, quod id quod esse videtur et id quod fit motione efficitur, non esse autem et interire ex quiete proficiscitur; calidum enim et ignis, qui quidem etiam cetera gignit ac regit, ipse gignitur ex incitatione ac frictione; haec autem motio est. an non hae sunt generationes ignis?

Theae. Hae sane quidem.

So. Atqui animantium genus ex îsdem his nascitur.

Theae. Quidni?

So. Quid vero? corporum habitus nonne quiete quidem et seguitia perit, exercitationibus vero et motionibus maximam partem conservatur?

Theae. Vero.

So. Animi autem habitus nonne disciplina et meditatione, quae motiones sunt, sibi acquirit doctrinas et conservatur et melior exsistit, quiete vero, quae exercitationis negligentia et inscitia est, neque aliquid discit et quae didicit obliviscitur?

Theae. Sane quidem.

So. Bona igitur et ad animum et ad corpus motio est, altera vero contraria.

Theae. Videtur.

So. Etiamne tibi afferam tranquillitates ac serenitates et quaecumque his similia sunt, quo probem quietes putrefacere ac perdere, contraria vero servare? et

τὸν κολοφῶνα ἀναγκάζω προσβιβάζων, τὴν χρυσῆν σειρὰν ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει, καὶ δηλοῖ ὅτι * ἕως μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ᾖ κινουμένη καὶ ὁ ἥλιος, πάν- D
τα ἔστι καὶ σώζεται τὰ ἐν θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις, εἰ δὲ σταίη τοῦτο ὥσπερ δεθέν, πάντα χρήματ' ἂν διαφθαρείη καὶ γένοιτ' ἂν τὸ λεγόμενον ἄνω κάτω πάντα;

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ταῦτα δηλοῦν ἅπερ λέγεις.

ΣΩ. Ὑπόλαβε τοίνυν, ὦ ἄριστε, οὑτωσί. κατὰ τὰ ὄμματα πρῶτον, ὃ δὴ καλεῖς χρῶμα λευκόν, μὴ εἶναι αὐτὸ ἕτερόν τι ἔξω τῶν σῶν ὀμμάτων μηδ' ἐν τοῖς ὄμμασι, μηδέ τιν' αὐτῷ χώραν * ἀποτάξῃς· ἤδη γὰρ ἂν εἴη τε ὂν *) E
που ἐν τάξει καὶ μένοι καὶ οὐκ ἂν ἐν γενέσει γίγνοιτο.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ πῶς;

ΣΩ. Ἑπώμεθα τῷ ἄρτι λόγῳ, μηδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἓν ὂν τιθέντες· καὶ ἡμῖν οὕτω μέλαν τε καὶ λευκὸν καὶ ὁτιοῦν ἄλλο χρῶμα ἐκ τῆς προσβολῆς τῶν ὀμμάτων πρὸς τὴν προσήκουσαν φορὰν φανεῖται γεγενημένον, καὶ ὃ δὴ ἕκαστον εἶναί φαμεν χρῶμα, οὔτε τὸ προσβάλλον οὔτε τὸ προσβαλ*λόμενον ἔσται, ἀλλὰ μεταξύ τι ἑκάστῳ ἴδιον γεγο- 154
νός. ἢ σὺ διϊσχυρίσαιο ἂν ὡς, οἷον σοὶ φαίνεται ἕκαστον χρῶμα, τοιοῦτον καὶ κυνὶ καὶ ὁτῳοῦν ζώῳ;

ΘΕΑΙ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Τί δ'; ἄλλῳ ἀνθρώπῳ ἆρ' ὅμοιον καὶ σοὶ φαίνεται ὁτιοῦν; ἔχεις τοῦτο ἰσχυρῶς, ἢ πολὺ μᾶλλον, ὅτι οὐδὲ σοὶ αὐτῷ ταὐτὸν διὰ τὸ μηδέποτε ὁμοίως αὐτὸν σεαυτῷ ἔχειν;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο μᾶλλόν μοι δοκεῖ ἢ ἐκεῖνο.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὲν ὃ παραμετρούμεθα ἢ οὗ ἐφα*πτόμεθα, B
μέγα ἢ λευκὸν ἢ θερμὸν ἦν, οὐκ ἄν ποτε ἄλλῳ τῳ προσπεσὸν ἄλλο ἂν ἐγεγόνει, αὐτό γε μηδὲν μεταβάλλον· εἰ δὲ αὖ τὸ παραμετρούμενον ἢ ἐφαπτόμενον ἕκαστον ἦν τούτων, οὐκ ἂν αὖ ἄλλου προσελθόντος ἢ τι παθόντος αὐτὸ

*) γρ. ἄν.

praeterea colophonem admovens evincam, auream catenam nihil aliud praeter ſolem Homerum dicere, eumque ſignificare, quamdiu rerum univerſitas et ſol moveantur, omnia eſſe et ſervari et apud deos et apud homines, ſin illa conſiſtant quaſi vincta, omnes res fore ut exſtinguantur idque contingat, quod proverbii loco dicitur, ſurſum deorſum omnia?

Theae. Atque mihi quidem videtur, Socrate, id ſignificare quod dicis.

So. Intellige igitur, mi optime, ita; de oculis primum: id quod appellas colorem album, non eſſe diverſum quid ac proprium extra tuos oculos nec in oculis, neque locum quendam ei adſignes; iam enim eſſet uspiam in ordine et maneret nec in generatione verſaretur.

Theo. Sed quomodo?

So. Sequamur modo explicatam rationem, nihil ipſum per ſe unum quoddam eſſe ponentes; atque ita nobis nigrum et album et quemvis alium colorem ex incurſione oculorum in agitationem eis reſpondentem patebit naſci, et quod quemque dicimus colorem eſſe, id neque quod incurrit neque in quod incurritur erit, ſed medium quoddam cuique proprium natum. an tu pro certo affirmaveris, qualis tibi appareat quisque color, talem etiam cani apparere et cuivis animali?

Theae. Non ſane mehercule.

So. Quid vero? alii homini ſimile atque tibi apparet quidlibet? tenes hoc firme, an potius, neque tibi ipſi idem apparere, quia numquam tibimet ipſi conſtes?

Theae. Hoc magis mihi videtur quam illud.

So. Nonne vero ſi id, quod cum altero collatum metimur vel quod attingimus, magnum vel album vel calidum *eſſet*, numquam in aliud quid incidens aliud fieri poſſet, quia ipſum non mutaretur; itemque ſi id quod metitur aliquid vel attingit quidque illorum *eſſet*, non poſſet, altero incidente vel aliquo modo affecto,

μηδὲν παθὸν ἄλλο ἂν ἐγένετο. ἐπεὶ νῦν γε, ὦ φίλε, θαυμαστά τε καὶ γελοῖα εὐχερῶς πως ἀναγκαζόμεθα λέγειν, ὡς φαίη ἂν Πρωταγόρας τε καὶ πᾶς ὁ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ ἐπιχειρῶν λέγειν.

ΘΕΑΙ. Πῶς δὴ καὶ ποῖα λέγεις;

ΣΩ. Σμι*κρὸν λαβὲ παράδειγμα, καὶ πάντα εἴσει ἃ C βούλομαι. ἀστραγάλους γάρ που ἕξ, ἂν μὲν τέτταρας αὐτοῖς προςενέγκῃς, πλείους φαμὲν εἶναι τῶν τεττάρων καὶ ἡμιολίους, ἐὰν δὲ δώδεκα, ἐλάττους καὶ ἡμίσεις· καὶ οὐδὲ ἀνεκτὸν ἄλλως λέγειν· ἢ σὺ ἀνέξει;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Τί οὖν; ἄν σε Πρωταγόρας ἔρηται ἤ τις ἄλλος Ὦ Θεαίτητε, ἔσθ' ὅπως τι μεῖζον ἢ πλέον γίγνεται ἄλλως ἢ αὐξηθέν; τί ἀποκρινεῖ;

ΘΕΑΙ. Ἐὰν μέν, ὦ Σώκρατες, τὸ δοκοῦν πρὸς τὴν νῦν ἐρώτησιν * ἀποκρίνωμαι, ὅτι οὐκ ἔστιν, ἐὰν δὲ πρὸς D τὴν προτέραν, φυλάττων μὴ ἐναντία εἴπω, ὅτι ἔστιν.

ΣΩ. Εὖ γε νὴ τὴν Ἥραν, ὦ φίλε, καὶ θείως. ἀτάρ, ὡς ἔοικεν, ἐὰν ἀποκρίνῃ ὅτι ἔστιν, Εὐριπίδειόν τι ξυμβήσεται· ἡ μὲν γὰρ γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Οὐκοῦν, εἰ μὲν δεινοὶ καὶ σοφοὶ ἐγώ τε καὶ σὺ ἦμεν, πάντα τὰ τῶν φρενῶν ἐξητακότες, ἤδη ἂν τὸ λοιπὸν ἐκ περιουσίας ἀλλήλων ἀποπειρώμενοι, ξυνελθόντες σοφιστι*κῶς εἰς μάχην τοιαύτην, ἀλλήλων τοὺς λόγους τοῖς E λόγοις ἐκρούομεν· νῦν δὲ ἅτε ἰδιῶται πρῶτον βουλησόμεθα θεάσασθαι αὐτὰ πρὸς αὐτά, τί ποτ' ἐστὶν ἃ διανοούμεθα, πότερον ἡμῖν ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἢ οὐδ' ὁπωστιοῦν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν ἔγωγε τοῦτ' ἂν βουλοίμην.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἐγώ. *) ὅτε δ' οὕτως ἔχει, ἄλλο τι ἠρέμα, ὡς πάνυ πολλὴν σχολὴν ἄγοντες, πάλιν ἐπανασκεψόμεθα, οὐ * δυςκολαίνοντες, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμᾶς αὐτοὺς 155 ἐξετάζοντες, ἅττα ποτ' ἐστὶ ταῦτα τὰ φάσματα ἐν ἡμῖν; ὧν

*) Ια. Καὶ μὴν καὶ ἐγώ.

quia ipſum non aſſiceretur, aliud fieri. quamquam nunc quidem, amice, admirabilia et ridicula expedite quodammodo cogimur dicere, ut autumaverit Protagoras et quicumque eadem atque hic inſtituit dicere.

Theae. Qui tandem et qualia dicis?

So. Exiguum cape exemplum et omnia cognoſces quae volo. talos videlicet ſex, ſi quattuor eis componas, plures dicimus eſſe quam quattuor et quidem ſesqui maiores, ſin duodecim, minores et dimidios; nec committendum eſt ut aliter dicatur; an tu committes?

Theae. Equidem non committam.

So. Iam ſi Protagoras ex te quaerat vel alius quis: O Theaetete, eſtne ut aliquid maius vel plus fiat, niſi augeatur? quid reſpondeas?

Theae. Si mihi, Socrate, reſpondendum eſt id quod ſecundum hanc quaeſtionem videtur, dicam, non eſſe, ſin ſecundum priorem, cavens ne contraria dicam, reſeram, eſſe.

So. Bene per Iunonem, amice, et divine. at, ut patet, ſi retuleris, eſſe, Euripideum aliquid eveniet: lingua quidem non erit convicta, mens vero ſane convicta.

Theae. Vera.

So. Nonne igitur, ſi callidi ac ſapientes ego et tu eſſemus, quum mentes noſtras exploraſſemus, iam poſtea animi cauſa inter nos tentaremus et coorti ſophiſtico more talem in pugnam, rationes rationibus feriremus: nunc vero quippe rudes primum volemus ſpectare ipſa per ſe qualia tandem ſint quae ſentiamus, utrum nobis inter ſe concinant, an nullo prorſus modo.

Theae. Sane quidem ego hoc velim.

So. Quin etiam ego. quando vero ita ſe habet, nonne leniter, quum permultum nobis otii ſit, iterum ſpectabimus, non moleſte ferentes, ſed revera nos ipſos explorantes, qualia ſint illa in nobis viſa? quorum pri-

πρῶτον ἐπισκοποῦντες φήσομεν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, μηδέποτε μηδὲν ἂν μεῖζον μηδὲ ἔλαττον γενέσθαι μήτε ὄγκῳ μήτε ἀριθμῷ, ἕως ἴσον εἴη αὐτὸ ἑαυτῷ· οὐχ οὕτως;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Δεύτερον δέ γε, ᾧ μήτε προστιθοῖτο μήτε ἀφαιροῖτο, τοῦτο μήτε αὐξάνεσθαί ποτε μήτε φθίνειν, ἀεὶ δὲ ἴσον εἶναι.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἆρ' * οὖν οὐ καὶ τρίτον, ὃ μὴ πρότερον ἦν, B
ἀλλὰ ὕστερον τοῦτο εἶναι ἄνευ τοῦ γενέσθαι καὶ γίγνεσθαι ἀδύνατον;

ΘΕΑΙ. Δοκεῖ γε δή.

ΣΩ. Ταῦτα δή, οἶμαι, ὁμολογήματα τρία μάχεται αὐτὰ αὐτοῖς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, ὅταν τὰ περὶ τῶν ἀστραγάλων λέγωμεν, ἢ ὅταν φῶμεν ἐμὲ τηλικόνδε ὄντα, μήτε αὐξηθέντα μήτε τοὐναντίον παθόντα, ἐν ἐνιαυτῷ σοῦ τοῦ νέου νῦν μὲν μείζω εἶναι, ὕστερον δὲ ἐλάττω, μηδὲν τοῦ ἐμοῦ ὄγκου ἀφαιρεθέντος, ἀλλὰ σοῦ αὐξηθέντος. * εἰμὶ γὰρ C
δὴ ὕστερον ὃ πρότερον οὐκ ἦ, οὐ γενόμενος· ἄνευ γὰρ τοῦ γίγνεσθαι γενέσθαι ἀδύνατον, μηδὲν δὲ ἀπολλὺς τοῦ ὄγκου οὐκ ἄν ποτε ἐγιγνόμην ἐλάττων. καὶ ἄλλα δὴ μυρία ἐπὶ μυρίοις οὕτως ἔχει, εἴπερ καὶ ταῦτα παραδεξόμεθα. ἕπει γάρ που, ὦ Θεαίτητε· δοκεῖς γοῦν μοι οὐκ ἄπειρος τῶν τοιούτων εἶναι.

ΘΕΑΙ. Καὶ νὴ τοὺς θεούς γε, ὦ Σώκρατες, ὑπερφυῶς ὡς θαυμάζω τί ποτ' ἐστὶ ταῦτα, καὶ ἐνίοτε ὡς ἀληθῶς βλέπων εἰς αὐτὰ σκοτοδινιῶ.

ΣΩ. * Θεόδωρος γάρ, ὦ φίλε, φαίνεται οὐ κακῶς D
τοπάζειν περὶ τῆς φύσεώς σου· μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος, τὸ θαυμάζειν· οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη, καὶ ἔοικεν ὁ τὴν Ἶριν Θαύμαντος ἔκγονον φήσας οὐ κακῶς γενεαλογεῖν. ἀλλὰ πότερον μανθάνεις ἤδη, διὸ ταῦτα τοιαῦτ' ἐστίν, ἐξ ὧν τὸν Πρωταγόραν φαμὲν λέγειν, ἢ οὔπω;

mum confiderantes dicemus, uti arbitror, numquam aliquid neque maius neque minus fieri posse nec ad magnitudinem nec ad numerum, dum aequale sit sibimet ipsi; nonne ita?

Theae. Etiam.

So. Secundum vero, cui neque addatur quid neque detrahatur, hoc neque augeri umquam neque decrescere, sed semper aequale esse.

Theae. Sic prorsus videtur.

So. Nonne etiam tertium, id quod ante non fuerit, fieri non posse ut hoc postea sit, nisi factum sit ac fiat?

Theae. Videtur vero.

So. Hae iam, opinor, tres confessiones pugnant secum ipsae in animo nostro, si de talis illis loquimur vel si dicimus me, qui hac sim magnitudine, neque auctum neque contrarium passum per anni spatium te iuvene nunc quidem maiorem esse, postea vero minorem, licet mea magnitudo non imminuta, sed tua aucta sit. sum enim postea, qui ante non eram, isque non factus; ac tamen, quia factum esse aliquid nequit nisi fiat, numquam fierem minor, nisi aliquantulo magnitudinis amisso. et alia iam sexcenta ad sexcenta ita se habent, si hoc admittimus. assequeris haud dubie, Theaetete; videris certe mihi non imperitus talium quaestionum esse.

Theae. Atque per deos, Socrate, dici non potest quam admirer quale tandem hoc sit, et nonnumquam revera in illud intuens vertigine corripior.

So. Theodorus videlicet, mi care, videtur non male augurari de indole tua; sane enim philosophi haec est affectio, admiratio; neque aliud est initium philosophiae quam hoc, et videtur is, qui Irin Thaumantis filiam dixit, non male generis originem persequi. at utrum intelligis iam, cur haec ita se habeant, ex iis quae Protagoram dicimus ponere, an nondum?

ΘΕΑΙ. Οὔπω μοι δοκεῖ.

ΣΩ. Χάριν οὖν μοι εἴσει, ἐάν σοι ἀνδρός, μᾶλλον δὲ ἀνδρῶν ὀνομαστῶν τῆς διανοίας * τὴν ἀλήθειαν ἀπο- E κεκρυμμένην ξυνεξερευνήσωμαι αὐτῶν;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐκ εἴσομαι, καὶ πάνυ γε πολλήν;

ΣΩ. Ἄθρει δὴ περισκοπῶν, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὗ ἂν δύνωνται ἀπρὶξ τοῖν χεροῖν λαβέσθαι, πράξεις δὲ καὶ γενέσεις καὶ πᾶν τὸ ἀόρατον οὐκ ἀποδεχόμενοι ὡς ἐν οὐσίας μέρει.

ΘΕΑΙ. Καὶ μὲν δή, ὦ Σώκρατες, σκληρούς γε λέγεις καὶ * ἀντιτύπους ἀνθρώπους. 156

ΣΩ. Εἰσὶ γάρ, ὦ παῖ, μάλ' εὖ ἄμουσοι. ἄλλοι δὲ πολὺ κομψότεροι, ὧν μέλλω σοι τὰ μυστήρια λέγειν. ἀρχὴ δέ, ἐξ ἧς καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν πάντα ἤρτηται, ἥδε αὐτῶν, ὡς τὸ πᾶν κίνησις ἦν καὶ ἄλλο παρὰ τοῦτο οὐδέν, τῆς δὲ κινήσεως δύο εἴδη, πλήθει μὲν ἄπειρον ἑκάτερον, δύναμιν δὲ τὸ μὲν ποιεῖν ἔχον, τὸ δὲ πάσχειν. ἐκ δὲ τῆς τούτων ὁμιλίας τε καὶ τρίψεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται ἔκγονα πλήθει μὲν ἄπει*ρα, δίδυμα δέ, τὸ μὲν αἰσθητόν, τὸ B δὲ αἴσθησις, ἀεὶ ξυνεκπίπτουσα *) καὶ γεννωμένη μετὰ τοῦ αἰσθητοῦ. αἱ μὲν οὖν αἰσθήσεις τὰ τοιάδε ἡμῖν ἔχουσιν ὀνόματα, ὄψεις τε καὶ ἀκοαὶ καὶ ὀσφρήσεις καὶ **) ψύξεις τε καὶ καύσεις ***), καὶ ἡδοναί γε δὴ καὶ λῦπαι καὶ ἐπιθυμίαι καὶ φόβοι κεκλημέναι καὶ ἄλλαι, ἀπέραντοι μὲν αἱ ἀνώνυμοι, παμπληθεῖς δὲ αἱ ὠνομασμέναι· τὸ δ' αὖ αἰσθητὸν γένος τούτων ἑκάσταις ὁμόγονον, ὄψεσι μὲν χρώματα παντοδαπαῖς παντο*δαπά, ἀκοαῖς δὲ ὡσαύτως φωναί, C καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι τὰ ἄλλα αἰσθητὰ ξυγγενῆ γιγνόμενα. Τί δὴ οὖν ἡμῖν βούλεται οὗτος ὁ μῦθος, ὦ Θεαίτητε, πρὸς τὰ πρότερα; ἆρα ἐννοεῖς;

ΘΕΑΙ. Οὐ πάνυ, ὦ Σώκρατες.

---

*) ἴσ. ξυνεκτίκτουσα.

**) ἴσ. καὶ γεύσεις καὶ ψ.

***) ἄλλ. θερμάνσεις.

Theae. Nondum mihi videor.

So. Gratiamne igitur mihi habebis, si tibi opem feram in viri, vel potius virorum nobilium vera, quam celarunt, sententia perscrutanda?

Theae. Quidni habeam, et etiam quidem magnam?

So. Vide igitur circumspectans, ne quis profanorum audiat. sunt vero hi ii qui nihil aliud arbitrantur esse nisi id quod possint tenaciter manibus apprehendere, actiones vero et generationes et quicquid sub adspectum non cadit non referunt in rerum quae sint numero.

Theae. Quin etiam, Socrate, rigidos dicis atque obstinatos homines.

So. Sunt enim, o puer, sane quam indocti. alii autem multo elegantiores, quorum tibi volo mysteria aperire. principium vero, e quo etiam quae modo diximus omnia pendent, hoc illorum, omne esse motionem et nihil praeter hanc, motionis autem duas esse species, ad copiam quidem innumerabilem utramque, alteram vero agendi, alteram patiendi vim habentem. ex harum autem coniunctione ac frictione inter se mutua nasci res ad copiam innumerabiles, quarum duo sint genera, sensibile unum, alterum sensus, semper ille quidem simul procreans et procreatus cum sensibili. iam sensus quidem talia nobis habent nomina, visus, auditus, olfactus, refrigerationes et calefactus, atque etiam voluptates, dolores, cupiditates et timores vocantur, et alii exstant, infiniti quidem qui nomine carent, permulti vero qui nomen invenerunt: sensibile vero genus horum cuique cognatum est, visibus colores variis varii, auditibus itidem voces, et sic reliquis sensibus reliqua sensibilia, quae cum eis affinitate coniuncta sunt. Quid vero nobis volt haec oratio, Theaetete, praegressa si spectamus? num intelligis?

Theae. Non sane, Socrate.

ΣΩ. Ἀλλ' ἄθρει, ἐάν πως ἀποτελεσθῇ. βούλεται γὰρ δὴ λέγειν ὡς ταῦτα πάντα μέν, ὥσπερ λέγομεν, κινεῖται, τάχος δὲ καὶ βραδυτὴς ἔνι τῇ κινήσει αὐτῶν. ὅσον μὲν οὖν βραδύ, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ πλησιάζοντα τὴν κίνησιν ἴσχει καὶ οὕτω δὴ * γεννᾷ, τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ [βραδύτερά D ἐστιν· ὅσον δὲ αὖ ταχύ, πρὸς τὰ πόῤῥωθεν τὴν κίνησιν ἴσχει καὶ οὕτω γεννᾷ, τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ] θάττω ἐστί· φέρεται γὰρ καὶ ἐν φορᾷ *) αὐτῶν ἡ κίνησις πέφυκεν. ἐπειδὰν οὖν ὄμμα καὶ ἄλλο τι τῶν τούτῳ ξυμμέτρων πλησιάσαν γεννήσῃ τὴν λευκότητά τε καὶ αἴσθησιν αὐτῇ ξύμφυτον, ἃ οὐκ ἄν ποτε ἐγένετο ἑκατέρου ἐκείνων πρὸς ἄλλο ἐλθόντος, τότε δὴ μεταξὺ φερομένων τῆς μὲν ὄψεως πρὸς τῶν ὀφθαλμῶν, τῆς δὲ λευκότητος * πρὸς τοῦ ξυναποτίκτοντος τὸ χρῶμα, ὁ E μὲν ὀφθαλμὸς ἄρα ὄψεως ἔμπλεως ἐγένετο καὶ ὁρᾷ δὴ τότε καὶ ἐγένετο οὔτι ὄψις, ἀλλὰ ὀφθαλμὸς ὁρῶν, τὸ δὲ ξυγγεννῆσαν τὸ χρῶμα λευκότητος περιεπλήσθη καὶ ἐγένετο οὐ λευκότης αὖ, ἀλλὰ λευκόν, εἴτε ξύλον εἴτε λίθος εἴτε ὁτιοῦν ξυνέβη χρῆμα χρωσθῆναι τῷ τοιούτῳ χρώματι **)· καὶ τἆλλα δὴ οὕτω, σκληρὸν καὶ θερμὸν καὶ πάντα τὸν αὐτὸν τρόπον ὑποληπτέον, αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ μηδὲν εἶναι, ὃ δὴ καὶ τότε * ἐλέ- 157 γομεν, ἐν δὲ τῇ πρὸς ἄλληλα ὁμιλίᾳ πάντα γίγνεσθαι καὶ παντοῖα ἀπὸ τῆς κινήσεως· ἐπεὶ καὶ τὸ ποιοῦν εἶναί τι καὶ τὸ πάσχον αὖ τι ἐπὶ ἑνὸς νοῆσαι, ὥς φασιν, οὐκ εἶναι παγίως· οὔτε γὰρ ποιοῦν ἐστί τι, πρὶν ἂν τῷ πάσχοντι ξυνέλθῃ, οὔτε πάσχον, πρὶν ἂν τῷ ποιοῦντι· τό τέ τινι ξυνελθὸν καὶ ποιοῦν ἄλλῳ αὖ προσπεσὸν πάσχον ἀνεφάνη· ὥστε ἐξ ἁπάντων τούτων, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγομεν, οὐδὲν εἶναι ἓν αὐτὸ καθ' αὑτό, ἀλλά τινι ἀεὶ γίγνεσθαι, τὸ δ' εἶναι πανταχόθεν ἐξαι*ρετέον, B οὐχ ὅτι ἡμεῖς πολλὰ καὶ ἄρτι ἠναγκάσμεθα ὑπὸ ξυνηθείας καὶ ἀνεπιστημοσύνης χρῆσθαι αὐτῷ· τὸ δ' οὐ δεῖ, ὡς ὁ τῶν σοφῶν λόγος, οὔτε τι ξυγχωρεῖν οὔτε του οὔτ' ἐμοῦ οὔτε τόδε

*) ἴσ. ὅσον μὲν οὖν βραδὺ ἢ ταχύ ἐστιν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ πλησιάζοντα τὴν κίνησιν ἴσχει καὶ οὕτω δὴ γεννᾷ, τὰ δὲ γεννώμενα οὕτω δὴ φέρεται· φορὰ γὰρ αὐτῶν ἡ κίνησις πέφυκεν.

**) ἴσ. χρώματι χρωσθῆναι τῷ τοιούτῳ.

So. At vide, numquid ad exitum eam adducamus. volt enim dicere, haec quidem omnia, quemadmodum diximus, moveri, celeritatem vero et tarditatem inesse in eorum motione. quodcumque igitur tardum vel celere sit, id eodem modo etiam ad ea, quibuscum coëat, motionem habere et ita procreare, procreata vero ita agitari; agitationem enim eorum motionem esse. quum igitur oculus et aliud quid eorum quae huic respondeant coëuntia gignant albitudinem et sensum huic congenitum, quae quidem numquam gignerentur, si alterutrum ad aliud accessisset, tum videlicet, inter agitationem tam visus ab oculis proficiscentem quam albitudinis ex eo exorientem quod una gignat colorem, oculum quidem visu impleri et videre tum et exsistere non visum, sed oculum videntem, id vero quod colorem una procreet albitudine compleri, itemque exsistere non albitudinem, sed album quid, sive lignum sive lapis sive quid aliud sit cui accidat ut colore coloretur huiusmodi; et de ceteris quoque, de duro et calido omnibusque idem esse statuendum, ipsum per se nihil esse, quod quidem iam ante diximus, in mutua vero inter se coniunctione omnia exsistere et omnigena per motum; etenim etiam aliquid esse agens itemque aliquid patiens non de uno, ut dicunt, firme esse statuendum; neque enim agens quicquam esse priusquam cum patiente congrediatur, neque patiens priusquam cum agente; et quod cum aliquo congrediens agens sit, id in aliud contra incidens patiens reperiri: ut secundum omnia haec, quod initio diximus, nihil sit unum ipsum per se, sed per aliquid semper exsistat, et *esse* undique sit eximendum, licet nos multum etiam ante coacti fuerimus propter consuetudinem et inscitiam illo uti; potius, ut sapientium oratio, neque *aliquid* concedendum esse neque *alicuius* neque *mei* neque *hoc* neque *il-*

οὔτ' ἐκεῖνο οὔτε ἄλλο οὐδὲν ὄνομα ὅ τι ἂν ἱστῇ, ἀλλὰ
κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι γιγνόμενα καὶ ποιούμενα καὶ ἀπολ-
λύμενα καὶ ἀλλοιούμενα· ὡς, ἐάν τί τις στήσῃ τῷ λόγῳ,
εὐέλεγκτος ὁ τοῦτο ποιῶν. δεῖ δὲ καὶ κατὰ μέρος οὕτω λέ-
γειν καὶ περὶ πολλῶν ἀθροισθέντων, ᾧ δὴ ἀθροίσματι ἄν-
θρωπόν τε τίθενται * καὶ λίθον καὶ ἕκαστον ζῶόν τε καὶ C
εἶδος *). Ταῦτα δή, ὦ Θεαίτητε, ἆρ' ἡδέα δοκεῖ σοι εἶ-
ναι, καὶ γεύοιο ἂν αὐτῶν ὡς ἀρεσκόντων;

ΘΕΑΙ. Οὐκ οἶδα ἔγωγε, ὦ Σώκρατες· καὶ γὰρ οὐδὲ
περὶ σοῦ δύναμαι κατανοῆσαι, πότερα δοκοῦντά σοι λέγεις
αὐτά, ἢ ἐμοῦ ἀποπειρᾷ.

ΣΩ. Οὐ μνημονεύεις, ὦ φίλε, ὅτι ἐγὼ μὲν οὔτ' οἶδα
οὔτε ποιοῦμαι τῶν τοιούτων οὐδὲν ἐμόν, ἀλλ' εἰμὶ αὐτῶν
ἄγονος, σὲ δὲ μαιεύομαι καὶ τούτου ἕνεκα ἐπᾴδω τε καὶ
παρατίθημι ἑκάστων τῶν σοφῶν ἀπογεύσασθαι, ἕως ἂν * εἰς D
φῶς τὸ σὸν δόγμα ξυνεξαγάγω· ἐξαχθέντος δέ, τότ' ἤδη
σκέψομαι εἴτ' ἀνεμιαῖον εἴτε γόνιμον ἀναφανήσεται. ἀλλὰ
θαῤῥῶν καὶ καρτερῶν εὖ καὶ ἀνδρείως ἀποκρίνου ἃ ἂν
φαίνηταί σοι περὶ ὧν ἂν ἐρωτῶ.

ΘΕΑΙ. Ἐρώτα δή.

ΣΩ. Λέγε τοίνυν πάλιν, εἴ σοι ἀρέσκει τὸ μή τι εἶ-
ναι, ἀλλὰ γίγνεσθαι ἀεὶ [ἀγαθὸν καὶ καλὸν] καὶ πάντα ἃ
ἄρτι διῇμεν.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἔμοιγε, ἐπειδὴ σοῦ ἀκούω οὕτω διεξ-
ιόντος, θαυμασίως φαίνεται ὡς ἔχειν λόγον καὶ ὑποληπτέον,
ᾗπερ διελήλυθας.

ΣΩ. * Μὴ τοίνυν ἀπολίπωμεν ὅσον ἐλλεῖπον αὐτοῦ. E
λείπεται δὲ ἐνυπνίων τε πέρι καὶ νόσων, τῶν τε ἄλλων
καὶ μανίας, ὅσα τε παρακούειν ἢ παρορᾶν ἤ τι ἄλλο πα-
ραισθάνεσθαι λέγεται. οἶσθα γάρ που ὅτι ἐν πᾶσι τού-
τοις ὁμολογουμένως ἐλέγχεσθαι δοκεῖ ὃν ἄρτι διῇμεν λό-
γον, ὡς παντὸς μᾶλλον ἡμῖν ψευδεῖς αἰσθήσεις ἐν * αὐ- 158
τοῖς γιγνομένας, καὶ πολλοῦ δεῖ **) τὰ φαινόμενα ἑκάστῳ

---

*) ſc. καὶ ζῶον καὶ ἕκαστον εἶδος.

**) ſc. δεῖν.

lud neque aliud vocabulum quod ſiſtat, ſed ſecundum naturam res eſſe dicendas *fieri* et *agi* et *perire* et *mutari*; nam, ſi quis quid ſiſtat oratione, facile poſſe refutari eum qui hoc faciat. oportere autem et ſingula ita dici et multa in unum collecta, cui quidem collectioni hominis nomen imponant et lapidis et animantis et cuiusque generis. Haec igitur, Theaetete, num ſuavia tibi videntur eſſe eaque guſtaveris ut accepta?

Theae. Neſcio equidem, Socrate; etenim nec de te poſſum perſpicere, utrum ea dicas ut tibi probata, an me tentes.

So. Non recordaris, mi care, me neque ſcire neque meum vindicare horum aliquid, ſed eſſe eorum ſterilem, tibi vero opem ferre obſtetriciam; et iccirco incantare atque ſapiens quidvis apponere deguſtandum, donec in lucem ſententiam tuam una producam; qua quidem producta, tum denique ſpectabo, inanis an nativa reperiatur. itaque fidens ac perſeverans bene et viriliter reſponde quicquid videtur tibi de eis quae interrogo.

Theae. Roga dum.

So. Dic igitur iterum, num tibi placeat nihil eſſe, ſed fieri ſemper [bonum et pulchrum] omniaque quae modo memoravimus.

Theae. Mihi vero, quando te audio ita hoc exponentem, mirum quam videtur conſentaneum eſſe et ita ſtatuendum, ut perſequutus es.

So. Ne igitur praetermittamus quantum eius eſt reliquum. reſtat vero, ut de ſomniis ac morbis, quum aliis tum inſania, exponamus et quae reliquae viſus, auditus ceterorumque ſenſuum errationes dicuntur. ſcis enim ſine dubio in his omnibus manifeſto videri, quam modo perſequuti ſumus, rationem refutari, propterea quod omni modo falſae ſint in illis perceptiones noſtrae et tantum abſit, ut quae cuique videantur haec

ταῦτα καὶ εἶναι, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον οὐδὲν ὤν φαίνεται εἶναι.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τίς δὴ οὖν, ὦ παῖ, λείπεται λόγος τῷ τὴν αἴσθησιν ἐπιστήμην τιθεμένῳ καὶ τὰ φαινόμενα ἑκάστῳ ταῦτα καὶ εἶναι τούτῳ ᾧ φαίνεται;

ΘΕΑΙ. Ἐγὼ μέν, ὦ Σώκρατες, ὀκνῶ εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἔχω τί λέγω, διότι μοι νῦν δὴ ἐπέπληξας εἰπόντι αὐτό. ἐπεὶ ὡς ἀληθῶς γε οὐκ ἂν δυναίμην ἀμφισβη*τῆσαι ὡς οἱ B
μαινόμενοι ἢ οἱ ὀνειρώττοντες οὐ ψευδῆ δοξάζουσιν, ὅταν οἱ μὲν θεοὶ αὐτῶν οἴωνται εἶναι, οἱ δὲ πτηνοί τε καὶ ὡς πετόμενοι ἐν τῷ ὕπνῳ διανοῶνται.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐδὲ τὸ τοιόνδε ἀμφισβήτημα ἐννοεῖς περὶ αὐτῶν, μάλιστα δὲ περὶ τοῦ ὄναρ τε καὶ ὕπαρ;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὃ πολλάκις σε οἶμαι ἀκηκοέναι ἐρωτώντων τί ἂν τις ἔχοι τεκμήριον ἀποδεῖξαι, εἴ τις ἔροιτο νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι, πότερον καθεύδομεν καὶ πάντα ἃ διανοούμεθα ὀνειρώττομεν, ἢ ἐγρηγόραμέν τε καὶ ὕπαρ ἀλλήλοις * διαλεγόμεθα. C

ΘΕΑΙ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ἄπορόν γε ὅτῳ χρὴ ἐπιδεῖξαι τεκμηρίῳ· πάντα γὰρ ὥσπερ ἀντίστροφα τὰ αὐτὰ παρακολουθεῖ· ἅ τε γὰρ νυνὶ διειλέγμεθα, οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν τῷ ἐνυπνίῳ δοκεῖν ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, καὶ ὅταν δὴ ὄναρ ὀνείρατα *) δοκῶμεν διηγεῖσθαι, ἄτοπος ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις.

ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν ὅτι τό γε ἀμφισβητῆσαι οὐ χαλεπόν, ὅτε καὶ πότερόν ἐστιν ὕπαρ ἢ ὄναρ ἀμφισβητεῖ*ται· καὶ D
δὴ ἴσου ὄντος τοῦ χρόνου ὃν καθεύδομεν ᾧ ἐγρηγόραμεν, ἐν ἑκατέρῳ διαμάχεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ τὰ ἀεὶ παρόντα δόγματα παντὸς μᾶλλον εἶναι ἀληθῆ, ὥστε ἴσον μὲν χρόνον τάδε φαμὲν ὄντα εἶναι, ἴσον δὲ ἐκεῖνα, καὶ ὁμοίως ἐφ' ἑκατέροις διϊσχυριζόμεθα.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

---

*) ἴσ. ὄναρ ἄττα.

etiam vera ſint, ut plane ex contrario nihil eorum quae videantur vere ſit.

Theae. Veriſſima dicis, Socrate.

So. Quaenam igitur, o puer, relinquitur ratio ei qui ſenſum ponit ſcientiam et quae cuique videantur haec etiam eſſe ei cui videantur?

Theae. Equidem, Socrate, vereor confiteri me non habere quid dicam, quia modo me reprehendiſti illud dicentem. quamquam revera quidem non poſſim hoc in controverſiam adducere inſanientes et ſomniantes falſa opinari, quando alii deos ſe credant eſſe, alii alatos et volare in ſomno ſibi videantur.

So. Num nec hanc controverſiam animadvertis de illis, maxime vero de ſomniando ac vigilando?

Theae. Qualem?

So. Quam ſaepius te arbitror audiviſſe, ſi interrogatur ſcilicet, quonam quis poſſit argumento uti, ſi quis quaerat ſic ſtatim in praeſentia, utrum dormiamus omniaque quae cogitemus ſomniemus, an vigilemus et revera inter nos colloquamur.

Theae. Sane, Socrate, difficile eſt dictu quo uti debeamus argumento; omnia enim tamquam ex altera parte ſibi reſpondentia eadem conſequuntur; nam quae nunc colloquuti ſumus, nil impedit quominus etiam in ſomnis videamur inter nos colloqui, et quum in ſomnis nonnulla nobis videmur referre, admirabilis eſt horum cum illis ſimilitudo.

So. Vides igitur controverſiam facere non eſſe difficile, quandoquidem etiam, utrum aliquid ſit verum an ſomnium, in controverſiam vocatur; quin etiam, aequale quum ſit tempus quod dormimus ei quod vigilamus, utroque contendit animus noſter opiniones quasque praeſentes omni modo eſſe veras: ut aequale tempus haec cenſeamus vera eſſe, aequale tempus illa, et ſimiliter utraque pro certo affirmemus.

Theae. Prorſus ita.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ νόσων τε καὶ μανιῶν ὁ αὐτὸς λόγος, πλὴν τοῦ χρόνου, ὅτι οὐχὶ ἴσος;

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΣΩ. Τί οὖν; πλήθει χρόνου καὶ ὀλιγότητι τὸ ἀληθὲς ὁρισθήσεται;

ΘΕΑΙ. Γε*λοῖον μέντ' ἂν εἴη πολλαχῇ. E

ΣΩ. Ἀλλά τι ἄλλο ἔχεις σαφὲς ἐνδείξασθαι, ὁποῖα τούτων τῶν δοξασμάτων ἀληθῆ;

ΘΕΑΙ. Οὔ μοι δοκῶ.

ΣΩ. Ἐμοῦ τοίνυν ἄκουε οἷα περὶ αὐτῶν ἂν λέγοιεν οἱ τὰ ἀεὶ δοκοῦντα ὁριζόμενοι τῷ δοκοῦντι εἶναι ἀληθῆ. λέγουσι δέ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὕτως ἐρωτῶντες Ὦ Θεαίτητε, ὃ ἂν ἕτερον ᾖ παντάπασι, μή πῄ τινα δύναμιν τὴν αὐτὴν ἕξει τῷ ἑτέρῳ; καὶ μὴ ὑπολάβωμεν τῇ μὲν ταὐτὸν εἶναι ὃ ἐρωτῶμεν, τῇ δὲ ἕτερον, ἀλλ' ὅλως ἕτερον.

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον τοίνυν ταὐτόν τι ἔχειν ἢ ἐν δυνάμει * ἢ ἐν ἄλλῳ ὁτῳοῦν, ὅταν ᾖ κομιδῇ ἕτερον. *) 159

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ ἀνόμοιον ἀναγκαῖον τὸ τοιοῦτον ὁμολογεῖν;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Εἰ ἄρα τι ξυμβαίνει ὅμοιόν τῳ γίγνεσθαι ἢ ἀνόμοιον, εἴτε ἑαυτῷ εἴτε ἄλλῳ, ὁμοιούμενον μὲν ταὐτὸν φήσομεν γίγνεσθαι, ἀνομοιούμενον δὲ ἕτερον.

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Οὐκοῦν πρόσθεν ἐλέγομεν ὡς πολλὰ μὲν εἴη τὰ ποιοῦντα καὶ ἄπειρα, ὡσαύτως δέ γε τὰ πάσχοντα;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ μὴν ὅτι γε ἄλλο ἄλλῳ ξυμμιγνύμενον καὶ ἄλλῳ οὐ ταὐτά, ἀλλ' ἕτερα γεννήσει;

ΘΕΑΙ. * Πάνυ μὲν οὖν. B

ΣΩ. Λέγωμεν δὴ ἐμέ τε καὶ σὲ καὶ τἄλλ' ἤδη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, Σωκράτη ὑγιαίνοντα καὶ Σωκράτη αὖ

---

*) ἴσ. ἕτερον. Ἀδύνατον τοίνυν, φήσομεν, ταὐτόν τι — ἕτερον.
ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον ἢ Πάνυ μὲν οὖν ἢ τοιοῦτόν τι.

So. Nonne etiam morborum et insaniarum eadem est ratio, nisi quod tempus non est aequale?

Theae. Recte.

So. Quid igitur? longitudine temporis et brevitate verum definietur?

Theae. Ridiculum vero esset multis modis.

So. Sed tamen numquid aliud quid tenes certum quo declares, quae harum opinionum verae sint?

Theae. Non mihi videor.

So. A me igitur audi qualia de his dicturi sint ii qui opiniones quasque existiment ei qui opinetur esse veras. dicunt autem, uti arbitror, ita rogantes: O Theaetete, id quod diversum est omnino, numquid vim eandem habebit atque alterum? et ne statuamus in hanc partem idem esse id quod interrogamus, in illam vero diversum, sed in omnes partes diversum. — Fieri non potest, dicemus, idem aliquid ut habeat quod alterum vel vim vel aliud quid, si prorsus est diversum.

Theae. Sane quidem.

So. Num vero etiam dissimile esse tale confiteamur necesse est?

Theae. Mihi vero videtur.

So. Quodsi accidit ut quid cui simile fiat aut dissimile, sive sibimet ipsi sive alteri, si simile sit idem dicemus fieri, sin dissimile, diversum.

Theae. Necesse est.

So. Nonne supra diximus multa esse quae agerent atque innumerabilia, itidemque quae paterentur?

Theae. Vero.

So. Atque etiam aliud si cum alio atque alio commisceretur, non eadem, sed diversa procreaturum esse?

Theae. Sane quidem.

So. Dicamus igitur et me et te et reliqua iam eadem ratione, Socratem valentem et contra Socratem

ἀσθενοῦντα· πότερον ὅμοιον τοῦτ' ἐκείνῳ ἢ ἀνόμοιον φήσομεν;

ΘΕΑΙ. Ἆρα τὸν ἀσθενοῦντα Σωκράτη, ὅλον τοῦτο λέγεις ὅλῳ ἐκείνῳ, τῷ ὑγιαίνοντι Σωκράτει;

ΣΩ. Κάλλιστα ὑπέλαβες· αὐτὸ τοῦτο λέγω.

ΘΕΑΙ. Ἀνόμοιον δήπου.

ΣΩ. Καὶ ἕτερον ἄρα οὕτως ὥςπερ ἀνόμοιον;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Καὶ καθεύδοντα δὴ καὶ *) πάντα ἃ νῦν **) διήλθομεν, ὡςαύτως φήσεις; C

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἕκαστον δὴ τῶν πεφυκότων τι ποιεῖν ἄλλο τι, ὅταν μὲν λάβῃ ὑγιαίνοντα Σωκράτη, ὡς ἑτέρῳ μοι χρήσεται, ὅταν δὲ ἀσθενοῦντα, ὡς ἑτέρῳ;

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὐ μέλλει;

ΣΩ. Καὶ ἕτερα δὴ ἐφ' ἑκατέρου γεννήσομεν ἐγώ τε ὁ πάσχων καὶ ἐκεῖνο τὸ ποιοῦν.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ὅταν δὴ οἶνον πίνω ὑγιαίνων, ἡδύς μοι φαίνεται καὶ γλυκύς.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ἐγέννησε γὰρ δὴ ἐκ τῶν προωμολογημένων τό τε ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον γλυκύτητά τε καὶ αἴσθησιν, ἅμα D φερόμενα ἀμφότερα, καὶ ἡ μὲν αἴσθησις πρὸς τοῦ πάσχοντος οὖσα αἰσθανομένην τὴν γλῶσσαν ἀπειργάσατο, ἡ δὲ γλυκύτης πρὸς τοῦ οἴνου περὶ αὐτὸν φερομένη γλυκὺν τὸν οἶνον τῇ ὑγιαινούσῃ γλώττῃ ἐποίησε καὶ εἶναι καὶ φαίνεσθαι.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν τὰ πρότερα ἡμῖν οὕτως ὡμολόγητο.

ΣΩ. Ὅταν δὲ ἀσθενοῦντα, ἄλλο τι πρῶτον μὲν τῇ ἀληθείᾳ οὐ τὸν αὐτὸν ἔλαβεν; ἀνομοίῳ γὰρ δὴ προςῆλθεν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

---

*) ἴσ. καὶ ἐγρηγορότα καὶ π.

**) ἴσ. νῦν δή.

aegrotantem: utrum ſimile hoc illi an disſimile dicemus eſſe?

Theae. Num ſi aegrotantem dicis Socratem, totum hoc intelligis disſimile toti illi, aegrotanti Socrati?

So. Paeclare cepiſti: hoc ipſum dico.

Theae. Disſimile ſcilicet ſtatuemus eſſe.

So. Et diverſum igitur perinde atque disſimile?

Theae. Neceſſe eſt.

So. Etiam dormientem et vigilantem omniaque quae nunc perſequuti ſumus ſimiliter dices?

Theae. Dicam vero.

So. Unumquodque igitur eorum quae ita comparata ſunt ut aliquid efficiant, nonne, quando Socratem nactum erit valentem, ut diverſum me tractabit, quando vero aegrotantem, ut diverſum?

Theae. Quidni tractet?

So. Et diverſa quidem in utraque cauſa procreabimus ego qui patior et illud quod efficit.

Theae. Quippini?

So. Iam quum vinum bibo valens, ſuave mihi videtur atque dulce.

Theae. Etiam.

So. Procreat enim, ex eis quae ante conceſſimus, efficiens et patiens dulcedinem ac ſenſum, ſimul agitatum utrumque, et ſenſus quidem a patiente proficiſcens ſentientem reddit linguam, dulcedo vero a vino ducta et circum hoc agitata dulce efficit ut vinum linguae valenti et ſit et videatur.

Theae. Sane quidem priora a nobis ita conceſſa ſunt.

So. Quando vero aegrotantem nanciſcitur, nonne primum revera non eundem nanciſcitur? disſimili enim acceſſit.

Theae. Ita.

ΣΩ. Ἕτερα δὴ αὖ ἐ*γεννησάτην *) ὅ τε τοιοῦτος E
Σωκράτης καὶ ἡ τοῦ οἴνου πόσις, περὶ μὲν τὴν γλῶτταν
αἴσθησιν πικρότητος, περὶ δὲ τὸν οἶνον γιγνομένην καὶ
φερομένην πικρότητα, καὶ τὸν μὲν οὐ πικρότητα, ἀλλὰ πι-
κρόν, ἐμὲ δὲ οὐκ αἴσθησιν, ἀλλ' αἰσθανόμενον.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐγώ τε οὐδὲν ἄλλο ποτὲ γενήσομαι οὕ-
τως αἰσθανόμενος (τοῦ γὰρ ἄλλου ἄλλη αἴσθησις καὶ ἀλ-
λοῖον * καὶ ἄλλον ποιεῖ τὸν αἰσθανόμενον), οὔτ' ἐκεῖνο 160
τὸ ποιοῦν ἐμὲ μή ποτ' ἄλλῳ ξυνελθὸν ταὐτὸν γεννῆσαν
τοιοῦτον γένηται· ἀπὸ γὰρ ἄλλου ἄλλο γεννῆσαν ἀλλοῖον
γενήσεται.

ΘΕΑΙ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐδὲ μὴν ἔγωγε ἐμαυτῷ τοιοῦτος, ἐκεῖνό τε ἑαυτῷ τοιοῦτον γενήσεται.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ἀνάγκη δέ γε ἐμέ τε τινὸς γίγνεσθαι, ὅταν αἰ-
σθανόμενος γίγνωμαι· αἰσθανόμενον γάρ, μηδενὸς δὲ αἰ-
σθανόμενον ἀδύνατον γίγνεσθαι· ἐκεῖνό τε τινὶ γίγνεσθαι,
ὅταν γλυκὺ * ἢ πικρὸν ἤ τι τοιοῦτον γίγνηται· γλυκὺ γάρ, B
μηδενὶ δὲ γλυκὺ ἀδύνατον γενέσθαι.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Λείπεται δή, οἶμαι, ἡμῖν ἀλλήλοις, εἴτ' ἐσμέν,
εἶναι, εἴτε γιγνόμεθα, γίγνεσθαι, ἐπείπερ ἡμῶν ἡ ἀνάγκη
τὴν οὐσίαν ξυνδεῖ μέν, ξυνδεῖ δὲ οὐδενὶ τῶν ἄλλων οὐδ'
αὖ ἡμῖν αὐτοῖς· ἀλλήλοις δὴ λείπεται ξυνδεδέσθαι. ὥστε
εἴτε τις εἶναί τι ὀνομάζει, τινὶ εἶναι ἢ τινὸς ἢ πρός τι
ῥητέον αὐτῷ, εἴτε γίγνεσθαι· αὐτὸ δὲ ἐφ' αὑτοῦ τι ἢ ὂν ἢ
γιγνόμενον οὔτε αὐτῷ * λεκτέον οὔτ' ἄλλου λέγοντος ἀπο- C
δεκτέον, ὡς ὁ λόγος ὃν διεληλύθαμεν σημαίνει.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὅτε δὴ τὸ ἐμὲ ποιοῦν ἐμοί ἐστι καὶ οὐκ ἄλλῳ, ἐγὼ καὶ αἰσθάνομαι αὐτοῦ, ἄλλος δ' οὔ;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

---

*) ἄλλ. ἐγεννήσαμεν.

So. Diverſa igitur gignunt Socrates ita comparatus et vini potio, et circa linguam equidem ſenſum amaritudinis, circa vinum vero factam et agitatam amaritudinem, et illud quidem non amaritudinem, ſed amarum efficit, me vero non ſenſum, ſed ſentientem.

Theae. Prorſus quidem ſic habet.

So. Itaque neque ego alius quis umquam fiam ita ſentiens (alius enim rei alia perceptione opus erit, quae mutatum atque alium efficiat ſentientem), neque illud quod me ita afficit umquam cum alio congrediens idem tale fiet; ex alio enim aliud procreans mutatum fiet.

Theae. Sunt iſta.

So. Neque etiam ego mihi ipſi talis fiam, neque illud ſibimet ipſi tale exſiſtet.

Theae. Nullo ſane modo.

So. Neceſſe autem eſt et me ratione alicuius rei fieri, quando ſentiens fiam (ſentiens enim, ratione vero nullius rei ſentiens qui fieri poſſit?), et illud alicui fieri, quando dulce vel amarum vel tale quid fiat; dulce enim, nemini autem dulce qui fiat?

Theae. Ita prorſus habet.

So. Relinquitur igitur, opinor, ut inter nos ſimus, ſi ſimus, et fiamus, ſi fiamus, quandoquidem neceſſitas noſtram naturam colligat quidem, ſed colligat cum alia nulla re neque etiam cum nobismet ipſis; inter nos igitur relinquitur ut colligati ſimus. quocirca ſive quis quid dicit eſſe, alicui eſſe vel alicuius vel ad aliquid dicendum ei eſt, ſive fieri, ſimiliter, ipſum vero per ſe aliquid vel eſſe vel fieri neque illi dicendum neque, alio dicente, probandum eſt, ut oratio quam perſequuti ſumus declarat.

Theae. Sic prorſus habet, Socrate.

So. Nonne igitur quando id quod me afficit mihi eſt, non alii, ego etiam ſentio illud, alius vero non ſentit?

Theae. Quippini?

ΣΩ. Ἀληθὴς ἄρα ἐμοὶ ἡ ἐμὴ αἴσθησις· τῆς γὰρ ἐμῆς οὐσίας ἀεί ἐστι. καὶ ἐγὼ κριτὴς κατὰ τὸν Πρωταγόραν τῶν τε ὄντων ἐμοί, ὡς ἔστι, καὶ τῶν μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Πῶς οὖν * ἀψευδὴς ὢν καὶ μὴ πταίων τῇ D
διανοίᾳ περὶ τὰ ὄντα ἢ γιγνόμενα οὐκ ἐπιστήμων ἂν εἴην ὧνπερ αἰσθητής;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς ὅπως οὔ.

ΣΩ. Παγκάλως ἄρα σοι εἴρηται ὅτι ἐπιστήμη οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ αἴσθησις, καὶ εἰς ταὐτὸν ξυμπέπτωκε, κατὰ μὲν Ὅμηρον καὶ Ἡράκλειτον καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον φῦλον, οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι τὰ πάντα, κατὰ δὲ Πρωταγόραν τὸν σοφώτατον, πάντων χρημάτων ἄνθρωπον μέτρον εἶναι, κατὰ δὲ Θεαίτητον, τούτων οὕτως * ἐχόντων E
αἴσθησιν ἐπιστήμην γίγνεσθαι. ἦ γάρ, ὦ Θεαίτητε; φῶμεν τοῦτο σὸν μὲν εἶναι οἷον νεογενὲς παιδίον, ἐμὸν δὲ μαίευμα; ἢ πῶς λέγεις;

ΘΕΑΙ. Οὕτως ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τοῦτο μὲν δή, ὡς ἔοικε, μόγις ποτὲ ἐγεννήσαμεν, ὅ τι δή ποτε καὶ τυγχάνει ὄν. μετὰ δὲ τὸν τόκον τὰ ἀμφιδρόμια αὐτοῦ ὡς ἀληθῶς ἐν κύκλῳ περιθρεκτέον τῷ λόγῳ, σκοπουμένους μὴ λάθῃ ἡμᾶς οὐκ ἄξιον ὂν τροφῆς τὸ γιγνόμενον, ἀλλὰ * ἀνεμιαῖόν τε καὶ ψεῦδος. ἢ 161
σὺ οἴει πάντως δεῖν τό γε σὸν τρέφειν καὶ μὴ ἀποτιθέναι; ἢ καὶ ἀνέξει ἐλεγχόμενον ὁρῶν, καὶ οὐ σφόδρα χαλεπανεῖς, ἐάν τις σοῦ ὡς πρωτοτόκου αὐτὸ ὑφαιρῇ;

ΘΕΟ. Ἀνέξεται, ὦ Σώκρατες, Θεαίτητος· οὐδαμῶς γὰρ δύσκολος. ἀλλὰ πρὸς θεῶν εἰπέ, ἦ αὖ οὐχ οὕτως ἔχει;

ΣΩ. Φιλολόγος γ' εἶ ἀτεχνῶς καὶ χρηστός, ὦ Θεόδωρε, ὅτι με οἴει λόγων τινὰ εἶναι θύλακον καὶ ῥᾳδίως ἐξελόντα ἐρεῖν ὡς οὐκ αὖ ἔχει οὕτω ταῦτα. τὸ δὲ γι*γνόμενον B
οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι οὐδεὶς τῶν λόγων ἐξέρχεται παρ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἀεὶ παρὰ τοῦ ἐμοὶ προσδιαλεγομένου, ἐγὼ δὲ

So. Verus igitur mihi est sensus meus; ad meam enim semper naturam pertinet; atque ego iudex sum secundum Protagoram eorum quae mihi sunt, ea esse, et eorum quae non sunt, ea non esse.

Theae. Videtur.

So. Quum igitur neque errem neque animus me fallat in eis quae sunt vel fiunt, quidni sciens sim eorum quae sensibus percipio?

Theae. Nullo id modo fieri non potest.

So. Oppido pulchre igitur a te dictum est scientiam nihil aliud esse nisi sensum, et congruunt Homeri, Heracliti totiusque huius familiae sententia, fluminis instar moveri omnia, Protagorae sapientissimi ratio, omnium rerum hominem mensuram esse, et Theaeteti opinio, illa si ita se habeant, sensum scientiam exsistere. num ita est, Theaetete? dicamusne tuum quidem hunc esse recens natum fetum, mea vero arte obstetricia in lucem editum? an quid censes?

Theae. Ita vero necesse est, Socrate.

So. Hunc sane, ut patet, vix tandem genuimus, qualis is cumque est. post partum vero, ut ritum observemus, profecto circumcirca nobis cursitandum est cum ratione videntibus ne quid nobis insciis gignatur educatione non dignum, sed vanum ac falsum. an tu censes omni modo tuum quidem partum esse educandum, non exponendum? an etiam sustinebis eum refutatum videre, nec graviter succensebis, si quis tibi, quippe qui primum pepereris, eum subtraxerit?

Theo. Sustinebit, Socrate, Theaetetus; minime enim morosus est. at per deos dic: num etiam non ita se habet?

So. Disserendi es profecto amans et comis, Theodore, quod me existimas orationum quendam esse saccum, e quo depromens facile possim dicere etiam non ita se haec habere. ut res sit, non intelligis, nullam orationem prodire per me, sed semper ab eo qui mecum

οὐδὲν ἐπίσταμαι πλέον πλὴν βραχέος, ὅσον λόγον παρ' ἑτέρου σοφοῦ λαβεῖν καὶ ἀποδέξασθαι μετρίως. καὶ νῦν τοῦτο παρὰ τοῦδε πειράσομαι, οὔτι αὐτὸς εἰπεῖν.

ΘΕΟ. Σὺ κάλλιον, ὦ Σώκρατες, λέγεις· καὶ ποίει οὕτως.

ΣΩ. Οἶσθ' οὖν, ὦ Θεόδωρε, ὃ θαυμάζω τοῦ ἑταίρου σοῦ Πρωταγόρου;

ΘΕΟ. Τὸ * ποῖον; C

ΣΩ. Τὰ μὲν ἄλλα μοι πάνυ ἡδέως εἴρηκεν, ὡς τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ ἔστι, τὴν δ' ἀρχὴν τοῦ λόγου τεθαύμακα, ὅτι οὐκ εἶπεν ἀρχόμενος τῆς ἀληθείας ὅτι πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν ὗς ἢ κυνοκέφαλος ἤ τι ἄλλο ἀτοπώτερον τῶν ἐχόντων αἴσθησιν, ἵνα μεγαλοπρεπῶς καὶ πάνυ καταφρονητικῶς ἤρξατο ἡμῖν λέγειν, ἐνδεικνύμενος ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ὥσπερ θεὸν ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ, ὁ δ' ἄρα ἐτύγχανεν ὢν εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων * βατράχου γυρίνου, μὴ ὅτι ἄλλου του ἀνθρώ- D
πων. ἢ πῶς λέγομεν, ὦ Θεόδωρε; εἰ γὰρ δὴ ἑκάστῳ ἀληθὲς ἔσται ὃ ἂν δι' αἰσθήσεως δοξάζῃ, καὶ μήτε τὸ ἄλλου πάθος ἄλλος βέλτιαν διακρινεῖ, μήτε τὴν δόξαν κυριώτερος ἔσται ἐπισκέψασθαι ἕτερος τὴν ἑτέρου, ὀρθὴ ἢ ψευδής, ἀλλ' ὃ πολλάκις εἴρηται, αὐτὸς τὰ αὑτοῦ ἕκαστος μόνος δοξάσει, ταῦτα δὲ πάντα ὀρθὰ καὶ ἀληθῆ, τί δή ποτε, ὦ ἑταῖρε, Πρωταγόρας μὲν σοφός, ὥστε καὶ ἄλλων διδάσκαλος ἀξιοῦσθαι * δικαίως μετὰ μεγάλων μι- E
σθῶν, ἡμεῖς δὲ ἀμαθέστεροί τε καὶ φοιτητέον ἡμῖν ἦν παρ' ἐκεῖνον, μέτρῳ ὄντι αὐτῷ ἑκάστῳ τῆς αὑτοῦ σοφίας; ταῦτα πῶς μὴ φῶμεν δημούμενον λέγειν τὸν Πρωταγόραν; τὸ δὲ δὴ ἐμόν τε καὶ τῆς ἐμῆς τέχνης τῆς μαιευτικῆς σιγῶ, ὅσον γέλωτα ὀφλισκάνομεν, οἶμαι δὲ καὶ ξύμπασα ἡ τοῦ διαλέγεσθαι πραγματεία· τὸ γὰρ ἐπισκοπεῖν καὶ ἐπιχειρεῖν ἐλέγχειν τὰς ἀλλήλων φαντασίας τε καὶ δόξας, ὀρθὰς ἑκάστου οὔσας, οὐ μακρὰ * μὲν καὶ διωλύγιος φλυα- 162

colloquatur, me autem nihil ſcire amplius praeter exiguum hoc, orationem ab alio ſapiente percipere ſatisque tractare. etiam nunc illud ab hoc perceptum conabor explorare, neutiquam ipſe dicere.

Theo. Rectius habet id, quod dicis, Socrate, et fac ita.

So. Scin, Theodore, de quo admirer amicum tuum Protagoram?

Theo. De quo tandem?

So. Cetera quidem, quae dixit, valde mihi accepta ſunt, quod cuique videretur, id etiam eſſe, de principio autem orationis admiror, quod non dixerit exorſus veritatem omnium rerum menſuram eſſe ſuem vel ſimiam vel aliud quid ineptius animantium ſenſu praeditorum, ut magnifice et magna cum contemptione incipere potuiſſet nobis dicere declarans nos quidem ſe ut deum admirari propter ſapientiam, ſe autem nihilo prudentiorem eſſe quam ranae pullum, nedum alium quemquam hominum. an quomodo dicimus, Theodore? nam ſi cuique verum erit id quod per ſenſum iudicaverit, et neque alter alterius affectionem melius diiudicabit neque iudicium rectius poterit explorare alter alterius verumne an falſum ſit, ſed, id quod ſaepius dictum eſt, ſua ipſe quisque ſolus iudicabit, haec autem omnia recta et vera ſunt, quid eſt tandem, amice, quod Protagoras quidem ſapiens ſit adeo ut etiam aliorum praeceptor cenſeatur iure magna cum mercede, nos vero indoctiores ſimus nobisque ventitandam ſit ad illum, menſura quum quisque ſit ſuae ipſe ſapientiae? haec quidni dicamus iocantem dicere Protagoram? quod vero ad me attinet meamque artem obſtetriciam, tacitum relinquo, quanto ſimus riſui, opinor etiam univerſa diſſerendi exercitatio; nam ſi exploremus et refutare conemur inter nos viſiones et iudicia, quippe quae vera ſunt cuiusque, nonne magnae et immenſae ſit

ρία, εἰ ἀληθὴς ἡ ἀλήθεια Πρωταγόρου, ἀλλὰ μὴ παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο;

ΘΕΟ. Ὦ Σώκρατες, φίλος ἀνήρ, ὥσπερ σὺ νῦν δὴ εἶπες· οὐκ ἂν οὖν δεξαίμην δι' ἐμοῦ ὁμολογοῦντος ἐλέγχεσθαι Πρωταγόραν, οὐδ' αὖ σοι παρὰ δόξαν ἀντιτείνειν. τὸν οὖν Θεαίτητον πάλιν λαβέ· πάντως καὶ νῦν δὴ μάλ' ἐμμελῶς σοι ἐφαίνετο ὑπακούειν.

ΣΩ. Ἆρα κἂν εἰς Λακεδαίμονα ἐλθών, ὦ Θεόδωρε, * πρὸς τὰς παλαίστρας ἀξιοῖς ἂν ἄλλους θεώμενος γυμνούς, B ἐνίους φαύλους, αὐτὸς μὴ ἀντεπιδεικνύναι τὸ εἶδος παραποδυόμενος;

ΘΕΟ. Ἀλλὰ τί μὴν δοκεῖς, εἴπερ μέλλοιέν μοι ἐπιτρέψειν καὶ πείσεσθαι; ὥσπερ νῦν οἶμαι ὑμᾶς πείσειν ἐμὲ μὲν ἐᾶν θεᾶσθαι καὶ μὴ ἕλκειν πρὸς τὸ γυμνάσιον σκληρὸν ἤδη ὄντα, τῷ δὲ δὴ νεωτέρῳ τε καὶ ὑγροτέρῳ ὄντι προσπαλαίειν.

ΣΩ. Ἀλλ' εἰ οὕτως, ὦ Θεόδωρε, σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν, φασὶν * οἱ παροιμιαζόμενοι. πάλιν δὴ οὖν C ἐπὶ τὸν σοφὸν Θεαίτητον ἰτέον. Λέγε δή, ὦ Θεαίτητε, πρῶτον μὲν ἃ νῦν δὴ διήλθομεν, ἆρα οὐ ξυνθαυμάζεις εἰ ἐξαίφνης οὕτως ἀναφανήσει μηδὲν χείρων εἰς σοφίαν ὁτουοῦν ἀνθρώπων ἢ καὶ θεῶν; ἢ ἧττόν τι οἴει τὸ Πρωταγόρειον μέτρον εἰς θεοὺς ἢ εἰς ἀνθρώπους λέγεσθαι;

ΘΕΑΙ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε· καί, ὅπερ γε ἐρωτᾷς, πάνυ θαυμάζω. ἡνίκα γὰρ διῇμεν ὃν τρόπον λέγοιεν τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ * εἶναι τῷ δοκοῦντι, πάνυ μοι D εὖ ἐφαίνετο λέγεσθαι· νῦν δὲ αὖ τοὐναντίον ταχὺ μεταπέπτωκεν.

ΣΩ. Νέος γὰρ εἶ, ὦ φίλε παῖ· τῆς οὖν δημηγορίας ὀξέως ὑπακούεις καὶ πείθει. πρὸς γὰρ ταῦτα ἐρεῖ Πρωταγόρας ἤ τις ἄλλος ὑπὲρ αὐτοῦ, Ὦ γενναῖοι παῖδές τε καὶ γέροντες, δημηγορεῖτε ξυγκαθεζόμενοι, θεούς τε εἰς τὸ μέσον ἄγοντες, οὓς ἐγὼ ἔκ τε τοῦ λέγειν καὶ

vanitatis, ſiquidem vera eſt veritas Protagorae, ac non iocans e ſecretiore libri loco vocem miſit?

Theo. O Socrates, amicus mihi eſt, quemadmodum tu modo dixiſti; quocirca neque mea ope concedentis velim refutari Protagoram, neque etiam tibi praeter animi mei ſententiam repugnare. Theaetetum igitur iterum ſume; ſane etiam modo admodum ſcite tibi videbatur animum attendere.

So. Num etiam Lacedaemonem profectus, Theodore, ad palaeſtras recuſes alios ſpectans nudatos, nonnullos viles, tuam ipſe ſpeciem contra oſtendere iuxta te exuens?

Theo. Sed cur cenſes me non recuſaturum eſſe, ſi quidem voluerint mihi id permittere ac perſuadenti mihi obtemperare? ſicut nunc opinor vobis me perſuaſurum eſſe ut ſinatis me ſpectare, nec trahatis ad exercitationem quippe virum iam rigidum, ſed cum iuniore et agiliore luctemini.

So. At ſi hoc, Theodore, tibi commodum eſt, neque mihi incommodum, quod proverbii loco dici ſolet. iam ad Theaetetum redeundum eſt. Dic igitur, Theaetete, primum, quod modo perſequuti ſumus, nonne mecum miraris ſic repente te reperiri nemine ſapientiâ inferiorem neque hominum neque deorum? an minus arbitraris Protagoriam menſuram in diis quam in hominibus dici?

Theae. Non ſane mehercule; et id quod interrogas, id valde miror. quum enim explicaremus quomodo dicerent quod cuique videretur hoc etiam eſſe ei cui videretur, ſatis mihi bene id videbatur dici; nunc autem contra res ſubito cecidit.

So. Iuvenis quia es, o care puer, iccirco nugas concionales attendis et perſuaderis. contra haec enim Protagoras vel alius quis eius nomine O honeſti pueri ac ſenes, dicet, concionamini conſidentes deosque in medium proferentes, quos eſſe aut non eſſe neque dicere

τοῦ γράφειν περὶ αὐ*τῶν, ὡς εἰσὶν ἢ ὡς οὐκ εἰσίν, ἐξαι- E ρῶ, καὶ ἃ ἂν οἱ πολλοὶ ἀποδέχοιντο ἀκούοντες, λέγετε ταῦτα, ὡς δεινὸν εἰ μηδὲν διοίσει εἰς σοφίαν ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων βοσκήματος ὁτουοῦν· ἀπόδειξιν δὲ καὶ ἀνάγκην οὐδ' ἡντινοῦν λέγετε, ἀλλὰ τῷ εἰκότι χρῆσθε, ᾧ εἰ ἐθέλοι Θεόδωρος ἢ ἄλλος τις τῶν γεωμετρῶν χρώμενος γεωμετρεῖν, ἄξιος οὐδ' ἑνὸς μόνου ἂν εἴη. σκοπεῖτε οὖν σύ τε καὶ Θεόδωρος εἰ ἀποδέξεσθε πιθανολογίᾳ τε καὶ εἰκόσι * περὶ τηλικούτων λεγομένους λόγους. 163

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' οὐ *) δίκαιον, ὦ Σώκρατες, οὔτε σὺ οὔτε ἂν ἡμεῖς φαῖμεν.

ΣΩ. Ἄλλῃ δὴ σκεπτέον, ὡς ἔοικεν, ὥς ὅ τε σὸς λόγος καὶ ὁ Θεοδώρου.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν ἄλλῃ.

ΣΩ. Τῇδε δὴ σκοπῶμεν, εἰ ἄρα ἐστὶν ἐπιστήμη τε καὶ αἴσθησις ταὐτὸν ἢ ἕτερον· εἰς γὰρ τοῦτό που πᾶς ὁ λόγος ἡμῖν ἔτεινε, καὶ τούτου χάριν τὰ πολλὰ καὶ ἄτοπα ταῦτα ἐκινήσαμεν· οὐ γάρ;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἦ οὖν ὁμολο*γήσομεν, ἃ τῷ ὁρᾶν αἰσθανόμεθα ἢ τῷ ἀκούειν, πάντα ταῦτα ἅμα καὶ ἐπίστασθαι; οἷον τῶν βαρβάρων πρὶν μαθεῖν τὴν φωνήν, πότερον οὐ φήσομεν ἀκούειν, ὅταν φθέγγωνται, ἢ ἀκούειν τε καὶ ἐπίστασθαι ἃ λέγουσι; καὶ αὖ γράμματα μὴ ἐπιστάμενοι, βλέποντες εἰς αὐτὰ πότερον οὐχ ὁρᾶν, ἢ ἐπίστασθαι, εἴπερ ὁρῶμεν, διϊσχυριούμεθα; B

ΘΕΑΙ. Αὐτό γε, ὦ Σώκρατες, τοῦτο αὐτῶν, ὅπερ ὁρῶμέν τε καὶ ἀκούομεν, ἐπίστασθαι φήσομεν· τῶν μὲν γὰρ τὸ σχῆμά τε καὶ τὸ χρῶμα ὁρᾶν τε καὶ ἐπίστασθαι, τῶν δὲ τὴν ὀξύ*τητα καὶ βαρύτητα ἀκούειν τε ἅμα καὶ εἰδέναι· ἃ δὲ οἵ C τε γραμματισταὶ περὶ αὐτῶν καὶ οἱ ἑρμηνεῖς διδάσκουσιν, οὔτε αἰσθάνεσθαι τῷ ὁρᾶν ἢ ἀκούειν οὔτε ἐπίστασθαι.

ΣΩ. Ἄριστά γε, ὦ Θεαίτητε, καὶ οὐκ ἄξιόν σοι πρὸς ταῦτα ἀμφισβητῆσαι, ἵνα καὶ αὐξάνῃ. ἀλλ' ὅρα δὴ καὶ τόδε ἄλλο προσιόν, καὶ σκόπει πῇ αὐτὸ διωσόμεθα.

*) ἴσ. ἔτι.

neque ſcribere libet, et talia quae multitudo probet audiens commemoratis, quaſi indignum ſit, ſi nihil differat ad ſapientiam quivis hominum a quovis pecore; argumentum vero et neceſſitatem ne unam quidem dicite, ſed veriſimilitudine utimini, qua ſi Theodorus vel alius quis geometrarum uti vellet in geometria, nullo plane eſſet loco habendus. videte igitur tu et Theodorus an probaturi ſitis orationes tantis de rebus probabiles ac veri ſimiles.

Theae. At hoc convenire, Socrate, neque tu neque nos dicemus.

So. Alia igitur ratione quaerendum eſſe patet, ut tua et Theodori oratio ſignificat.

Theae. Alia ſane ratione.

So. Ita iam videamus, num ſint ſcientia et ſenſus idem an inter ſe differant; huc enim, ni fallor, univerſa nobis oratio ſpectavit, et iccirco multa illa et admirabilia commovimus; nonne?

Theae. Sic prorſus.

So. Num igitur confitebimur, quae videndo ſentiamus vel audiendo, haec omnia ſimul etiam nos ſcire? veluti barbarorum priusquam perceperimus linguam, utrum negabimus nos audire, quando loquantur, an audire et ſcire quae dicant? itemque litteras neſcientes, ſi eas intueamur, utrum nos non videre an ſcire eas, ſiquidem conſpiciamus, pro certo affirmabimus?

Theae. Hoc ipſum, Socrate: quicquid ex illis videmus et audimus, nos ſcire dicemus; illorum videlicet habitum et colorem nos videre ac noſcere, horum vero acutum et gravem ſonum audire ſimulque ſcire, quae autem grammatiſtae de illis et interpretes doceant, neque ſentire videndo vel audiendo neque ſcire.

So. Optime quidem, Theaetete, neque par eſt tecum de his diſceptare, ut videlicet in hoc procedas. at vide dum etiam hoc aliud quod occurrit, et conſidera quomodo id repellamus.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον δή;

ΣΩ. Τὸ τοιόνδε. εἴ τις ἔροιτο, ἆρα δυνατόν, ὅτου τις ἐπιστήμων γένοιτό ποτε, ἔτι ἔχοντα * μνήμην αὐτοῦ D τούτου καὶ σωζόμενον, τότε ὅτε μέμνηται μὴ ἐπίστασθαι αὐτὸ τοῦτο ὃ μέμνηται. μακρολογῶ δέ, ὡς ἔοικε, βουλόμενος ἐρέσθαι, εἰ μαθών τίς τι μεμνημένος μὴ οἶδεν.

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς, ὦ Σώκρατες; τέρας γὰρ ἂν εἴη ὃ λέγεις.

ΣΩ. Μὴ οὖν ἐγὼ ληρῶ; σκόπει δέ. ἆρα τὸ ὁρᾶν οὐκ αἰσθάνεσθαι λέγεις καὶ τὴν ὄψιν αἴσθησιν;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ ἰδών τι ἐπιστήμων ἐκείνου γέγονεν ὃ εἶδε κατὰ τὸν ἄρτι λόγον;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. * Τί δαί; *) μνήμην οὐ λέγεις μέντοι τι; E

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Πότερον οὐδενὸς ἢ τινός;

ΘΕΑΙ. Τινὸς δήπου.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὧν ἔμαθε καὶ ὧν ᾔσθετο, τοιουτωνί τινων;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ὃ δὴ εἶδέ τις, μέμνηταί που ἐνίοτε;

ΘΕΑΙ. Μέμνηται.

ΣΩ. Ἦ καὶ μύσας; ἢ τοῦτο δράσας ἐπελάθετο;

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ δεινόν, ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε φάναι.

ΣΩ. * Δεῖ γε μέντοι, εἰ σώσοιμεν τὸν πρόσθεν λό- 164 γον, εἰ δὲ μή, οἴχεται.

ΘΕΑΙ. Καὶ ἐγὼ νὴ τὸν Δί' ὑποπτεύω, οὐ μὴν ἱκανῶς γε ξυννοῶ· ἀλλ' εἰπὲ πῇ.

ΣΩ. Τῇδε· ὁ μὲν ὁρῶν ἐπιστήμων, φαμέν, τούτου γέγονεν οὗπερ ὁρᾷ· ὄψις γὰρ καὶ αἴσθησις καὶ ἐπιστήμη ταὐτὸν ὡμολόγηται.

---

*) Γσ. δέ;

Theae. Quale tandem iſtud?

So. Hoc: ſi quis quaerat, num fieri poſſit, ut quis id, cuius aliquando ſciens exſtiterit, adhuc memoriam habens huius ipſius eamque conſervans tum quum meminerit neſciat id ipſum cuius meminerit? multus vero ſum, ut patet, quum voluerim quaerere, an quis, qui aliquid perceperit, id recordans neſciat.

Theae. Et qui hoc fiat, Socrate? monſtrum enim eſſet quod dicis.

So. Numquid ego nugas ago? conſidera vero. nonne videre dicis ſentire et viſum eſſe ſenſum?

Theae. Ego vero.

So. Nonne qui aliquid vidit ſciens eius factus eſt quod vidit ſecundum orationem modo dictam?

Theae. Ita.

So. Quid vero? memoriam nonne dicis tamen aliquid?

Theae. Etiam.

So. Utrum nullius an alicuius rei?

Theae. Alicuius ſane rei.

So. Nonne quas quis didicit et quas ſentit, huiusmodi quarundam rerum?

Theae. Quidni?

So. Iam quod quis vidit, eius aliquando haud dubie meminit?

Theae. Meminit vero.

So. Num etiam oculis clauſis? an hoc faciens obliviſcitur?

Theae. At abſurdum eſſet, Socrate, hoc dicere.

So. Oportet tamen, ſi ſervare velimus ſuperiorem orationem, ſin minus, dilabitur.

Theae. Atque ego mehercule ſuſpicor, non ſatis tamen perſpicio; itaque dic quomodo.

So. Sic: videns ſciens, dicimus, eius exſiſtit quod videt; viſum enim et ſenſum et ſcientiam idem eſſe conceſſimus.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὁ δέ γε ὁρῶν καὶ ἐπιστήμων γεγονὼς οὗ ἑώρα, ἐὰν μύσῃ, μέμνηται μέν, οὐχ ὁρᾷ δὲ αὐτό· ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τὸ δέ γε οὐχ ὁρᾷ οὐκ * ἐπίσταταί ἐστιν, εἴπερ B
καὶ τὸ ὁρᾷ ἐπίσταται *).

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Ξυμβαίνει ἄρα, οὗ τις ἐπιστήμων ἐγένετο, ἔτι μεμνημένον αὐτὸν μὴ ἐπίστασθαι, ἐπειδὴ οὐχ ὁρᾷ· ὃ τέρας ἔφαμεν ἂν εἶναι, εἰ γίγνοιτο.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Τῶν ἀδυνάτων δή τι ξυμβαίνειν φαίνεται, ἐάν τις ἐπιστήμην καὶ αἴσθησιν ταὐτὸν φῇ εἶναι.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ἄλλο ἄρα ἑκάτερον φατέον.

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύει.

ΣΩ. Τί οὖν δῆτ' ἂν εἴη ἐπιστήμη; * πάλιν ἐξ ἀρ- C
χῆς, ὡς ἔοικε, λεκτέον. καίτοι τί ποτε μέλλομεν, ὦ Θεαίτητε, δρᾶν;

ΘΕΑΙ. Τίνος πέρι;

ΣΩ. Φαινόμεθά μοι ἀλεκτρυόνος ἀγεννοῦς δίκην, πρὶν νενικηκέναι, ἀποπηδήσαντες ἀπὸ τοῦ λόγου ᾄδειν.

ΘΕΑΙ. Πῶς δή;

ΣΩ. Ἀντιλογικῶς ἐοίκαμεν πρὸς τὰς τῶν ὀνομάτων ὁμολογίας ἀνομολογησάμενοι καὶ τοιούτῳ τινὶ περιγενόμενοι τοῦ λόγου ἀγαπᾶν, καὶ οὐ φάσκοντες ἀγωνισταί, ἀλλὰ φιλόσοφοι εἶναι, λανθάνομεν ταὐτὰ ἐκείνοις * τοῖς δεινοῖς D
ἀνδράσι ποιοῦντες.

ΘΕΑΙ. Οὔπω μανθάνω ὅπως λέγεις.

ΣΩ. Ἀλλ' ἐγὼ πειράσομαι δηλῶσαι περὶ αὐτῶν ὅ γε δὴ νοῶ. ἠρόμεθα γὰρ δὴ εἰ μαθὼν καὶ μεμνημένος τίς τι μὴ ἐπίσταται, καὶ τὸν ἰδόντα καὶ μυσαντα μεμνημένον, ὁρῶντα δὲ οὔ, ἀποδείξαντες, οὐκ εἰδότα ἀπεδείξαμεν καὶ

*) ἄλλ. τὸ ὁρᾶν ἐπίστασθαι.

Theae. Sane quidem.

So. Qui vero videt et sciens factus est eius quod vidit, si oculos claudit, meminit quidem, sed non videt illud; nonne?

Theae. Ita.

So. Hoc vero *non videt* est *nescit*, siquidem *videt* est *scit*.

Theae. Vera.

So. Accidit igitur ut quis, cuius sciens exstitit, id adhuc memoria tenens non sciat, quoniam non videt; quod monstrum fore diximus, si usu veniret.

Theae. Verissima dicis.

So. Eorum igitur aliquid quae fieri nequeunt accidere videtur, si quis scientiam et sensum idem dicat esse.

Theae. Patet vero.

So. Aliud igitur esse utrumque dicendum.

Theae. Ita fere se habet.

So. Iam quid tandem erit scientia? rursum ab initio, ut videtur, dicendum. quamquam quid tandem volumus, Theaetete, facere?

Theae. Quale dicis?

So. Ut mihi videtur, galli in modum vilis, antequam vicimus, resilientes ab oratione canimus.

Theae. Quo tandem pacto?

So. Controversorum more videmur secundum eum quem concessimus sensum verborum inter nos convenientes et huiusmodi re superantes orationem acquiescere, et prae nobis ferentes non contentionis, sed sapientiae nos studiosos esse, inscii idem quod illi arguti viri facimus.

Theae. Nondum intelligo quomodo dicas.

So. At conabor declarare de his quid sentiam. quaerebamus videlicet, an qui aliquid percepisset ac meminisset, is nesciret, et eum qui vidisset oculosque clausisset meminisse quidem, sed non videre probantes, nescientem probavimus eum esse simulque recordan-

ἅμα μεμνημένον· τοῦτο δ' εἶναι ἀδύνατον. καὶ οὕτω δὴ μῦθος *) ἀπώλετο ὁ Πρωταγόρειος, καὶ ὁ σὸς ἅμα ὁ τῆς ἐπιστήμης καὶ αἰσθήσεως, ὅτι ταὐτόν ἐστιν.

ΘΕΑΙ. * Φαίνεται. E

ΣΩ. Οὔτι ἄν, οἶμαι, ὦ φίλε, εἴπερ γε ὁ πατὴρ τοῦ ἑτέρου μύθου ἔζη, ἀλλὰ πολλὰ ἂν ἤμυνε· νῦν δὲ ὀρφανὸν αὐτὸν ἡμεῖς προπηλακίζομεν. καὶ γὰρ οὐδ' οἱ ἐπίτροποι, οὓς Πρωταγόρας κατέλιπε, βοηθεῖν ἐθέλουσιν, ὧν Θεόδωρος εἷς ὅδε· ἀλλὰ δὴ αὐτοὶ κινδυνεύσομεν τοῦ δικαίου ἕνεκ' αὐτῷ βοηθεῖν.

ΘΕΟ. Οὐ γὰρ ἐγώ, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ μᾶλλον Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τῶν ἐκεί*νου ἐπίτροπος· ἡμεῖς δέ πως 165 θᾶττον ἐκ τῶν ψιλῶν λόγων πρὸς τὴν γεωμετρίαν ἀπενεύσαμεν. χάριν γε μέντοι σοι ἕξομεν, ἐὰν αὐτῷ βοηθῇς.

ΣΩ. Καλῶς λέγεις, ὦ Θεόδωρε. σκέψαι οὖν τήν γ' ἐμὴν βοήθειαν. τῶν γὰρ ἄρτι δεινότερα ἄν τις ὁμολογήσειε μὴ προςσχὼν τοῖς ῥήμασι τὸν νοῦν, ᾗ τὸ πολὺ εἰθίσμεθα φάναι τε καὶ ἀπαρνεῖσθαι. σοὶ λέγω ὅπῃ, ἢ Θεαιτήτῳ;

ΘΕΟ. Εἰς τὸ κοινὸν μὲν οὖν, ἀποκρινέσθω δὲ ὁ νεώτερος· σφα*λεὶς γὰρ ἧττον ἀσχημονήσει. B

ΣΩ. Λέγω δὴ τὸ δεινότατον ἐρώτημα. ἔστι δέ, οἶμαι, τοιόνδε τι· ἆρα οἷόν τε τὸν αὐτὸν εἰδότα τι τοῦτο ὃ οἶδε μὴ εἰδέναι;

ΘΕΟ. Τί δὴ οὖν ἀποκρινούμεθα, ὦ Θεαίτητε;

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατόν που, οἶμαι ἔγωγε.

ΣΩ. Οὔκ, εἰ τὸ ὁρᾶν γε ἐπίστασθαι θήσεις. τί γὰρ χρήσει ἀφύκτῳ ἐρωτήματι, τὸ λεγόμενον, ἐν φρέατι ξυνεχόμενος **), ὅταν ἐρωτᾷ ἀνέκπληκτος ἀνήρ, καταλαβὼν τῇ χειρὶ σοῦ τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν, εἰ ὁρᾷς τὸ ἱμάτιον τῷ * κατειλημμένῳ. C

ΘΕΑΙ. Οὐ φήσω, οἶμαι, τούτῳ γε, τῷ μέντοι ἑτέρῳ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁρᾷς τε καὶ οὐχ ὁρᾷς ἅμα ταὐτόν;

---

*) ἴσ. ὁ μῦθος.

**) γρ. συσχόμενος. ἴσ. ξυνισχόμενος.

tem; hoc autem fieri non posse. et ita scilicet oratio evanuit Protagoria et tua simul, scientiam et sensum idem esse ponens.

Theae. Videtur.

So. Nequaquam vero, mi care, siquidem pater alterius orationis viveret, sed multum eam defenderet; nunc autem orbam illam contumelia vexamus. etenim ne curatores quidem, quos Protagoras reliquit, auxiliari volunt, quorum unus est hic Theodorus; immo soli periclitabimur, quia par est, ei auxiliari.

Theo. Neque enim ego, Socrate, sed potius Callias Hipponici filius rerum illius curator est; nos vero sane citius a meris orationibus ad geometriam deflaximus. gratiam tamen profecto tibi habebimus, si illi auxiliere.

So. Bene dicis, Theodore. vide igitur quam equidem opem feram. etenim modo dictis absurdiora quispiam concesserit, nisi animum ad verba adverterit qua ratione maxima ex parte consueverimus in dicendo et negando eis uti. tibine dicam, quomodo, an Theaeteto?

Theo. Communiter quidem, respondeto autem iunior; nam si erraverit, minus ei erit indecorum.

So. Proferam igitur absurdissimam quaestionem; est vero illa, opinor, talis fere: num fieri potest, ut idem qui sciat id quod sciat nesciat?

Theo. Quid iam respondebimus, Theaetete?

Theae. Fieri non posse, equidem censeo.

So. Non potest, si videre esse scire pones. nam quid facies inexplicabili quaestioni, puteo, ut in proverbio est, constrictus, si quaerat intrepidus vir, comprimens manu alterum tuum oculum, an videas pallium oculo compresso.

Theae. Negabo, opinor, hoc me videre, altero tamen.

So. Nonne vides simulque non vides idem?

ΘΕΑΙ. Οὕτω γέ πως.

ΣΩ. Οὐδὲν ἐγώ, φήσει, τοῦτο οὔτε τάττω οὔτε ἠρόμην τὸ ὅπως, ἀλλ' εἰ, ὃ ἐπίστασαι, τοῦτο καὶ οὐκ ἐπίστασαι. νῦν δ', ὃ οὐχ ὁρᾷς, ὁρῶν φαίνει· ὡμολογηκὼς δὲ τυγχάνεις τὸ ὁρᾶν ἐπίστασθαι καὶ τὸ μὴ ὁρᾶν μὴ ἐπίστασθαι. ἐξ οὖν τούτων λογίζου τί σοι ξυμβαίνει.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ λογίζομαι ὅτι τἀναντία οἷς * ὑπεθέμην. D

ΣΩ. Ἴσως δέ γ', ὦ θαυμάσιε, πλείω ἂν τοιαῦτ' ἔπαθες, εἴ τίς σε προσηρώτα εἰ ἐπίστασθαι ἔστι μὲν ὀξύ, ἔστι δὲ ἀμβλύ, καὶ ἐγγύθεν μὲν ἐπίστασθαι, πόῤῥωθεν δὲ μή, καὶ σφόδρα καὶ ἠρέμα τὸ αὐτό, καὶ ἄλλα μυρία, ἃ ἐλλοχῶν ἂν πελταστικὸς ἀνὴρ μισθοφόρος ἐν λόγοις ἐρόμενος, ἡνίκ' ἐπιστήμην καὶ αἴσθησιν ταὐτὸν ἔθου, ἐμβαλὼν ἂν εἰς τὸ ἀκούειν καὶ ὀσφραίνεσθαι καὶ τὰς τοιαύτας αἰσθήσεις, ἤλεγχεν ἂν ἐπέχων καὶ οὐκ ἀνιείς, * πρὶν θαυμάσας E
τὴν πολυάρατον *) σοφίαν ξυνεποδίσθης ὑπ' αὐτοῦ, οὗ δή σε χειρωσάμενός τε καὶ ξυνδήσας ἤδη ἂν τότε ἐλύτρου χρημάτων ὅσων σοί τε κἀκείνῳ ἐδόκει. Τίν' οὖν δὴ ὁ Πρωταγόρας, φαίης ἂν ἴσως, λόγον ἐπίκουρον τοῖς αὑτοῦ ἐρεῖ; ἄλλο τι πειρώμεθα λέγειν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ταῦτά τε δὴ πάντα ὅσα ἡμεῖς ἐπαμύνοντες
αὐτῷ λέγομεν, καὶ ὁμόσε, οἶμαι, * χωρήσεται, καταφρο- 166
νῶν ἡμῶν καὶ λέγων Οὗτος δὴ ὁ Σωκράτης ὁ χρηστός, ἐπειδὴ αὐτῷ παιδίον τι ἐρωτηθὲν ἔδεισεν, εἰ οἷόν τε τὸν αὐτὸν τὸ αὐτὸ μεμνῆσθαι ἅμα καὶ μὴ εἰδέναι, καὶ δεῖσαν ἀπέφησε διὰ τὸ μὴ δύνασθαι προορᾶν, γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξε. τὸ δέ, ὦ ῥᾳθυμότατε Σώκρατες, τῇδ' ἔχει· ὅταν τι τῶν ἐμῶν δι' ἐρωτήσεως σκοπῇς, ἐὰν μὲν ὁ ἐρωτηθείς, οἷάπερ ἂν ἐγὼ ἀποκριναίμην,
ἀποκρινάμενος σφάλληται, ἐγὼ ἐλέγχομαι, εἰ δὲ * ἀλλοῖα, B
αὐτὸς ὁ ἐρωτηθείς. αὐτίκα γὰρ δοκεῖς τινά σοι ξυγχωρή-

*) Ισ. πολυάῤῥατον.

Theae. Ita nescio quomodo habet.

So. Minime ego, dicet, hoc iubeo neque interrogabam quomodo, sed an, quod scires, hoc etiam nescires. nunc, quod non vides, id te videre patet; confessus vero es videre esse scire et non videre nescire: ex hoc iam collige, quid tibi eveniat.

Theae. At colligo contraria eorum, quae posueram.

So. Forsitan vero, o admirabilis, plura huiusmodi tibi acciderent, si quis te praeterea rogaret an scire esset acutum et hebes, et cominus quidem sciri posset, eminus autem non posset, et vehementer et leniter idem aliaque innumerabilia, quae insidias faciens pelta armatus vir mercenarius in disputando interrogans, quando scientiam et sensum idem esse posuisses, irrumpens in auditum et olfactum sensusque generis eiusdem, refutaret te retinens, nec dimittens prius quam admiratus sane quam robustam sapientiam irretirere ab ipso: ut, quum te subegisset ac vinxisset, tum demum te solveret tanto redemptionis pretio, quantum inter te et illum convenisset. Quam igitur Protagoras, dixeris forsitan, orationem auxiliarem rationi suae afferet? num conemur dicere?

Theae. Sane quidem.

So. Et haec igitur omnia dicet quae nos auxiliantes ei diximus, et cominus, opinor, instabit contemnens nos et dicens: Hicce Socrates bonus, quando puerulus ab ipso interrogatus, fierine possit ut idem eandem rem meminerit simul et nesciat, exhorrescit exhorrescensque negat propterea quod non potest prospicere, ridiculum me in sermonibus suis exhibet. immo vero, inconsideratissime Socrate, res sic se habet: si, quum aliquam rationum mearum interrogando inquiris, is qui interrogatur a te eadem respondens quae equidem responderim erroris convincitur, ego refellor, sin alia, ipse interrogatus. etenim num censes exempli causa

σεσθαι μνήμην παρεῖναί τῳ ὧν ἔπαθε, τοιοῦτόν τι οὖσαν πάθος, οἷον ὅτε ἔπασχε, μηκέτι πάσχοντι; πολλοῦ γε δεῖ· ἢ αὖ ἀποκνήσειν ὁμολογεῖν οἷόν τ' εἶναι εἰδέναι καὶ μὴ εἰδέναι τὸν αὐτὸν τὸ αὐτό; ἤ, ἐάνπερ τοῦτο δείσῃ, δώσειν ποτὲ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν ἀνομοιούμενον τῷ πρὶν ἀνομοιοῦσθαι ὄντι; μᾶλλον δὲ τὸν εἶναί τινα, ἀλλ' οὐχὶ τούς, καὶ τούτους γιγνομένους ἀπείρους, ἐάνπερ ἀνομοίωσις γίγνηται, εἰ δὴ ὀ*νομάτων γε δεήσει C
θηρεύσεις διευλαβεῖσθαι ἀλλήλων; ἀλλ', ὦ μακάριε, φήσει, γενναιοτέρως ἐπ' αὐτὸ ἐλθὼν ὃ λέγω, εἰ δύνασαι, ἐξέλεγξον ὡς οὐχὶ ἴδιαι αἰσθήσεις ἡμῶν ἑκάστῳ γίγνονται, ἢ ὡς, ἰδίων γιγνομένων, οὐδέν τι ἂν μᾶλλον τὸ φαινόμενον μόνῳ ἐκείνῳ γίγνοιτο, ἤ, εἰ εἶναι δεῖ ὀνομάζειν, εἴη, ᾧπερ φαίνεται. ὗς δὲ δὴ καὶ κυνοκεφάλους λέγων οὐ μόνον αὐτὸς ὑηνεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας τοῦτο δρᾶν εἰς τὰ ξυγγράμματά μου ἀναπείθεις, οὐ καλῶς * ποιῶν. ἐγὼ γάρ φημι μὲν τὴν ἀλήθειαν ἔχειν D
ὡς γέγραφα· μέτρον γὰρ ἕκαστον ἡμῶν εἶναι τῶν τε ὄντων καὶ μή· μυρίον μέντοι διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου αὐτῷ τούτῳ, ὅτι τῷ μὲν ἄλλα ἔστι τε καὶ φαίνεται, τῷ δὲ ἄλλα· καὶ σοφίαν καὶ σοφὸν ἄνδρα πολλοῦ δέω [τῷ] μὴ φάναι εἶναι, ἀλλ' αὐτὸν τοῦτον καὶ λέγω σοφόν, ὃς ἄν τινι ἡμῶν, ᾧ φαίνεται καὶ ἔστι κακά, μεταβάλλων ποιήσῃ ἀγαθὰ φαίνεσθαί τε καὶ εἶναι. τὸν δὲ λόγον αὖ μὴ τῷ ῥήματί μου δίωκε, * ἀλλὰ ὧδε ἔτι σα- E
φέστερον μάθε τί λέγω. οἷον γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγετο ἀναμνήσθητι, ὅτι τῷ μὲν ἀσθενοῦντι πικρὰ φαίνεται ἃ ἐσθίει καὶ ἔστι, τῷ δὲ ὑγιαίνοντι τἀναντία ἔστι καὶ φαίνεται· σοφώτερον μὲν οὖν τούτων οὐδέτερον δεῖ ποιῆσαι (οὐδὲ γὰρ δυνατόν), οὐδὲ * κατηγορητέον ὡς 167
ὁ μὲν κάμνων ἀμαθής, ὅτι τοιαῦτα δοξάζει, ὁ δὲ ὑγιαίνων σοφός, ὅτι ἀλλοῖα· μεταβλητέον δ' ἐπὶ θάτερα· ἀμείνων γὰρ ἡ ἑτέρα ἕξις· οὕτω δὲ καὶ ἐν τῇ παιδείᾳ

quemquam tibi conceſſurum eſſe, memoriam adeſſe alicui eorum, quibus affectus fuerit, ut talem quandam affectionem qualis fuerit quum afficeretur, illi ſcilicet qui iam non afficiatur? plurimum abeſt; an etiam cunctaturum eſſe concedere fieri poſſe, ut ſciat et neſciat idem eandem rem? an, ſi hoc horruerit, daturum eſſe umquam eundem eſſe mutatum illum, qui fuerit antequam mutaretur? vel potius aliquem eſſe, ac non aliquos, eosque exſiſtentes innumerabiles, ut ſcilicet mutatio exſiſtat, ſiquidem verborum aucupia inter nos cavere oportuerit? at, egregie, dicet, fidentius ad id ipſum aggrediens quod dico, ſi potueris, convince, non proprios ſenſus cuique noſtrûm exſiſtere, vel, licet proprii exſiſtant, nihilo tamen magis id quod videatur exſiſtere aut, ſi eſſe appellari oporteat, eſſe ei cui videatur. ſues vero ac ſimias ſi affers, non ſolum te ipſe pro ſue geris, verum etiam audientibus, hoc ut committant in ſcriptiones meas, perſuades, non bene ita faciens. ego enim dico quidem veritatem ita habere ut ſcripſi, menſuram videlicet quemque noſtrûm eſſe tam eorum quae ſint quam eorum quae non ſint, immenſum tamen differre alterum ab altero hanc ipſam ob cauſam, quod huic alia ſint et videantur, illi alia; et ſapientiam virumque ſapientem longe abeſt ut negem eſſe, ſed hunc ipſum etiam dico ſapientem qui efficit, ut, cui noſtrûm videantur et ſint mala, huic contra bona videantur ac ſint. orationem autem meam non ad verbum perſequere, ſed ita etiam clarius accipe quid dicam. quod enim in praegreſſis dictum eſt, id recordare, aegrotanti videlicet amara et videri quae ederet et eſſe, valenti autem contraria et eſſe et videri; iam ſapientiorem quidem horum neutrum oportet effici (id enim fieri nequit), neque dicendus eſt aegrotans imperitus, quia talia iudicet, valens autem ſapiens, quia alia, ſed convertendus eſt ille contrariam in partem; melior eſt enim alter ſtatus: ita igitur etiam in inſtitutione ex al-

ἀπὸ ἑτέρας ἕξεως ἐπὶ τὴν ἀμείνω μεταβλητέον. ἀλλ' ὁ μὲν
ἰατρὸς φαρμάκοις μεταβάλλει, ὁ δὲ σοφιστὴς λόγοις. ἐπεὶ
οὔ τέ τί γε *) ψευδῆ δοξάζοντά τίς τινα ὕστερον ἀληθῆ
ἐποίησε δοξάζειν· οὔτε γὰρ τὰ μὴ ὄντα δυνατὸν δοξάσαι,
οὔτε ἄλλα παρ' ἃ ἂν πάσχῃ· ταῦτα δὲ ἀεὶ ἀληθῆ· ἀλλ',
οἶμαι, πονηρᾷ ψυχῆς ἕξει δοξά*ζοντα ξυγγενῆ αὐτῆς χρη- B
στὴ ἐποίησε δοξάσαι ἕτερα τοιαῦτα, ἃ δή τινες τὰ φαν-
τάσματα ὑπὸ ἀπειρίας ἀληθῆ καλοῦσιν, ἐγὼ δὲ βελτίω μὲν
τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων, ἀληθέστερα δὲ οὐδέν. καὶ τοὺς σο-
φούς, ὦ φίλε Σώκρατες, πολλοῦ δέω βατράχους λέγειν,
ἀλλὰ κατὰ μὲν σώματα ἰατροὺς λέγω, κατὰ δὲ φυτὰ γεωρ-
γούς· φημὶ γὰρ καὶ τούτους τοῖς φυτοῖς ἀντὶ πονηρῶν
αἰσθήσεων, ὅταν τι αὐτῶν ἀσθενῇ, χρηστὰς καὶ * ὑγιει- C
νὰς αἰσθήσεις [τε καὶ ἀληθεῖς] ἐμποιεῖν, τοὺς δέ γε σο-
φούς τε καὶ ἀγαθοὺς ῥήτορας ταῖς πόλεσι τὰ χρηστὰ ἀντὶ
τῶν πονηρῶν δίκαια δοκεῖν εἶναι **) ποιεῖν· ἐπεὶ οἷά γ'
ἂν ἑκάστῃ πόλει δίκαια καὶ καλὰ δοκῇ, ταῦτα καὶ εἶναι
αὐτῇ, ἕως ἂν αὐτὰ νομίζῃ· ἀλλ' ὁ σοφὸς ἀντὶ πονηρῶν
ὄντων αὐτοῖς ἑκάστων χρηστὰ ἐποίησεν εἶναι καὶ δοκεῖν.
κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ὁ σοφιστὴς τοὺς παιδευομέ-
νους οὕτω δυνάμενος παιδαγωγεῖν σοφός τε καὶ ἄξιος πολ-
λῶν χρημάτων τοῖς παι*δευθεῖσι. καὶ οὕτω σοφώτεροί τέ D
εἰσιν ἕτεροι ἑτέρων καὶ οὐδεὶς ψευδῆ δοξάζει, καὶ σοί,
ἐάν τε βούλῃ ἐάν τε μή, ἀνεκτέον ὄντι μέτρῳ· σώζεται
γὰρ ἐν τούτοις ὁ λόγος οὗτος. ᾧ σὺ εἰ μὲν ἔχεις ἐξ ἀρχῆς
ἀμφισβητεῖν, ἀμφισβήτει λόγῳ ἀντιδιεξελθών, εἰ δὲ δι'
ἐρωτήσεων βούλει, δι' ἐρωτήσεων· οὐδὲ γὰρ τοῦτο φευ-
κτέον, ἀλλὰ πάντων μάλιστα διωκτέον τῷ νοῦν ἔχοντι.
ποίει μέντοι οὑτωσί· μὴ ἀδίκει ἐν τῷ ἐ*ρωτᾶν· καὶ γὰρ E
πολλὴ ἀλογία ἀρετῆς φάσκοντα ἐπιμελεῖσθαι μηδὲν ἀλλ' ἢ
ἀδικοῦντα ἐν λόγοις διατελεῖν· ἀδικεῖν δ' ἐστὶν ἐν τῷ
τοιούτῳ, ὅταν τις μὴ χωρὶς μὲν ὡς ἀγωνιζόμενος τὰς δια-
τριβὰς ποιῆται, χωρὶς δὲ διαλεγόμενος, καὶ ἐν μὲν τῷ παίζῃ

*) ἴσ. οὔτι γε.
**) ἴσ. δοκεῖν καὶ εἶναι.

tero ſtatu in meliorem converſionem fieri oportet, et medicus quidem remediis convertit, ſophiſtes vero orationibus. ceterum vero neque falſa quempiam iudicantem aliquis poſtea efficit vera iudicantem; neque enim ea quae non ſunt iudicari licet, neque alia praeter ea quibus afficitur; haec autem ſemper vera ſunt; ſed, opinor, eum qui pravo in ſtatu iudicaverit quae illi cognata ſunt probus ſtatus efficit iudicantem alia ſimilia, quae quidem ipſa nonnulli prae imperitia vera nominant, ego autem meliora alia aliis appello, veriora autem nullo modo. atque ſapientes, mi care Socrates, longe abeſt ut ranas dicam, ſed, quod ad corpora ſpectat, medicos appello, quod ad plantas, agricolas; exiſtimo enim etiam hos plantis pro pravis ſenſibus, ſi quo aegrotent, bonos et ſanos ſenſus iniicere, ſapientes autem et bonos rhetores efficere ut civitatibus proba pro improbis iuſta et videantur et ſint; nam per ſe quidem quaecumque cuique civitati iuſta et pulchra videntur, haec etiam ſunt illi, quamdiu illa pro iuſtis habet, at ſapiens efficit, ut pro pravis quibusque, quae illae habent, bona eis et ſint et videantur. eadem vero ratione etiam ſophiſtes qui inſtituendos ita poteſt regere, ſapiens dignusque quem multa pecunia remunerentur inſtituti. itaque et ſapientiores ſunt alii aliis nec ullus falſa iudicat, et tu velis nolis non potes non eſſe menſura; ſervatur enim his haec oratio. de qua ſi quid habes quod ab initio in controverſiam voces, in controverſiam id voca perpetua oratione contrariam ſententiam exponens, ſin interrogando malis, interrogando; neque enim hoc fugiendum, ſed omnium maxime ſectandum eſt viro prudenti. ſac autem ita: ne iniuſte agas in quaerendo; etenim multae eſt inſipientiae virtutis ſtudium prae ſe ferre, nihil tamen niſi iniuſte perpetuo facere in ſermonibus; iniuſte autem facere eſt hac in cauſa, ſi quis non aliter ut certaturus disputat, aliter vero ut colloquens, ita ut in illo quidem iocetur et in

τε καὶ σφάλλῃ, καθ' ὅσον ἂν δύνηται, ἐν δὲ τῷ διαλέγε-
σθαι σπουδάζῃ τε καὶ ἐπανορθοῖ τὸν προςδιαλεγόμενον,
ἐκεῖνα μόνα αὐτῷ ἐνδεικνύμενος τὰ σφάλματα, ἃ αὐ-
τὸς ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ * τῶν προτέρων ξυνουσιῶν παρεκέκρου- 16
στο. ἂν μὲν γὰρ οὕτω ποιῇς, ἑαυτοὺς αἰτιάσονται οἱ προς-
διατρίβοντές σοι τῆς αὐτῶν ταραχῆς καὶ ἀπορίας, ἀλλ' οὐ
σέ, καὶ σὲ μὲν διώξονται καὶ φιλήσουσιν, αὑτοὺς δὲ μι-
σήσουσι, καὶ φεύξονται ἀφ' ἑαυτῶν εἰς φιλοσοφίαν, ἵν'
ἄλλοι γενόμενοι ἀπαλλαγῶσι τῶν οἳ πρότερον ἦσαν· ἐὰν δὲ
τἀναντία τούτων δρᾷς, ὥςπερ οἱ πολλοί, τἀναντία ξυμ-
βήσεταί σοι καὶ τοὺς ξυνόντας ἀντὶ φιλοσόφων μισοῦντας
τοῦτο * τὸ πρᾶγμα ἀποφανεῖς, ἐπειδὰν πρεςβύτεροι γένων- B
ται. ἐὰν οὖν ἐμοὶ πείθῃ, ὃ καὶ πρότερον ἐῤῥήθη, οὐ δυς-
μενῶς οὐδὲ μαχητικῶς, ἀλλ' ἵλεῳ τῇ διανοίᾳ ξυγκαθεὶς ὡς
ἀληθῶς σκέψει τί ποτε λέγομεν, κινεῖσθαί τε ἀποφαινό-
μενοι τὰ πάντα τό τε δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναι ἰδιώ-
τῃ τε καὶ πόλει· καὶ ἐκ τούτων ἐπισκέψει εἴτε ταὐτὸν εἴτε
καὶ ἄλλο ἐπιστήμη καὶ αἴσθησις, ἀλλ' οὐχ, ὥςπερ ἄρτι,
ἐκ ξυνηθείας ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων, ἃ οἱ * πολλοὶ C
ὅπῃ ἂν τύχωσιν ἕλκοντες ἀπορίας ἀλλήλοις παντοδαπὰς
παρέχουσι. Ταῦτα, ὦ Θεόδωρε, τῷ ἑταίρῳ σου εἰς βοή-
θειαν προςηρξάμην κατ' ἐμὴν δύναμιν, σμικρὰ ἀπὸ σμι-
κρῶν, εἰ δ' αὐτὸς ἔζη, μεγαλειότερον ἂν τοῖς αὑτοῦ ἐβοή-
θησεν.

ΘΕΟ. Παίζεις, ὦ Σώκρατες· πάνυ γὰρ νεανικῶς τῷ ἀνδρὶ βεβοήθηκας.

ΣΩ. Εὖ λέγεις, ὦ ἑταῖρε· καί μοι εἰπέ· ἐνενόησάς
που λέγοντος ἄρτι τοῦ Πρωταγόρου καὶ ὀνειδίζοντος ἡμῖν,
ὅτι * πρὸς παιδίον τοὺς λόγους ποιούμενοι τῷ τοῦ παιδὸς D
φόβῳ ἀγωνιζοίμεθα εἰς τὰ ἑαυτοῦ, καὶ χαριεντισμόν τινα
ἀποκαλῶν, ἀποσεμνύνων δὲ τὸ πάντων μέτρον, σπουδάσαι
ἡμᾶς διεκελεύσατο περὶ τὸν αὑτοῦ λόγον;

ΘΕΟ. Πῶς γὰρ οὐκ ἐνενόησα, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Τί οὖν; κελεύεις πείθεσθαι αὐτῷ;

ΘΕΟ. Σφόδρα γε.

errorem inducat quantum possit, in colloquendo vero serio dicat et corrigat colloquentem hos solos ei ostendens errores, in quos ipse et per se et per superiores disputationes inductus fuerit. nam si ita facis, sibimet ipsis culpam attribuent colloquentes perturbationis suae atque haesitationis, non tibi, et te quidem consectabuntur ac diligent, sibi ipsis autem erunt in odio et fugient a semet ipsis in philosophiam, ut alii facti disiungantur ab eis qui ante erant; sin contra facis, quemadmodum plurimi, contraria contingent tibi, et eos qui familiariter te utuntur pro philosophis osores huius negotii reddes, quando seniores facti fuerint. quodsi mihi obtemperaveris, id quod iam ante dictum est, non infense nec pugnaciter, sed propitio animo te demittens revera spectabis quid tandem dicamus, et moveri declarantes omnia et quod videatur cuique hoc etiam esse tum privato tum civitati; et ex his indicabis utrum idem an diversum sit scientia et sensus, non, ut modo, ex usu verborum ac nominum, quae plurimi, quocumque casus fert, trahentes difficultates sibi multiplices afferunt. Haec, Theodore, ut amico tuo auxilium ferrem, attuli pro viribus meis, pauca ex paucis depromens; si ipse viveret, magnificentius rationibus suis auxilium tulisset.

Theo. Iocaris, Socrate; satis enim fortiter viro auxilium tulisti.

So. Bene narras, amice. iam dic mihi: nonne animadvertisti modo dixisse Protagoram et exprobrasse nobis, quod, cum puerulo sermones conferentes, ex pueri metu praesidium nobis petentes certaremus cum rationibus suis, et cavillationem quandam id appellantem, extollentem vero illam omnium rerum mensuram nos cohortatum esse ut seria ageremus in ratione sua perscrutanda?

Theo. Quidni animadverterim, Socrate?

So. Quid igitur? iubesne ei obtemperari?

Theo. Sane quidem.

ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν ὅτι τάδε πάντα πλὴν σοῦ παιδιά ἐστιν; εἰ οὖν πεισόμεθα τῷ ἀνδρί, ἐμὲ καὶ σὲ δεῖ ἐρωτῶντάς τε καὶ ἀπο*κρινομένους ἀλλήλοις σπουδάσαι αὐτοῦ E
περὶ τὸν λόγον, ἵνα μὴ τοῦτό γε ἔχῃ ἐγκαλεῖν, ὡς παίζοντες πρὸς μειράκια διεσκεψάμεθ᾽ αὖ τοῦτον τὸν λόγον *).

ΘΕΟ. Τί δ᾽; οὐ πολλῶν τοι Θεαίτητος μεγάλους πώγωνας ἐχόντων ἄμεινον ἂν ἐπακολουθήσειε λόγῳ διερευνωμένῳ;

ΣΩ. Ἀλλ᾽ οὔτι σοῦ γε, ὦ Θεόδωρε, ἄμεινον. μὴ οὖν οἴου ἐμὲ μὲν τῷ σῷ ἑταίρῳ τετελευτηκότι δεῖν παντὶ τρόπῳ ἐπαμύνειν, σὲ * δὲ μηδενί, ἀλλ᾽ ἴθι, ὦ ἄριστε, ὀλί- 16
γον ἐπίσπου, μέχρι τούτου αὐτοῦ ἕως ἂν εἰδῶμεν, εἴτε ἄρα σὲ δεῖ διαγραμμάτων πέρι μέτρον εἶναι, εἴτε πάντες ὁμοίως σοὶ ἱκανοὶ ἑαυτοῖς εἴς τε ἀστρονομίαν καὶ τἆλλα, ὧν δὴ σὺ πέρι αἰτίαν ἔχεις διαφέρειν.

ΘΕΟ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Σώκρατες, σοὶ παρακαθήμενον μὴ διδόναι λόγον, ἀλλ᾽ ἐγὼ ἄρτι παρελήρησα φάσκων σε ἐπιτρέψειν μοι μὴ ἀποδύεσθαι, καὶ οὐχὶ ἀναγκάσειν καθάπερ Λακεδαιμόνιοι· σὺ δέ μοι δοκεῖς πρὸς τὸν Σκίῤῥωνα **)
μᾶλλον τείνειν. Λακεδαιμόνιοι μὲν * γὰρ ἀπιέναι ἢ ἀπο- B
δύεσθαι κελεύουσι, σὺ δὲ κατ᾽ Ἀνταιόν τί μοι μᾶλλον δοκεῖς τὸ δρᾶμα δρᾶν· τὸν γὰρ προσελθόντα οὐκ ἀνίης, πρὶν ***) ἀναγκάσῃς ἀποδύσας ἐν τοῖς λόγοις προσπαλαῖσαι.

ΣΩ. Ἄριστά γε, ὦ Θεόδωρε, τὴν νόσον μου ἀπείκασας· ἰσχυρότερος ****) μέντοι ἐγὼ ἐκείνων· μυρίοι γὰρ ἤδη μοι Ἡρακλέες τε καὶ Θησέες ἐντυχόντες καρτεροὶ πρὸς τὸ λέγειν μάλ᾽ εὖ ξυγκεκόφασιν, ἀλλ᾽ ἐγὼ οὐδέν τι μᾶλλον
ἀφίσταμαι· οὕτω τις ἔρως δεινὸς ἐνδέδυκε τῆς * περὶ C
ταῦτα γυμνασίας. μὴ οὖν μηδὲ σὺ φθονήσῃς προσανατριψάμενος σαυτόν τε ἅμα καὶ ἐμὲ ὀνῆσαι.

ΘΕΟ. Οὐδὲν ἔτι ἀντιλέγω, ἀλλ᾽ ἄγε ὅπῃ ἐθέλεις·

*) ἴσ. αὐτοῦ τὸν λόγον.
**) ἴσ. τοὺς Σκίῤῥωνας.
***) ἴσ. πρὶν ἄν.
****) ἄλλ. ἰσχυρικώτερος.

So. Iamne vides hos omnes praeter te pueros esse? quodsi obtemperabimus viro, me et te oportebit rogantes et respondentes inter nos seria agere in illius ratione examinanda, ut ne hoc possit ut probrum obiicere, quod iocantes cum adolescentulis exploraverimus ipsius rationem.

Theo. Quid vero? nonne multis sane Theaetetus magnas barbas habentibus melius assequetur orationem perscrutandam?

So. At neutiquam te, Theodore, melius. ne igitur arbitrere me quidem amico tuo mortuo oportere omni modo opitulari, te autem nullo modo, sed age mi optime, paullulum subsequere, idque usque eo dum cognoscamus, utrum te oporteat, quod ad descriptiones attineat, mensuram esse, an omnes aeque ac tu sibimet ipsi satisfaciant in astronomia ceterisque, in quibus quidem tu diceris excellere.

Theo. Haud facile est, Socrate, tibi assidentem rationem non reddere, sed nugas modo dixi declarans te permissurum mihi ut vestem non exuerem, non me coacturum esse in Lacedaemoniorum modum; tu vero mihi videris ad Scirronum similitudinem propius accedere. Lacedaemonii enim discedere quemque aut vestem exuere iubent, tu autem potius ut Antaeus mihi videris negotium gerere: eum enim quicum congrederis non dimittis priusquam coëgeris veste deposita in sermonibus colluctari.

So. Optime quidem, Theodore, morbum tu meum comparatione illa descripsisti; robustior tamen ego sum illis; innumerabiles enim iam Hercules et Thesei dicendi validi in me incidentes probe me contuderunt, at ego nihilo magis desisto: tam vehemens quidam me amor incessit huius exercitationis. ne igitur tu quoque recuses mecum luctando te simul et me iuvare.

Theo. Nihil iam contra dico, sed duc quo vis:

πάντως τὴν περὶ ταῦτα εἱμαρμένην, ἣν ἂν σὺ ἐπικλώσῃς, δεῖ ἀνατλῆναι ἐλεγχόμενον. οὐ μέντοι περαιτέρω γε ὧν προτίθεσαι οἷός τ' ἔσομαι παρασχεῖν ἐμαυτόν σοι.

ΣΩ. 'Αλλ' ἀρκεῖ καὶ μέχρι τούτων. καί μοι πάνυ τήρει τὸ τοιόνδε, μή που παιδικόν τι λάθωμεν εἶδος τῶν λόγων ποιούμενοι, καί τις πάλιν * ἡμῖν αὐτὸ ὀνει- D
δίσῃ.

ΘΕΟ. 'Αλλὰ δὴ πειράσομαί γε καθ' ὅσον ἂν δύνωμαι.

ΣΩ. Τοῦδε τοίνυν πρῶτον πάλιν ἀντιλαβώμεθα οὗπερ τὸ πρότερον, καὶ ἴδωμεν, ὀρθῶς ἢ οὐκ ὀρθῶς ἐδυσχεραίνομεν ἐπιτιμῶντες τῷ λόγῳ, ὅτι αὐτάρκη ἕκαστον εἰς φρόνησιν ἐποίει. καὶ ἡμῖν ξυνεχώρησεν ὁ Πρωταγόρας, περί τε τοῦ ἀμείνονος καὶ χείρονος διαφέρειν τινάς, οὓς δὴ καὶ εἶναι σοφούς· οὐχὶ δή;

ΘΕΟ. Ναί.

ΣΩ. Εἰ μὲν τοίνυν αὐτὸς παρὼν ὡμολόγει, ἀλλὰ μὴ
ἡμεῖς * βοηθοῦντες ὑπὲρ αὐτοῦ ξυνεχωρήσαμεν, οὐδὲν ἂν E
πάλιν ἔδει ἐπαναλαβόντας βεβαιοῦσθαι· νῦν δὲ τάχ' ἄν τις ἡμᾶς ἀκύρους τιθείη τῆς ὑπὲρ ἐκείνου ὁμολογίας. διὸ κάλλιον, ὡς ἔχει, σαφέστερον περὶ τούτου αὐτοῦ διομολογήσασθαι· οὐ γάρ τι σμικρὸν παραλλάττει οὕτως ἔχον ἢ ἄλλως.

ΘΕΟ. Λέγεις ἀληθῆ.

ΣΩ. Μὴ τοίνυν δι' ἄλλων, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐκείνου λό-
γου ὡς διὰ βραχυτάτων * λάβωμεν τὴν ὁμολογίαν. 170

ΘΕΟ. Πῶς;

ΣΩ. Οὑτωσί. Τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναί φησί που ᾧ δοκεῖ;

ΘΕΟ. Φησὶ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ Πρωταγόρα, καὶ ἡμεῖς ἀνθρώπου, μᾶλλον δὲ πάντων ἀνθρώπων δόξας λέγομεν καὶ φαμὲν οὐδένα ὅντινα οὐ τὰ μὲν αὑτὸν ἡγεῖσθαι τῶν ἄλλων σοφώτερον, τὰ δὲ ἄλλους ἑαυτοῦ, καὶ ἔν γε τοῖς μεγίστοις κινδύνοις, ὅταν ἐν στρατείαις ἢ νόσοις ἢ ἐν θαλάττῃ χειμάζωνται, ὥσπερ πρὸς θεοὺς ἔχειν τοὺς ἐν

omni modo necessitatem, quam in his mihi imponis, oportet me sustinere, ut refellar. neque tamen ultra quam proposuisti potero me tibi dedere.

So. At satis est etiam hactenus. atque mihi sedulo cave hoc, ne forte puerile quoddam sermonum genus inscii sequamur, neque iterum quisquam id nobis exprobret.

Theo. At vero conabor equidem, quantum potuero.

So. Hoc igitur primum iterum impugnemus, quod ante, et videamus, recte secusne improbraverimus orationem vituperantes quod unumquemque satis habere sapientiae poneret. iam nobis concessit Protagoras, ad melius et deterius differre aliquos, qui scilicet etiam essent sapientes; nonne?

Theo. Ita.

So. Quodsi ipse praesens consensisset, non opitulantes nos eius nomine concessissemus, minime necesse esset nobis rursus repetentibus ea confirmare; nunc autem forsitan quis nobis potestatem abroget illius nomine consentiendi. quocirca rectius est hoc, quomodo se habeat, certius convenire; neque enim parum interest utrum ita se habeat an aliter.

Theo. Vera dicis.

So. Ne igitur per alias, sed ex illius oratione quam paucissimis verbis capiamus assensum.

Theo. Quomodo?

So. Ita. Quod cuique videatur hoc etiam esse nonne dicit ei cui videatur?

Theo. Dicit vero.

So. Iam, Protagora, nos quoque id quod homini, potius omnibus hominibus videtur, ponimus dicentes neminem esse quin in his se ipsum existimet ceteris sapientiorem, in illis vero alios se sapientiores, et in maximis quidem periculis homines, quando in expeditionibus vel morbis vel in mari iactentur, quasi pro

ἑκάστοις ἄρχοντας, σωτῆρας σφῶν * προσδοκῶντας, οὐκ B
ἄλλῳ τῳ διαφέροντας ἢ τῷ εἰδέναι· καὶ πάντα που μεστὰ τἀνθρώπινα ζητούντων διδασκάλους τε καὶ ἄρχοντας ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν τε ἐργασιῶν, οἰομένων τε αὖ ἱκανῶν μὲν διδάσκειν, ἱκανῶν δὲ ἄρχειν εἶναι· καὶ ἐν τούτοις ἅπασι τί ἄλλο φήσομεν ἢ αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἡγεῖσθαι σοφίαν καὶ ἀμαθίαν εἶναι παρὰ σφίσιν;

ΘΕΟ. Οὐδὲν ἄλλο.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὴν μὲν σοφίαν ἀληθῆ διάνοιαν ἡγοῦνται, τὴν δὲ ἀμαθίαν ψευδῆ δόξαν;

ΘΕΟ. Τί * μήν; C

ΣΩ. Τί οὖν, ὦ Πρωταγόρα, χρησόμεθα τῷ λόγῳ; πότερον ἀληθῆ φῶμεν ἀεὶ τοὺς ἀνθρώπους δοξάζειν, ἢ ποτὲ μὲν ἀληθῆ, ποτὲ δὲ *) καὶ ψευδῆ; ἐξ ἀμφοτέρων γάρ που ξυμβαίνει μὴ ἀεὶ ἀληθῆ, ἀλλ' ἀμφότερα αὐτοὺς δοξάζειν. σκόπει γάρ, ὦ Θεόδωρε, εἰ ἐθέλοι ἄν τις τῶν ἀμφὶ Πρωταγόραν ἢ σὺ αὐτὸς διαμάχεσθαι, ὡς οὐδεὶς ἡγεῖται ἕτερος ἕτερον ἀμαθῆ τε εἶναι καὶ ψευδῆ δοξάζειν.

ΘΕΟ. Ἀλλ' ἄπιστον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Καὶ μὴν εἰς τοῦτό γε ἀνάγ*κης ὁ λόγος ἥκει D
ὁ πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον λέγων.

ΘΕΟ. Πῶς δή;

ΣΩ. Ὅταν σὺ κρίνας τι παρὰ σαυτῷ πρὸς ἐμὲ ἀποφαίνῃ περί τινος δόξαν, σοὶ μὲν δὴ τοῦτο κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον ἀληθὲς ἔστω, ἡμῖν δὲ δὴ τοῖς ἄλλοις περὶ τῆς σῆς κρίσεως πότερον οὐκ ἔστι κριταῖς γενέσθαι, ἢ σὲ **) ἀεὶ κρίνομεν ἀληθῆ δοξάζειν; ἢ μυρίοι ἑκάστοτέ σοι μάχονται ἀντιδοξάζοντες, ἡγούμενοι ψευδῆ κρίνειν τε καὶ οἴεσθαι;

ΘΕΟ. Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, μάλα μυ*ρίοι δῆτα, E
φησὶν Ὅμηρος, οἵ γέ μοι τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα παρέχουσιν.

---

*) ἴσ. ποτὲ μὲν — ποτὲ δέ.

**) ἄλλ. ἢ ἀεί σε. ἴσ. ἀλλ' ἀεί σε.

diis habere quosque in periculo imperantes, servatores suos illos existimantes, eosque ipsa hac scientia praestantes; et omnes fere res humanae refertae sunt quaerentibus praeceptores ac duces et sui et reliquorum animantium operumque, et contra se existimantibus idoneos ad docendum, idoneos ad imperandum esse; atque in his omnibus quid aliud dicemus nisi hoc, ipsos arbitrari homines sapientiam et inscitiam sibi inesse?

Theo. Nihil aliud.

So. Nonne sapientiam quidem veram existimant cogitationem, inscitiam vero falsam opinationem?

Theo. Quidni existiment?

So. Quid igitur, Protagora, faciemus oratione? utrum vera dicamus semper homines iudicare, an modo vera, modo falsa? ex utroque enim sequitur, ut non semper vera, sed utrumque iudicent. vide enim, Theodore, numquis velit eorum qui Protagoram sequuntur vel tu ipse contendere, neminem existimare alterum inscientem esse falsaque iudicare.

Theo. Incredibile id est, Socrate.

So. At vero eo necessitatis ratio adducitur quae omnium rerum mensuram hominem dicit.

Theo. Quomodo vero?

So. Quum tu de aliqua re decrevisti tecum et mihi declaras tuum de ea decretum, num tibi quidem hoc ex illius ratione verum esto, nobis autem reliquis de tuo decreto non licet iudicibus esse, sed semper te statuimus vera iudicare? an innumerabiles semper tibi adversantur contrarium facientes iudicium, existimantes falsa te decernere et opinari?

Theo. Sane mehercule, Socrate, innumerabiles, dicit Homerus, qui mihi mirum quanta negotia facessant.

ΣΩ. Τί οὖν; βούλει λέγωμεν ὡς σὺ τότε σαυτῷ μὲν ἀληθῆ δοξάζεις, τοῖς δὲ μυρίοις ψευδῆ;

ΘΕΟ. Ἔοικεν ἔκ γε τοῦ λόγου ἀνάγκη εἶναι.

ΣΩ. Τί δὲ αὐτῷ Πρωταγόρᾳ; ἆρ' οὐχὶ ἀνάγκη, εἰ μὲν μηδὲ αὐτὸς ᾤετο μέτρον εἶναι ἄνθρωπον μηδὲ οἱ πολλοί, ὥςπερ οὐδὲ οἴονται, μηδενὶ δὴ εἶναι ταύτην τὴν ἀλήθειαν ἣν ἐκεῖνος ἔγραψεν; εἰ δὲ * αὐτὸς μὲν ᾤετο, τὸ δὲ 171 πλῆθος μὴ ξυνοίεται,' οἶσθ' ὅτι πρῶτον μέν, ὅσῳ πλείους οἷς μὴ δοκεῖ ἢ οἷς δοκεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον οὐκ ἔστιν ἢ ἔστιν.

ΘΕΟ. Ἀνάγκη, εἴπερ γε καθ' ἑκάστην δόξαν ἔσται καὶ οὐκ ἔσται.

ΣΩ. Ἔπειτά γε τοῦτ' ἔχει κομψότατον· ἐκεῖνος μὲν περὶ τῆς αὐτοῦ οἰήσεως τὴν τῶν ἀντιδοξαζόντων οἴησιν, ᾗ ἐκεῖνον ἡγοῦνται ψεύδεσθαι, ξυγχωρεῖ που ἀληθῆ εἶναι, ὁμολογῶν τὰ ὄντα δοξάζειν ἅπαντας.

ΘΕΟ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὴν αὑτοῦ ἂν ψευδῆ ξυγ*χωροῖ, εἰ τὴν B τῶν ἡγουμένων αὐτὸν ψεύδεσθαι ὁμολογεῖ ἀληθῆ εἶναι;

ΘΕΟ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Οἱ δέ γ' ἄλλοι οὐ ξυγχωροῦσιν ἑαυτοὺς ψεύδεσθαι;

ΘΕΟ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ὁ δέ γ' αὖ ὁμολογεῖ καὶ ταύτην ἀληθῆ τὴν δόξαν, ἐξ ὧν γέγραφεν.

ΘΕΟ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἐξ ἁπάντων *) ἄρα ἀπὸ Πρωταγόρου ἀρξαμένων ἀμφισβητήσεται, μᾶλλον δὲ ὑπό γε ἐκείνου ὁμολογήσεται, ὅταν τῷ τἀναντία λέγοντι ξυγχωρῇ ἀληθῆ αὐτὸν δοξάζειν, τότε καὶ ὁ Πρωταγόρας αὐτὸς * ξυγχωρήσεται μήτε C κύνα μήτε τὸν ἐπιτυχόντα ἄνθρωπον μέτρον εἶναι μηδὲ περὶ ἑνὸς οὗ ἂν μὴ μάθῃ· οὐχ οὕτως;

ΘΕΟ. Οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ ἀμφισβητεῖται ὑπὸ πάντων,

---

*) Ib. Τῷ ἁπάντων.

So. Quid igitur? visne dicamus te tunc tibi vera iudicare, innumerabilibus vero illis falſa?

Theo. Videtur ſane ex oratione hac neceſſe eſſe.

So. Quid vero ipſi Protagorae? nonne neceſſe eſt, ſi neque ipſe arbitratus ſit menſuram eſſe hominem neque multitudo, ſicut haec non arbitratur, nemini iam eſſe hanc veritatem quam ille conſcripſit? ſin ipſe quidem arbitratus ſit, multitudo vero non idem ſtatuat, ſcis primum, quo plures ſint quibus non videatur quam quibus videatur, eo magis illam non eſſe quam eſſe.

Theo. Neceſſe eſt, ſiquidem ex cuiusque iudicio vel erit vel non erit.

So. Deinde hoc eſt lepidiſſimum: ille quidem eorum qui adverſantur iudicium de ſua ipſius ſententia, quo ipſum exiſtimant mentiri, concedit, ni fallor, verum eſſe, quum conſiteatur ea quae ſint iudicare omnes.

Theo. Sane quidem.

So. Nonne ſuam ipſe ſententiam falſam eſſe concedet, ſi illorum ſententiam qui exiſtimant ipſum mentiri conſitetur veram eſſe?

Theo. Neceſſe eſt.

So. Reliqui vero non concedunt ſe mentiri?

Theo. Non concedunt.

So. Ille autem hoc quoque confitetur verum eſſe iudicium, ex iis quae ſcripſit.

Theo. Videtur ſane.

So. Ab omnibus igitur, nec Protagora excepto, contendetur, potius ab illo concedetur: quum videlicet contraria dicenti concedat vera ipsum iudicare, tum ipſe etiam Protagoras concedet neque canem neque primum quemque hominem menſuram eſſe ullius rei quam non didicerit; nonne ita ſe habet?

Theo. Etiam.

So. Itaque quum contenditur ab omnibus, nemini

οὐδενὶ ἂν εἴη ἡ Πρωταγόρου ἀλήθεια ἀληθής, οὔτε τινὶ ἄλλῳ οὔτ' αὐτῷ ἐκείνῳ.

ΘΕΟ. Ἄγαν, ὦ Σώκρατες, τὸν ἑταῖρόν μου καταθέομεν.

ΣΩ. Ἀλλά τοι, ὦ φίλε, ἄδηλον εἰ καὶ παραθέομεν τὸ ὀρθόν. εἰκός γε ἄρα ἐκεῖνον πρεσβύτερον ὄντα σοφώτερον ἡμῶν εἶναι· καὶ εἰ αὐτίκα ἐν*τεῦθεν ἀνακύψειε μέχρι τοῦ αὐχένος, πολλὰ ἂν ἐμέ τε ἐλέγξας ληροῦντα, ὡς τὸ εἰκός, καὶ σὲ ὁμολογοῦντα, καταδὺς ἂν οἴχοιτο ἀποτρέχων. ἀλλ' ἡμῖν ἀνάγκη, οἶμαι, χρῆσθαι ἡμῖν αὐτοῖς, ὁποῖοί τινές ἐσμεν, καὶ τὰ δοκοῦντα ἀεὶ ταῦτα λέγειν. καὶ δῆτα καὶ νῦν ἄλλο τι φῶμεν ὁμολογεῖν ἂν τοῦτό γε ὁντινοῦν, τὸ εἶναι σοφώτερον ἕτερον ἑτέρου, εἶναι δὲ καὶ ἀμαθέστερον; D

ΘΕΟ. Ἔμοιγ' οὖν δοκεῖ.

ΣΩ. Ἦ καὶ ταύτῃ ἂν μάλιστα ἵστασθαι τὸν λόγον, ᾗ ἡμεῖς ὑπεγράψαμεν βοηθοῦντες Πρω*ταγόρᾳ, ὡς τὰ μὲν πολλὰ ᾗ δοκεῖ ταύτῃ καὶ ἔστιν ἑκάστῳ, θερμά, ξηρά, γλυκέα, πάντα ὅσα τοῦ τύπου τούτου· εἰ δέ που ἔν τισι ξυγχωρήσεται διαφέρειν ἄλλον ἄλλου, περὶ τὰ ὑγιεινὰ καὶ νοσώδη ἐθελῆσαι ἂν φάναι μὴ πᾶν γύναιον καὶ παιδίον καὶ θηρίον δὲ ἱκανὸν εἶναι ἰᾶσθαι αὐτὸ γιγνῶσκον ἑαυτῷ τὸ ὑγιεινόν, ἀλλὰ ἐνταῦθα δὴ ἄλλον ἄλλου διαφέρειν, εἴπερ που; E

ΘΕΟ. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτως.

ΣΩ. * Οὐκοῦν καὶ περὶ πολιτικῶν, καλὰ μὲν καὶ 172
αἰσχρὰ καὶ δίκαια καὶ ἄδικα καὶ ὅσια καὶ μή, οἷα ἂν ἑκάστη πόλις οἰηθεῖσα θῆται νόμιμα ἑαυτῇ, ταῦτα καὶ εἶναι τῇ ἀληθείᾳ ἑκάστῃ, καὶ ἐν τούτοις μὲν οὐδὲν σοφώτερον οὔτε ἰδιώτην ἰδιώτου οὔτε πόλιν πόλεως εἶναι· ἐν δὲ τῷ ξυμφέροντα ἑαυτῇ ἢ μὴ ξυμφέροντα τίθεσθαι, ἐνταῦθ', εἴπερ που, αὖ ὁμολογήσει ξύμβουλόν τε ξυμβούλου διαφέρειν καὶ πόλεως δόξαν ἑτέραν ἑτέρας πρὸς ἀλήθειαν, καὶ οὐκ ἂν πάνυ τολμήσειε φῆ*σαι, ἃ ἂν θῆται πόλις ξυμφέ- B

erit Protagorae veritas vera, neque alicui alteri neque illi ipsi.

Theo. Nimis, Socrate, in amicum meum invehimur.

So. At vero, mi care, incertum est, an etiam praetervehamur rectum. consentaneum est enim illum seniorem sapientiorem nobis esse, et si repente hinc emergeret cervice tenus, postquam multum et me coarguisset nugas agentem, ut consentaneum est, et te confitentem, submersus ausugeret. at nobis necesse est, opinor, consulere nos ipsos, qualescunque sumus, et quaecumque nobis videantur haec dicere. atque etiam nunc num affirmemus concessurum esse hoc quidem quemvis, esse sapientiorem alterum altero, esse vero etiam inscitiorem?

Theo. Mihi quidem videtur.

So. Num etiam fore ut ita maxime stet oratio, quemadmodum praescripserimus opitulantes Protagorae, plurima quidem ut videantur sic etiam esse cuique, calida, sicca, dulcia omniaque generis eiusdem; sin in quibusdam concessurus sit Protagoras excellere alium alio, in salubribus et insalubribus dicturum esse non quamvis mulierculam vel puerulum vel etiam bestiolam idoneam esse ad se ipsam sanandam cognoscentem id quod sibi salutare sit, sed hic scilicet, si usquam, alium alio excellere.

Theo. Mihi quidem videtur ita.

So. Nonne etiam in rebus civilibus ita se habere, ut pulchra et turpia, iusta et iniusta, pia et impia quae civitas quaeque statuat legitima sibi existimans, haec etiam sint revera cuique, nec in his sapientior neque privatus privato neque civitas civitate; in eis vero statuendis quae sibimet ipsi utilia sint vel nocitura, hic, si usquam, contra confitebitur et consiliarium consiliario antecellere et urbis decretum alterum altero ad veritatem, neque sane sustinebit affirmare, quaecumque ci-

φοντα οἰηθεῖσα αὐτῇ, παντὸς μᾶλλον ταῦτα καὶ ξυνοίσειν. ἀλλ' ἐκεῖ οὗ λέγω, ἐν τοῖς δικαίοις καὶ ἀδίκοις καὶ ὁσίοις καὶ ἀνοσίοις, ἐθέλουσιν ἰσχυρίζεσθαι ὡς οὐκ ἔστι φύσει αὐτῶν οὐδὲν οὐσίαν ἑαυτοῦ ἔχον, ἀλλὰ τὸ κοινῇ δόξαν τοῦτο γίγνεται ἀληθὲς τότε ὅταν δόξῃ καὶ ὅσον ἂν δοκῇ χρόνον. καὶ ὅσοι γε δὴ μὴ παντάπασι τὸν Πρωταγόρου λόγον λέγουσιν, ὧδέ πως τὴν σοφίαν ἄγουσι. Λόγος δὲ ἡμᾶς, ὦ Θεόδωρε, ἐκ λόγου, μείζων ἐξ ἐλάττονος, κατα*λαμβάνει. C

ΘΕΟ. Οὐκοῦν σχολὴν ἄγομεν, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Φαινόμεθα. καὶ πολλάκις μέν γε δή, ὦ δαιμόνιε, καὶ ἄλλοτε κατενόησα, ἀτὰρ καὶ νῦν, ὡς εἰκότως οἱ ἐν ταῖς φιλοσοφίαις πολὺν χρόνον διατρίψαντες εἰς τὰ δικαστήρια ἰόντες γελοῖοι φαίνονται ῥήτορες.

ΘΕΟ. Πῶς δὴ οὖν λέγεις;

ΣΩ. Κινδυνεύουσιν οἱ ἐν δικαστηρίοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐκ νέων καλινδούμενοι πρὸς τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ τῇ τοιᾷδε διατριβῇ τεθραμ*μένους ὡς οἰκέται πρὸς ἐλευθέρους τεθράφθαι. D

ΘΕΟ. Πῇ δή;

ΣΩ. Ἧι τοῖς μέν, τοῦτο ὃ σὺ εἶπες, ἀεὶ πάρεστι σχολὴ καὶ τοὺς λόγους ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ σχολῆς ποιοῦνται, ὥςπερ ἡμεῖς νυνὶ τρίτον ἤδη λόγον ἐκ λόγου μεταλαμβάνομεν, οὕτω κἀκεῖνοι, ἐὰν αὐτοὺς ὁ ἐπελθὼν τοῦ προκειμένου μᾶλλον, καθάπερ ἡμᾶς, ἀρέσῃ, καὶ διὰ μακρῶν ἢ βραχέων μέλει οὐδὲν λέγειν, ἂν μόνον τύχωσι τοῦ ὄντος· οἱ δὲ ἐν ἀσχολίᾳ τε ἀεὶ λέγουσι (κατεπείγει γὰρ ὕδωρ ῥέον) καὶ οὐκ * ἐγχωρεῖ περὶ οὗ ἂν ἐπιθυμήσωσι τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἀνάγκην ἔχων ὁ ἀντίδικος ἐφέστηκε καὶ ὑπογραφὴν παραναγιγνωσκομένην, ὧν ἐκτὸς οὐ ῥητέον [ἣν ἀντωμοσίαν καλοῦσιν]· οἱ δὲ λόγοι ἀεὶ περὶ ὁμοδούλου πρὸς δεσπότην καθήμενον, ἐν χειρὶ τὴν δίκην ἔχοντα, καὶ οἱ ἀγῶνες οὐδέποτε τὴν ἄλλως, ἀλλ' ἀεὶ τὴν περὶ αὐτοῦ· πολλάκις δὲ καὶ περὶ E

vitas utilia ſibi exiſtimans ſtatuat, omni modo haec etiam utilia fore. ſed hic, ut dico, in iuſtis et iniustis, piis et impiis asſeverant omnino nihil horum ſuam propriam naturam habere, ſed quod communiter viſum ſit, hoc exiſtere verum tum quum viſum ſit et quamdiu videatur. et quicumque non plane Protagorae rationem referunt, in hunc fere modum de ſapientia ſtatuunt. Oratio autem nobis, Theodore, ex oratione, maior e minore, ſupervenit.

Theo. Nonne otio fruimur, Socrate?

So. Videmur vero. atque ſane videlicet, mi bone, et alias ſaepe et nunc animadverto, haud eſſe mirandum quod ii qui in philoſophando multum temporis conſumpſerint in iudicia adducti ridiculi reperiantur rhetores.

Theo. Quomodo autem dicis?

So. Non multum abeſt quin ii qui in iudiciis et huiusmodi negotiis a pueris verſantur ad eos qui in philoſophia et eiusmodi ſtudio educati ſunt ut ſervi ad liberos educati ſint.

Theo. Quo tandem modo?

So. Hoc quod illis quidem, id quod tu dicebas, ſemper eſt otium et ſermones in quiete per otium conferunt, et quemadmodum nos nunc tertiam iam orationem ex oratione inſtituimus, ſic etiam illi faciunt, ſi ipſis ſermo in mentem veniens propoſito magis, ut nobis, placuerit, nec multis aut paucis verbis curant dicere, dummodo asſequantur verum; illi vero et occupationibus ſemper implicati dicunt (urget enim aqua defluens), nec licet eis de quo cupiant verba facere, ſed legem habens qua cogat adverſarius adſtat et actionem quam opponat recitans, a quibus nefas eſt digredi [quam accuſationem vocant]; orationes porro ſemper de conſervo inſtituuntur ad dominum ſedentem et in manu ius habentem, et certationes numquam temere nulloque conſilio peraguntur, ſed ſemper de ipſo agitur,

ψυχῆς ὁ δρόμος. ὥςτ' ἐξ ἁπάν*των τούτων ἔντονοι καὶ 173
δριμεῖς γίγνονται, ἐπιστάμενοι τὸν δεσπότην λόγῳ τε θωπεῦσαι καὶ ἔργῳ χαρίσασθαι, σμικροὶ δὲ καὶ οὐκ ὀρθοὶ τὰς ψυχάς. τὴν γὰρ αὔξην καὶ τὸ εὐθύ τε καὶ τὸ ἐλεύθερον ἡ ἐκ νέων δουλεία ἀφῄρηται, ἀναγκάζουσα πράττειν σκολιά, μεγάλους κινδύνους καὶ φόβους ἔτι ἁπαλαῖς ψυχαῖς ἐπιβάλλουσα, οὓς οὐ δυνάμενοι μετὰ τοῦ δικαίου καὶ ἀληθοῦς ὑποφέρειν, εὐθὺς ἐπὶ τὸ ψεῦδός τε καὶ τὸ ἀλλήλους ἀνταδικεῖν τρεπόμενοι πολλὰ κάμπτονται καὶ ξυγκλῶν-
*ται, ὥςθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἔχοντες τῆς διανοίας εἰς ἄνδρας ἐκ B
μειρακίων τελευτῶσι, δεινοί τε καὶ σοφοὶ γεγονότες, ὡς οἴονται. Καὶ οὗτοι μὲν δὴ τοιοῦτοι, ὦ Θεόδωρε· τοὺς δὲ τοῦ ἡμετέρου χοροῦ πότερον βούλει διελθόντες, ἢ ἐάσαντες πάλιν ἐπὶ τὸν λόγον τραπώμεθα, ἵνα μὴ καί, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, λίαν πολὺ τῇ ἐλευθερίᾳ καὶ μεταλήψει τῶν λόγων καταχρώμεθα;

ΘΕΟ. Μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ διελθόντες. πάνυ γὰρ εὖ τοῦτο εἴρηκας, ὅτι * οὐχ ἡμεῖς οἱ ἐν τῷ τοι- C
ῷδε χορεύοντες τῶν λόγων ὑπηρέται, ἀλλ' οἱ λόγοι οἱ ἡμέτεροι*) ὥςπερ οἰκέται, καὶ ἕκαστος αὐτῶν περιμένει ἀποτελεσθῆναι ὅταν ἡμῖν δοκῇ· οὔτε γὰρ δικαστὴς οὔτε θεατής, ὥςπερ ποιηταῖς, ἐπιτιμήσων τε καὶ ἄρξων ἐπιστατεῖ παρ' ἡμῖν.

ΣΩ. Λέγωμεν δή, ὡς ἔοικεν, ἐπεὶ σοί γε δοκεῖ, περὶ τῶν κορυφαίων· τί γὰρ ἄν τις τούς γε φαύλως διατρίβοντας ἐν φιλοσοφίᾳ λέγοι; Οὗτοι δέ που ἐκ νέων
πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδόν, οὐδὲ ὅ*που D
δικαστήριον ἢ βουλευτήριον ἤ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως ξυνέδριον· νόμους δὲ καὶ ψηφίσματα λεγόμενα ἢ γεγραμμένα οὔτε ὁρῶσιν οὔτε ἀκούουσι. σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχὰς καὶ ξύνοδοι καὶ δεῖπνα καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι, οὐδὲ ὄναρ πράττειν προςίσταται αὐτοῖς. εὖ δὲ ἢ κακῶς τις γέγονεν ἐν πόλει, ἤ τί τῳ κακόν ἐστιν

---

*) ſc. ἡμέτεροι.

faepius etiam de anima curfus conficitur. ut his omnibus de caufis acres et acutuli exfiftant, fcientes domino verbis blandiri et re gratum facere, pufillum ac pravum animum nacti. incrementum enim et rectum et liberale fervitus a pueris adimit, cogens eos facere oblique, magna pericula et timores adhuc teneris animis inferens, quos quum nequeant falva iuftitia et veritate fustinere, ftatim ad mendacium et iniurias inter fe faciendas fe convertentes mirum quam depravantur ac distorquentur, ut nihil fanae mentis habentes viri ex adolefcentulis evadant, callidi ac fapientes facti, ut arbitrantur. Et horum quidem talis eft ratio, Theodore; de iis vero qui noftri funt chori utrum vis exponamus, an eos mittentes rurfus ad orationem convertamur, ut ne videlicet, quod modo dicebamus, nimium multum libertate ac varietate orationum abutamur?

Theo. Minime vero, Socrate, fed de illis ante exponamus. admodum enim bene hoc dixifti, nos, qui in illo choro exerceremur, non orationum miniftros, fed orationes noftras quafi fervas effe, et quamque earum exfpectare dum ad exitum adducatur, quando nobis videatur; neque enim iudex neque fpectator, ut poetis, reprehenfurus atque imperaturus, apud nos praeeft.

So. Dicamus igitur, ut par eft, quum tibi videatur, de coryphaeis; quid enim quisquam de iis loquatur qui vili ratione aetatem agunt in philofophia? Hi fere a pueris primum in forum nefciunt viam neque ubi iudicium fit vel curia vel aliud quid commune civitatis conventiculum; leges vero et plebis fcita recitata vel fcripta nec vident nec audiunt. de factionum autem appetitionibus magiftratuum et congreffibus et coenis et comiffationibus cum tibicinis, ne in fomnis quidem talia exercere in mentem illis venit. honeftone an ignobili loco aliquis natus fit in civitate et quid alicui mali e

ἐκ προγόνων γεγονὸς ἢ πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες. καὶ ταῦτα πάντ' * οὐδ' ὅτι οὐκ οἶδεν οἶδεν· οὐδὲ γὰρ αὐτῶν E
ἀπέχεται τοῦ εὐδοκιμεῖν χάριν, ἀλλὰ τῷ ὄντι τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ, ἡ δὲ διάνοια, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν, ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον, τά τε γᾶς ὑπένερθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντῃ φύσιν * ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου 174
ὅλου *), εἰς τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὑτὴν ξυγκαθιεῖσα.

ΘΕΟ. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ὥσπερ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. ταὐτὸν δὲ ἀρκεῖ σκῶμμα ἐπὶ πάντας ὅσοι ἐν φιλοσοφίᾳ διάγου*σι· τῷ γὰρ B
ὄντι τὸν τοιοῦτον ὁ μὲν πλησίον καὶ ὁ γείτων λέληθεν, οὐ μόνον ὅ τι πράττει, ἀλλ' ὀλίγου καὶ εἰ ἄνθρωπός ἐστιν ἤ τι ἄλλο θρέμμα· τί δέ ποτ' ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ τί τῇ τοιαύτῃ φύσει προσήκει διάφορον τῶν ἄλλων ποιεῖν ἢ πάσχειν, ζητεῖ τε καὶ πράγματ' ἔχει διερευνώμενος. μανθάνεις γάρ που, ὦ Θεόδωρε· ἢ οὔ;

ΘΕΟ. Ἔγωγε· καὶ ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τοιγάρτοι, ὦ φίλε, ἰδίᾳ τε ξυγγιγνόμενος ὁ τοιοῦτος ἑκάστῳ καὶ δημοσίᾳ, ὅπερ ἀρχόμενος ἔ*λεγον, C
ὅταν ἐν δικαστηρίῳ ἤ που ἄλλοθι ἀναγκασθῇ περὶ τῶν παρὰ πόδας καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαλέγεσθαι, γέλωτα παρέχει οὐ μόνον Θρᾴτταις, ἀλλὰ καὶ τῷ ἄλλῳ ὄχλῳ, εἰς φρέατά τε καὶ πᾶσαν ἀπορίαν ἐμπίπτων ὑπὸ ἀπειρίας, καὶ ἡ ἀσχημοσύνη δεινή, δόξαν ἀβελτερίας παρεχομένη. ἔν τε γὰρ ταῖς λοιδορίαις ἴδιον ἔχει οὐδὲν οὐδένα λοιδορεῖν, ἅτ' οὐκ εἰδὼς κακὸν οὐδὲν οὐδενὸς ἐκ τοῦ μὴ μεμελετηκέναι·

---

*) Ib. ἑκάστου, τὸ ὅλον.

maioribus exſtiterit, vel viris vel mulieribus, hoc magis ipſum latet quam maris, ut in proverbio eſt, congii. atque haec omnia ne ſcit quidem ſe neſcire; neque enim ab illis abstinet ut gloriam conſequatur, ſed revera corpus ſolum in urbe iacet ipſius et adeſt, mens vero, haec omnia exiſtimans minuta ac nihil, contemnens ubique fertur ſecundum Pindarum infra terram et in ſuperficie poſita dimetiens et ſupera in caelo contemplans et omnem omnino naturam perſcrutans cuiusque rerum, in univerſum ad nullam rerum propinquarum ſeſe demittens.

Theo. Quomodo hoc dicis, Socrate?

So. Quemadmodum etiam Thalen, quum aſtra ſpeculans, Theodore, et ſurſum ſpectans decidiſſet in puteum, Thracia quaedam ſcita et lepida ancilla cavillata eſſe dicitur, quod res caeleſtes cuperet cognoſcere, ante ipſum vero et ad pedes poſitae eum laterent. idem valet dictum in omnes qui in philoſophia verſantur; revera enim talem propinquus et vicinus latet, non ſolum quid faciat, verum etiam propemodum homone ſit an aliud animans; quid vero ſit homo et quid huiusmodi naturae conveniat prae reliquis facere vel pati, hoc quaerit et ſatis negoti habet in eo perſcrutando. intelligis, ni fallor, Theodore; annon?

Theo. Ego ſane, et vera dicis.

So. Iccirco, mi care, vel privatim agens talis cum unoquoque vel publice, quod initio diximus, quum in iudicio vel usquam alibi cogitur de rebus ad pedes et ante oculos poſitis diſſerere, riſui eſt non Thraciis modo, verum etiam reliquae turbae, in puteos omnemque aeſtum incidens propter imperitiam, et inſulſitas indigna eſt, quippe quae opinionem ſtupiditatis excitet. etenim in reprehenſionibus nihil habet ſingulare quo alterum reprehendat, quippe qui nihil mali de quopiam ſciat, propterea quod animo id non agitat; haeſitans

ἀπορῶν οὖν γελοῖος φαίνεται· ἔν * τε τοῖς ἐπαίνοις καὶ D ταῖς τῶν ἄλλων μεγαλαυχίαις οὐ προσποιήτως, ἀλλὰ τῷ ὄντι γελῶν ἔνδηλος γιγνόμενος ληρώδης δοκεῖ εἶναι. τύραννόν τε γὰρ ἢ βασιλέα ἐγκωμιαζόμενον *), ἕνα τῶν νομέων [οἷον συβώτην ἢ ποιμένα] ἤ τινα βουκόλον ἡγεῖται ἀκούειν εὐδαιμονιζόμενον πολὺ βδάλλοντα· δυσκολώτερον δὲ ἐκείνων ζῶον καὶ ἐπιβουλότερον ποιμαίνειν τε καὶ βδάλλειν νομίζει αὐτούς· ἄγροικον δὲ καὶ ἀπαίδευτον ὑπ' ἀσχολίας οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν * τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι, E σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβεβλημένον. γῆς δὲ ὅταν μύρια **) πλέθρα ἢ ἔτι πλείω ἀκούσῃ ὥς τις ἄρα κεκτημένος θαυμαστὰ πλήθει κέκτηται, πάνυ σμικρὰ δοκεῖ ἀκούειν εἰς ἅπασαν εἰωθὼς τὴν γῆν βλέπειν. τὰ δὲ δὴ γένη ὑμνούντων, ὡς γενναῖός τις ἑπτὰ πάππους πλουσίους ἔχων ἀποφῆναι, παντάπασιν ἀμβλὺ καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὁρώντων ἡγεῖται τὸν ἔπαινον, ὑπὸ ἀπαι*δευσίας οὐ δυναμένων εἰς τὸ 175 πᾶν ἀεὶ βλέπειν οὐδὲ λογίζεσθαι, ὅτι πάππων καὶ προγόνων μυριάδες ἑκάστῳ γεγόνασιν ἀναρίθμητοι, ἐν αἷς πλούσιοι καὶ πτωχοὶ καὶ βασιλεῖς καὶ δοῦλοι βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες πολλάκις μύριοι ***) γεγόνασιν ὁτῳοῦν, ἀλλ' ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι καταλόγῳ προγόνων σεμνυνομένων καὶ ἀναφερόντων εἰς Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος ἄτοπα αὐτῷ καταφαίνεται τῆς σμικρολογίας· ὅτι δὲ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ * ἄνω πεντεκαιεικοστὸς τοιοῦτος ἦν, οἵα ξυνέβαινεν B αὐτῷ τύχη, καὶ ὁ πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ, γελᾷ οὐ δυναμένων λογίζεσθαί τε καὶ χαυνότητα ἀνοήτου ψυχῆς ἀπαλλάττειν. Ἐν ἅπασι δὴ τούτοις ὁ τοιοῦτος ὑπὸ τῶν πολλῶν καταγελᾶται, τὰ μὲν ὑπερηφάνως ἔχων, ὡς δοκεῖ, τὰ δ' ἐν ποσὶν ἀγνοῶν τε καὶ ἐν ἑκάστοις ἀπορῶν.

ΘΕΟ. Παντάπασι τὰ γιγνόμενα λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ὅταν δέ γέ τινα αὐτός, ὦ φίλε, ἑλκύσῃ ἄνω, καὶ ἐθελήσῃ τις αὐτῷ ἐκ*βῆναι ἐκ τοῦ Τί ἐγὼ σὲ ἀδικῶ C

---

*) ἴσ. ἐγκωμιαζόμενον ἀκούων.
**) γρ. μυρία.
***) γρ. μυρίοι.

igitur ridiculus reperitur; et in laudationibus reliquorum magnificisque venditationibus quum non in simulato, sed in vero risu manifesto deprehendatur, nugator videtur esse. tyrannum enim vel regem quum audit laudibus celebratum, unum de pastoribus [velut subulcum vel opilionem] vel bubulcum fere se existimat beatum audire iudicatum multum mulgentem; difficilius vero illis animal et insidiosius eos pascere et mulgere censet; agrestis vero et incultus propter occupationes necesse esse existimat non minus quam pastores eiusmodi homo exsistat, muro cinctus tamquam stabulo in monte. terrae autem quando audit qui decem millia iugerorum vel etiam plura possideat, eum mirum quantum possidere, valde exiguum quid sibi videtur audire, quum universam consueverit terram intueri. progeniem vero qui celebrant nobilem esse iudicantes eum qui septem avos divites proferre possit, eos hebetes esse et minuta respicere existimat, quippe qui propter ingenii incultum non queant in totum quodque intueri neque computare avos ac maiores decem mille cuique fuisse innumerabiles, in quibus divites et pauperes, reges et servi, barbari et Graeci pluries decem mille fuerint cuivis, at quinque et viginti serie maiorum gloriari genusque referre ad Herculem Amphitryonis filium ipsi mirum quam pusilli animi videtur esse; nimirum quintum et vigesimum Amphitryone superiorum talem fuisse, qualis ei fortuna acciderit, pariterque quinquagesimum ridet quod non possint computare et a stolida insipientis animi ostentatione sese vindicare. In his igitur omnibus eiusmodi homo a multitudine deridetur, modo superbum se praebens, ut videtur, modo quae ante pedes sunt posita ignorans et in quavis causa aestuans.

Theo. Prorsus vera sunt quae dicis, Socrate.

So. Quando autem aliquem ipse, amice, traxerit sursum et voluerit quisquam ipsi egredi ex hoc Quid

ἢ σὺ ἐμέ; εἰς σκέψιν αὖ τῆς *) δικαιοσύνης τε καὶ ἀδι-
κίας, τί τε ἑκάτερον αὐτοῖν καὶ τί τῶν πάντων ἢ ἀλλήλων
διαφέρετον, ἢ ἐκ τοῦ Εἰ βασιλεὺς εὐδαίμων κεκτημένος
τ' αὖ πολὺ χρυσίον, βασιλείας πέρι καὶ ἀνθρωπίνης ὅλως
εὐδαιμονίας καὶ ἀθλιότητος ἐπὶ σκέψιν, ποίω τέ τινε ἐστὸν
καὶ τίνα τρόπον ἀνθρώπου **) φύσει προσήκει τὸ μὲν κτήσα-
σθαι αὐτοῖν, τὸ δὲ ἀποφυγεῖν· περὶ τούτων ἁπάντων ὅταν
αὖ δέῃ λόγον διδόναι τὸν σμι*κρὸν ἐκεῖνον τὴν ψυχὴν καὶ D
δριμὺν καὶ δικανικόν, πάλιν αὖ τὰ ἀντίστροφα ἀποδίδω-
σιν· ἰλιγγιῶν τε γάρ, ἀπὸ ὑψηλοῦ κρεμασθεὶς καὶ βλέπων
μετέωρος ἄνωθεν, ὑπὸ ἀηθείας, ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν
καὶ βαρβαρίζων γέλωτα Θρᾴτταις μὲν οὐ παρέχει οὐδ' ἄλλῳ
ἀπαιδεύτῳ οὐδενί, (οὐ γὰρ αἰσθάνονται), τοῖς δ' ἐναντίως
ἢ ὡς ἀνδραπόδοις τραφεῖσιν ἅπασιν. Οὗτος δὴ ἑκατέρου
τρόπος, ὦ Θεόδωρε, ὁ μὲν τῷ ὄντι ἐν ἐλευθερίᾳ τε καὶ
σχολῇ τεθραμμένου, * ὃν δὴ φιλόσοφον καλεῖς, ᾧ ἀνεμέ- E
σητον εὐήθει δοκεῖν καὶ οὐδενὶ εἶναι, ὅταν εἰς δουλικὰ
ἐμπέσῃ διακονήματα, οἷον στρωματόδεσμον μὴ ἐπιστάμενος
ξυσκευάσασθαι μηδὲ ὄψον ἡδῦναι ἢ θῶπας λόγους· ὁ δ'
αὖ τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένου τορῶς τε καὶ ὀξέως
διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευ-
θέρως, οὐδέ γ', ἁρμονίαν λόγων λαβόντος * ὀρθῶς, ὑμνῆ- 176
σαι θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν εὐδαιμόνων βίον ἀληθῆ.

ΘΕΟ. Εἰ πάντας, ὦ Σώκρατες, πείθοις ἃ λέγεις, ὥσπερ ἐμέ, πλείων ἂν εἰρήνη καὶ κακὰ ἐλάττω κατ' ἀνθρώπους εἴη.

ΣΩ. Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατόν, ὦ Θεόδωρε· ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη· οὔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι, τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ * δὲ B

*) ἴσ. αὐτοῦ.

**) ἴσ. ἀνθρώπῳ.

iniuriae tibi facio vel tu mihi? ad quaestionem de ipsa iustitia et iniustitia, qualis utraque sit et quid ab omnibus reliquis rebus vel inter se differant; vel ex hoc: Num rex beatus est, atque etiam qui multum possidet auri? ad quaestionem de régno et humana in universum felicitate vitaque misera, qualia sint et quo modo homini naturà conveniat alterum eorum sibi acquirere, alterum fugere: de his omnibus quando illum contra rationem reddere oportet qui pusillo est animo, acutus et causarum agendarum peritus, contrarium ei accidit: vertigine enim correptus, quum sublime pendeat et desuper excelsus spectet, propter rei insolentiam, et obstupefactus, aestuans balbutiensque risui non est Thraciis nec alii ulli inculto (non enim animadvertunt), sed eis, qui contra ac servi educati sunt, omnibus. Hoc igitur utriusque est ingenium, Theodore, alterum eius, qui revera in libertate atque otio educatus est, quem quidem philosophum appellas, qui sine ulla reprehensione fatuus videtur atque nihili esse, si in servilia inciderit ministeria, velut sarcinas nesciens colligere neque obsonium condire vel verbis blandiri; alterum vero eius, qui talia omnia potest accurate et acriter ministrare, pallium vero colligere nescit decenter liberorum more neque, harmonia orationum recte percepta, celebrare deorum virorumque beatorum vitam veram.

Theo. Si omnibus, Socrate, persuaderes ea quae dicis ut mihi, plus esset pacis et minus malorum inter homines.

So. At neque interire mala possunt, Theodore (contrarium enim aliquid boni semper sit necesse est), neque apud deos sedem habere, sed mortalem circa naturam hancque regionem versantur necessario. quocirca conari etiam oportet hinc illuc fugere quam celerrime. fuga autem est studium ad similitudinem dei quam pro-

ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ
ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄριστε, οὐ
πάνυ τι ῥᾴδιον πεῖσαι ὡς ἄρα οὐχ, ὧν ἕνεκα οἱ πολλοί
φασι δεῖν πονηρίαν μὲν φεύγειν, ἀρετὴν δὲ διώκειν, τού-
των χάριν τὸ μὲν ἐπιτηδευτέον, τὸ δ' οὔ, ἵνα δὴ μὴ κα-
κὸς καὶ ἵνα ἀγαθὸς δοκῇ εἶναι· ταῦτα μὲν γάρ ἐστιν ὁ λε-
γόμενος γραῶν ὕθλος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται· τὸ δὲ ἀληθὲς
ὧδε λέγωμεν. * Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς C
οἷόν τε δικαιότατος, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδέν,
ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος. περὶ τούτου καὶ
ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς καὶ οὐδενία τε καὶ ἀναν-
δρία. ἡ μὲν γὰρ τούτου γνῶσις σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινή,
ἡ δὲ ἄγνοια ἀμαθία καὶ κακία ἐναργής· αἱ δ' ἄλλαι δει-
νότητές τε δοκοῦσαι καὶ σοφίαι ἐν μὲν πολιτικαῖς δυνα-
στείαις γιγνόμεναι φορτικαί, ἐν δὲ τέχναις βάναυσοι. τῷ
οὖν ἀδικοῦντι καὶ ἀνόσια λέγοντι ἢ πράτ*τοντι μακρῷ D
ἄριστ' ἔχει τὸ μὴ ξυγχωρεῖν δεινῷ ὑπὸ πανουργίας εἶναι·
ἀγάλλονται γὰρ τῷ ὀνείδει καὶ οἴονται ἀκούειν, ὅτι οὐ λῆ-
ροί εἰσι, γῆς ἄλλως ἄχθη, ἀλλ' ἄνδρες οἵους δεῖ ἐν πόλει
τοὺς σωθησομένους. λεκτέον οὖν τἀληθές, ὅτι τοσούτῳ
μᾶλλόν εἰσιν οἷοι οὐκ οἴονται, ὅτι οὐχὶ οἴονται· ἀγνοοῦσι
γὰρ ζημίαν ἀδικίας, ὃ δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν. οὐ γάρ ἐστιν
ἣν δοκοῦσι, πληγαί τε καὶ θάνατοι, ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν
οὐδὲν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ ἣν ἀδύνατον ἐκ*φυγεῖν. E

ΘΕΟ. Τίνα δὴ λέγεις;

ΣΩ. Παραδειγμάτων, ὦ φίλε, ἐν τῷ ὄντι ἑστώ-
των, τοῦ μὲν θείου εὐδαιμονεστάτου, τοῦ δὲ ἀθέου
ἀθλιωτάτου, οὐχ ὁρῶντες ὅτι οὕτως ἔχει, ὑπὸ ἠλιθιό-
τητός τε καὶ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας λανθάνουσι τῷ μὲν ὁμοι-
ούμενοι διὰ τὰς * ἀδίκους πράξεις, τῷ δὲ ἀνομοιούμενοι. 177
οὗ δὴ τίνουσι δίκην ζῶντες τὸν εἰκότα βίον ᾧ ὁμοιοῦν-
ται. ἐὰν δ' εἴπωμεν ὅτι, ἂν μὴ ἀπαλλαγῶσι τῆς δεινό-

xime accedendi, et ad hanc accedit qui iuſtus et pius cum ſapientia exſiſtit. at vero, mi optime, non ſane facile eſt perſuaſu non ob quae multitudo dicit pravitatem eſſe fugiendam, virtutem vero ſectandam, eorum cauſa huic eſſe ſtudendum, illi vero non, ut ſcilicet non malus, ſed ut bonus aliquis videatur eſſe; haec enim ſunt quae dicuntur anicularum nugae, ut mihi videtur; ſic vero, ut res eſt, dicamus. Deus nullo omnino modo eſt iniuſtus, ſed quam iuſtiſſimus, nec quicquam ei ſimilius, niſi qui noſtrûm idem eſt iuſtiſſimus. in hoc quoque nititur vera viri vel excellentia vel inanitas atque indignitas. huius enim rei cognitio eſt ſapientia et virtus vera, ignoratio vero inſcitia et pravitas manifeſta; reliquae autem excellentiae quae videntur et ſapientiae in civilibus quidem dominationibus exſiſtentes abiectae, in artibus vero ſordidae ſunt; quocirca iniuſte facienti et impia dicenti vel facienti longe optimum eſt non permitti ut excellat in malitia; delectantur enim hoc probro ſibi obiectato et arbitrantur audire ſe non eſſe nihili, inania terrae onera, ſed viros quales eſſe debeant qui in civitate ſalvi eſſe velint. dicendum igitur verum, eos tanto magis tales eſſe, quales ſe eſſe non arbitrentur, quanto minus arbitrentur; ignorant enim poenam iniuſtitiae, quam minime decet ignorari. haec enim non ſunt, uti putant, plagae et mortes, quarum nonnumquam nulla afficiuntur iniuſte facientes, ſed ea quam nemo poteſt effugere.

Theo. Qualem quaeſo dicis?

So. Exempla, amice, quum in rerum natura propoſita ſint, divinum quidem ſummae felicitatis, impium vero maximae miſeriae, haud animadvertentes rem ſe ſic habere, propter ſtultitiam extremamque dementiam inſcii ad huius ſimilitudinem propius accedunt iniuſte factis, ab illo autem deſciſcunt. quapropter poenam perſolvunt vitam degentes ei convenientem, ad cuius ſimilitudinem accedunt. quodſi dixerimus, niſi ſe vindi-

τητος, καὶ τελευτήσαντας αὐτοὺς ἐκεῖνος μὲν ὁ τῶν κακῶν καθαρὸς τόπος οὐ δέξεται, ἐνθάδε δὲ τὴν αὑτοῖς ὁμοιότητα τῆς διαγωγῆς ἀεὶ ἕξουσι, κακοὶ κακοῖς ξυνόντες, ταῦτα δὴ καὶ παντάπασιν ὡς δεινοὶ καὶ πανοῦργοι ἀνοήτων τινῶν ἀκούσονται.

ΘΕΟ. Καὶ μάλα δή, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οἶδά τοι, * ὦ ἑταῖρε. ἓν μέντοι τι αὐτοῖς ξυμ- B
βέβηκεν, ὅτι, ἂν ἰδίᾳ λόγον δέῃ δοῦναί τε καὶ δέξασθαι περὶ ὧν ψέγουσι, καὶ ἐθελήσωσιν ἀνδρικῶς πολὺν χρόνον ὑπομεῖναι καὶ μὴ ἀνάνδρως φεύγειν, τότε ἀτόπως, ὦ δαιμόνιε, τελευτῶντες οὐκ ἀρέσκουσιν αὐτοὶ αὑτοῖς περὶ ὧν λέγουσι, καὶ ἡ ῥητορικὴ ἐκείνη πως *) ἀπομαραίνεται, ὥστε παίδων μηδὲν δοκεῖν διαφέρειν. Περὶ μὲν οὖν τούτων, ἐπειδὴ καὶ πάρεργα τυγχάνει λεγόμενα, ἀποστῶμεν,
εἰ δὲ μή, πλείω ἀεὶ ἐπιῤῥέον*τα καταχώσει ἡμῶν τὸν ἐξ C
ἀρχῆς λόγον· ἐπὶ δὲ τὰ ἔμπροσθεν ἴωμεν, εἰ καὶ σοὶ δοκεῖ.

ΘΕΟ. Ἐμοὶ μὲν τὰ τοιαῦτα, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἀηδέστερα ἀκούειν· ῥᾴω γὰρ τηλικῷδε ὄντι ἐπακολουθεῖν· εἰ μέντοι δοκεῖ, πάλιν ἐπανίωμεν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐνταῦθά που ἦμεν τοῦ λόγου, ἐν ᾧ ἔφαμεν τοὺς τὴν φερομένην οὐσίαν λέγοντας καὶ τὸ ἀεὶ δοκοῦν ἑκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναι τούτῳ ᾧ δοκεῖ, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἐθέλειν διϊσχυρίζεσθαι, καὶ οὐχ ἥκιστα περὶ τὰ δί-
καια, ὡς * παντὸς μᾶλλον, ἃ ἂν θῆται πόλις δόξαντα D
αὐτῇ, ταῦτα καὶ ἔστι δίκαια τῇ θεμένῃ, ἕως περ ἂν κέηται· περὶ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ οὐδένα ἀνδρεῖον ἔθ' οὕτως εἶναι, ὥστε τολμᾶν διαμάχεσθαι ὅτι καὶ ἃ ἂν ὠφέλιμα οἰηθεῖσα πόλις ἑαυτῇ θῆται, καὶ ἔστι τοσοῦτον χρόνον ὅσον ἂν κέηται ὠφέλιμα, πλὴν εἴ τις τὸ ὄνομα λέγοι· τοῦτο δέ που σκῶμμ' ἂν εἴη πρὸς ὃ λέγομεν· οὐχί;

ΘΕΟ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Μὴ λεγέ*τω τὸ ὄνομα, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ὃ ὀνο- E
μαζόμενον θεωρεῖται.

---

*) ss. οὕτως.

cent ab excellentia iſta, etiam mortuos ipſos illum a malis vacuum locum non recepturum, ſed hic ſui ſimilem vitam ſemper acturos eſſe, malos in malis verſantes, haec ſcilicet quippe callidi et verſuti prorſus ita audient, ac ſi inſipientes quidam illa dixerint.

Theo. Sane quidem, Socrate.

So. Ita profecto eſt, amice. unum tamen illis uſu venit, ut, quum privatim eos oporteat rationem et reddere et accipere eorum quae vituperent et inſtituant viriliter ad longum ſpatium ſustinere, nec ignave fugere, tum admirabiliter, mi bone, ad extremum ſibimet ipſis displiceant in eis quae dicant et rhetorica illa adeo langueſcat, ut a pueris nihil videantur differre. De his igitur, quoniam etiam haec quae dicta ſunt ad inſtitutum nihil pertinent, deſiſtamus, ſin minus, plura ſemper aſſluentia obruent noſtram a principio ſusceptam orationem, ad ſuperiora vero redeamus, ſi tibi quoque videtur.

Theo. Mihi quidem talia, Socrate, haud ingratiora ſunt auditu; facilius enim homo id aetatis ea asſequitur; attamen ſi videtur ad propoſitum revertamur.

So. Igitur eo, ni fallor, disputationis perveneramus, ut poneremus illos qui res agitari dicerent et quod cuique videretur, hoc etiam eſſe ei cui videretur, quum in ceteris id pro certo eſſe affirmaturos, tum maxime in iuſtis, omni videlicet modo, quae civitas ſciviſſet ſibi viſa, haec etiam eſſe iuſta illi ita ſciſcenti, quamdiu ſtarent; de bono autem, nondum quemquam tam fortem fuiſſe qui ſustineret contendere ea quoque, quae civitas ſibi utilia exiſtimans ſciviſſet, etiam eſſe tamdiu dum ſtarent utilia, niſi forte quis vocabulum intelligeret; hoc vero, ni fallor, dictum eſſet in id quod ponimus; nonne?

Theo. Sane quidem.

So. Ne igitur intelligat vocabulum, ſed rem quae illo ſignata ſpectatur.

ΘΕΟ. Μὴ γάρ.

ΣΩ. Ἀλλ' ὃ ἂν τοῦτο ὀνομάζῃ, τούτου δήπου στοχάζεται νομοθετουμένη, καὶ πάντας τοὺς νόμους, καθ' ὅσον οἴεταί τε καὶ δύναται, ὡς ὠφελιμωτάτους ἑαυτῇ τίθεται· ἢ πρὸς ἄλλο τι βλέπουσα νομοθετεῖται;

ΘΕΟ. * Οὐδαμῶς. 178

ΣΩ. Ἦ οὖν καὶ τυγχάνει ἀεί, ἢ πολλὰ καὶ διαμαρτάνει ἑκάστη;

ΘΕΟ. Οἶμαι ἔγωγε καὶ διαμαρτάνειν.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν ἐνθένδε ἂν μᾶλλον πᾶς τις ὁμολογήσειε ταὐτὰ ταῦτα, εἰ περὶ παντός τις τοῦ εἴδους ἐρωτῴη, ἐν ᾧ καὶ τὸ ὠφέλιμον τυγχάνει ὄν· ἔστι δέ που καὶ περὶ τὸν μέλλοντα χρόνον· ὅταν γὰρ νομοθετώμεθα, ὡς ἐσομένους ὠφελίμους τοὺς νόμους τιθέμεθα εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον· τοῦτο δὲ μέλλον ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν.

ΘΕΟ. * Πάνυ γε. B

ΣΩ. Ἴθι δή, οὑτωσὶ ἐρωτῶμεν Πρωταγόραν ἢ ἄλλον τινὰ τῶν ἐκείνῳ τὰ αὐτὰ λεγόντων, Πάντων μέτρον ἄνθρωπός ἐστιν, ὥς φατε, ὦ Πρωταγόρα, λευκῶν,*) βαρέων, κούφων, οὐδενὸς ὅτου οὐ τῶν τοιούτων. ἔχων γὰρ αὐτῶν τὸ κριτήριον ἐν ἑαυτῷ, οἷα πάσχει τοιαῦτα οἰόμενος, ἀληθῆ τε οἴεται αὑτῷ καὶ ὄντα· οὐχ οὕτως;

ΘΕΟ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἦ καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, φήσομεν, ὦ Πρωταγόρα, ἔχει τὸ κριτήριον ἐν ἑαυτῷ, καὶ οἷα * ἂν C οἰηθῇ ἔσεσθαι, τοιαῦτα καὶ γίγνεται ἐκείνῳ τῷ οἰηθέντι; οἷον θερμά· ἆρ' ὅταν τις οἰηθῇ ἰδιώτης αὑτὸν πυρετὸν λήψεσθαι καὶ ἔσεσθαι ταύτην τὴν θερμότητα, καὶ ἕτερος, ἰατρὸς δέ, ἀντοιηθῇ, κατὰ τὴν ποτέρου δόξαν φῶμεν τὸ μέλλον ἀποβήσεσθαι, ἢ κατὰ τὴν ἀμφοτέρων, καὶ τῷ μὲν ἰατρῷ οὐ θερμὸς οὐδὲ πυρέττων γενήσεται, ἑαυτῷ δὲ ἀμφότερα;

ΘΕΟ. Γελοῖον μέντ' ἂν εἴη.

---

*) Sc. λευκῶν, μελάνων.

Theo. Sane ne intelligat.

So. Sed quodcumque nomine illo signat, hoc sine dubio propositum est civitati leges sciscenti, omnesque leges, quantum arbitratur et potest, ut utilissimas sibi sciscit. an aliud quid spectans eas sciscit?

Theo. Nullo modo.

So. Num etiam illud assequitur semper, an saepe etiam aberrat quaeque?

Theo. Arbitror equidem etiam aberrare.

So. Itaque magis etiam hinc quivis confitebitur eadem haec, si de universo quis genere rogaverit, ad quod etiam utile pertinet; spectat enim etiam hoc ad futurum tempus. nam si leges sciscimus, ut utiles futuras leges sciscimus in posterum tempus; hoc autem futurum recte dicemus.

Theo. Sane quidem.

So. Agedum, ita interrogemus Protagoram vel alium quempiam eorum qui idem atque ille dicunt: Omnium mensura homo est, ut ponitis, o Protagora, alborum et nigrorum, gravium et levium, omniumque id genus. habens enim iudicium ex quo de his iudicet in semet ipso, qualia patiatur talia existimans et vera existimat sibi ipse et ea quae sunt; nonne ita est?

Theo. Ita vero.

So. Num etiam futurorum, dicimus, o Protagora, habet iudicium in se, et qualia arbitratur futura esse, talia etiam fiunt illi qui arbitratur? velut calida: num si quis arbitretur artis medicae imperitus febrem se correpturam esse et hunc sibi fore calorem, alius vero isque medicus contrarium arbitretur, ex alterutrius opinione dicamus rem esse eventuram, an ex utriusque opinione, et medico neque calidus neque febricitans exsistet, sibimet ipsi vero utrumque?

Theo. Ridiculum sane foret.

ΣΩ. Ἀλλ', οἶμαι, περὶ οἴνου γλυκύτητος καὶ αὐστηρότητος μελλούσης ἔσεσθαι ἡ τοῦ γεωργοῦ δόξα, ἀλλ' D οὐχὶ ἡ τοῦ κιθαριστοῦ, κυρία.

ΘΕΟ. Τί μήν;

ΣΩ. Οὐδ' ἂν αὖ περὶ ἀναρμόστου τε καὶ εὐαρμόστου ἐσομένου παιδοτρίβης ἂν βέλτιον δοξάσειε μουσικοῦ, ὃ καὶ ἔπειτα αὐτῷ τῷ παιδοτρίβῃ δόξει εὐάρμοστον εἶναι.

ΘΕΟ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τοῦ μέλλοντος ἑστιάσεσθαι μὴ μαγειρικοῦ ὄντος, σκευαζομένης θοίνης, ἀκυροτέρα ἡ κρίσις τῆς τοῦ ὀψοποιοῦ περὶ τῆς ἐσομένης ἡδονῆς. περὶ μὲν γὰρ τοῦ ἤδη * ὄντος ἑκάστῳ ἡδέος ἢ γεγονότος μηδέν πω τῷ E λόγῳ διαμαχώμεθα, ἀλλὰ περὶ τοῦ μέλλοντος ἑκάστῳ καὶ δόξειν καὶ ἔσεσθαι, πότερον αὐτὸς αὑτῷ ἄριστος κριτής, ἢ σύ, ὦ Πρωταγόρα, τό γε περὶ λόγους πιθανὸν ἑκάστῳ ἡμῶν ἐσόμενον εἰς δικαστήριον βέλτιον ἂν προδοξάσαις ἢ τῶν ἰδιωτῶν ὁστισοῦν;

ΘΕΟ. Καὶ μάλα, ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε σφόδρα ὑπισχνεῖτο πάντων διαφέρειν αὐτός.

ΣΩ. Νὴ Δία, ὦ μέλε· ἢ οὐδείς γ' ἂν αὐτῷ διελέγετο * διδοὺς πολὺ ἀργύριον, εἰ μὴ *) τοὺς ξυνόντας ἔπει- 179 θεν ὅτι καὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαί τε καὶ δόξειν οὔτε μάντις οὔτε τις ἄλλος ἄμεινον κρίνειεν ἂν ἢ αὐτὸς αὑτῷ.

ΘΕΟ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ αἱ νομοθεσίαι καὶ τὸ ὠφέλιμον περὶ τὸ μέλλον ἐστί, καὶ πᾶς ἂν ὁμολογοῖ νομοθετουμένην πόλιν πολλάκις ἀνάγκην εἶναι τοῦ ὠφελιμωτάτου ἀποτυγχάνειν;

ΘΕΟ. Μάλα γε.

ΣΩ. Μετρίως ἄρα ἡμῖν πρὸς τὸν διδάσκαλόν σου εἰρήσεται, ὅτι ἀνάγκη αὐ*τῷ ὁμολογεῖν σοφώτερόν τε ἄλ- B λον ἄλλου εἶναι καὶ τὸν μὲν τοιοῦτον μέτρον εἶναι, ἐμοὶ δὲ τῷ ἀνεπιστήμονι μηδὲ ὁπωστιοῦν ἀνάγκην εἶναι μέτρῳ

---

*) ἄλλ. εἴ πῃ. ἴσ. εἰ μὴ — ἢ αὐτός.

So. At, opinor, de vini dulcedine et austeritate futura agricolae iudicium, non citharistae ratum est.

Theo. Quidni sit?

So. Neque etiam de eo, quod discrepans et concinnum futurum est, palaestrae magister rectius indicabit quam musicus, quod quidem postea ipsi etiam palaestrae magistro videbitur concinnum esse.

Theo. Nullo modo.

So. Itaque etiam eius qui epulaturus est, coquinariae artis imperiti, quum apparatur epulum, minus ratum est iudicium quam coqui de futura voluptate. nam de hoc, quod cuique iam est vel fuit iucundum, nondum verbis contendamus, sed de eo, quod cuique et videbitur et erit, utrum sibi ipse optimus futurus sit iudex, an tu, Protagora, quae cuique nostrûm in iudicio futura sit probabilis oratio, melius ante iudicaturus sis quam imperitorum quisquam.

Theo. Sane quidem, Socrate, hac in re ipse se profitebatur omnibus admodum excellere.

So. Ita, mehercule, admirabilis; aliter nemo ipso usus esset multum solvens pecuniae, nisi discipulis persuasisset etiam de eo quod et futurum et visurum sit, neque vatem neque alium quemquam rectius quam se posse iudicare.

Theo. Verissime.

So. Nonne etiam legum sanctiones et utile ad futurum spectant, et quisque consentiet civitatem leges sciscentem non posse non saepenumero ab eo quod utilissimum sit aberrare?

Theo. Sane quidem.

So. Recte ergo a nobis adversus magistrum tuum dicetur, necesse esse eum confiteri sapientiorem alium alio esse, et huiusmodi hominem mensuram esse, me autem inscium nulla omnino ratione necesse esse mensu-

γίγνεσθαι, ὥς ἄρτι με ἠνάγκαζεν ὁ ὑπὲρ ἐκείνου λόγος, εἴτ' ἐβουλόμην εἴτε μή, τοιοῦτον εἶναι.

ΘΕΟ. Ἐκείνῃ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, μάλιστα ἁλίσκεσθαι ὁ λόγος, ἁλισκόμενος καὶ ταύτῃ, ᾗ τὰς τῶν ἄλλων δόξας κυρίας ποιεῖ· αὗται δὲ ἐφάνησαν τοὺς ἐκείνου λόγους οὐδαμῇ ἀληθεῖς ἡγούμεναι.

ΣΩ. * Πολλαχῇ, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄλλῃ ἂν τό γε C
τοιοῦτον ἁλοίη, μὴ πᾶσαν παντὸς ἀληθῆ δόξαν εἶναι· περὶ δὲ τὸ παρὸν ἑκάστῳ πάθος, ἐξ ὧν αἱ αἰσθήσεις καὶ αἱ κατὰ ταύτας δόξαι γίγνονται, χαλεπώτερον ἑλεῖν ὡς οὐκ ἀληθεῖς. ἴσως δὲ οὐδὲν λέγω· ἀνάλωτοι γάρ, εἰ ἔτυχον, εἰσί, καὶ οἱ φάσκοντες αὐτὰς ἐναργεῖς τε εἶναι καὶ ἐπιστήμας τάχα ἂν ὄντα *) λέγοιεν, καὶ Θεαίτητος ὅδε οὐκ ἀπὸ σκοποῦ εἴρηκεν αἴσθησιν καὶ ἐπιστήμην ταὐτὸν θέμενος.
προσιτέον οὖν ἐγγυτέ*ρω, ὡς ὁ ὑπὲρ Πρωταγόρου λόγος D
ἐπέταττε, καὶ σκεπτέον τὴν φερομένην ταύτην οὐσίαν διακρούοντα, εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται. μάχη δ' οὖν περὶ αὐτῆς οὐ φαύλη οὐδ' ὀλίγοις γέγονεν.

ΘΕΟ. Πολλοῦ καὶ δεῖ φαύλη εἶναι, ἀλλὰ περὶ μὲν τὴν Ἰωνίαν καὶ ἐπιδίδωσι πάμπολυ. οἱ γὰρ τοῦ Ἡρακλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐρρωμένως.

ΣΩ. Τῷ τοι, ὦ φίλε Θεόδωρε, μᾶλλον σκεπτέον
ἐξ ἀρχῆς, ὥσπερ αὐτοὶ ὑπο*τείνονται. E

ΘΕΟ. Παντάπασι μὲν οὖν. καὶ γάρ, ὦ Σώκρατες, περὶ τούτων τῶν Ἡρακλειτείων ἤ, ὥσπερ σὺ λέγεις, Ὁμηρείων, καὶ ἔτι παλαιοτέρων, αὐτοῖς μὲν τοῖς περὶ τὴν Ἔφεσον, ὅσοι προσποιοῦνται ἔμπειροι εἶναι, οὐδὲν μᾶλλον οἷόν τε διαλεχθῆναι ἢ τοῖς οἰστρῶσιν. ἀτεχνῶς γὰρ κατὰ τὰ ξυγγράμματα φέρονται, τὸ δ' ἐπιμεῖναι ἐπὶ λόγῳ καὶ ἐρωτήματι καὶ ἡσυχίως ἐν μέρει ἀποκρίνασθαι καὶ ἐρέσθαι
ἧττον αὐ*τοῖς ἔνι ἢ τὸ μηδέν· μᾶλλον δὲ ὑπερβάλλει τὸ 180
οὐδ' οὐδὲν πρὸς τὸ μηδὲ σμικρὸν ἐνεῖναι τοῖς ἀνδράσιν ἡσυχίας. ἀλλ' ἄν τινά τι ἔρῃ, ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ῥη-

---

*) Fic. τὰ ὄντα.

ram exſiſtere, quemadmodum modo me coëgit oratio illius nomine habita, vellem nollem, talem eſſe.

Theo. Illa mihi videtur ratione, Socrate, maxime convinci illius oratio, quae quidem convincitur etiam hoc quod aliorum ſententias ratas ponit; has enim patuit illius orationes neutiquam veras exiſtimare.

So. Aliis vero, Theodore, etiam multis modis hoc convinci poterit probando non quamque cuiusque veram eſſe ſententiam; de affectione autem cuique praesente, unde ſenſus et his convenientes ſententiae exſiſtunt, difficilius eſt convincere ac demonſtrare non eſſe veram. fortaſſe autem nihil dico; convinci enim forſitan non poſſint, et qui ponunt ea certa eſſe atque ſcientias haud ſcio an vera dicant, et hic Theaetetus haud a vero aberravit ſenſum et ſcientiam idem eſſe ponens. accurrendum igitur propius, ut oratio Protagorae nomine dicta iuſſit, et exploranda agitatio illa rerum pulſando, num ſolidum an vitioſum ſonet. pugna vero de hac haud mediocris nec paucorum exſtitit.

Theo. Multum etiam abeſt ut mediocris ſit, immo vero in Ionia invaleſcit magno opere. Heracliti enim amici ductant hanc rationem admodum fortiter.

So. Iccirco ſane, caro Theodore, magis exploranda eſt ab initio, ſicut ipſi eam proponunt.

Theo. Prorſus ita. etenim, Socrate, quod ad hos Heracliteos vel, ut tu dicis, Homereos et natu etiam maiores attinet, cum eis qui Epheſi verſantur, quotquot ſe profitentur illius gnaros eſſe, non magis potes colloqui quam cum oeſtro percuſſis. revera enim, quod in eorum ſcriptionibus eſt, agitantur, permanendi vero in oratione et quaeſtione tranquilleque alternis reſpondendi atque interrogandi facultatis minus in iſtis ineſt quam nihil, potius ne nihil quidem ineſt pro eo quod ne tantulum quidem viris ineſt tranquillitatis. ſed ſi quem quid roges, tamquam ex pharetra voculas tectas depro-

ματίσκια αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσι, κἂν τούτου ζητῇς λόγον λαβεῖν, τί εἴρηκεν, ἑτέρῳ πεπλήξει καινῶς μετωνομασμένῳ, περανεῖς δὲ οὐδέποτε οὐδὲν πρὸς οὐδένα αὐτῶν· οὐδέ γε ἐκεῖνοι αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους, ἀλλ' εὖ πάνυ φυλάττουσι τὸ μηδὲν βέβαιον ἐᾶν εἶναι μήτ' * ἐν B
λόγῳ μήτ' ἐν ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς, ἡγούμενοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, αὐτὸ στάσιμον εἶναι· τούτῳ δὲ πάνυ πολεμοῦσι, καὶ καθ' ὅσον δύνανται πανταχόθεν ἐκβάλλουσιν.

ΣΩ. Ἴσως, ὦ Θεόδωρε, τοὺς ἄνδρας μαχομένους ἑώρακας, εἰρηνεύουσι δὲ οὐ ξυγγέγονας· οὐ γάρ σοι ἑταῖροί εἰσιν. ἀλλ', οἶμαι, τὰ τοιαῦτα τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ σχολῆς φράζουσιν, οὓς ἂν βούλωνται ὁμοίους αὐτοῖς ποιῆσαι.

ΘΕΟ. Ποίοις μαθηταῖς, ὦ δαιμόνιε; οὐδὲ γίγνεται τῶν τοιού*των ἕτερος ἑτέρου μαθητής, ἀλλ' αὐτόματοι ἀνα- C
φύονται, ὁπόθεν ἂν τύχῃ ἕκαστος αὐτῶν ἐνθουσιάσας, καὶ τὸν ἕτερον ὁ ἕτερος οὐδὲν ἡγεῖται εἰδέναι. παρὰ μὲν οὖν τούτων, ὅπερ ᾖα ἐρῶν, οὐκ ἄν ποτε λάβοις λόγον οὔτε ἑκόντων οὔτε ἀκόντων· αὐτοὺς δὲ δεῖ παραλαβόντας ὥςπερ πρόβλημα ἐπισκοπεῖσθαι.

ΣΩ. Καὶ μετρίως γε λέγεις. τό γε *) δὴ πρόβλημα ἄλλο τι παρειλήφαμεν παρὰ μὲν τῶν ἀρχαίων, μετὰ ποιήσεως ἐπικρυπτομένων τοὺς * πολλούς, ὡς ἡ γένεσις τῶν D
ἄλλων πάντων Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ῥεύματα τυγχάνει καὶ οὐδὲν ἕστηκε, παρὰ δὲ τῶν ὑστέρων, ἅτε σοφωτέρων, ἀναφανδὸν ἀποδεικνυμένων, ἵνα καὶ οἱ σκυτοτόμοι αὐτῶν τὴν σοφίαν μάθωσιν ἀκούσαντες καὶ παύσωνται ἠλιθίως οἰόμενοι τὰ μὲν ἑστάναι, τὰ δὲ κινεῖσθαι τῶν ὄντων, μαθόντες δ' ὅτι πάντα κινεῖται τιμῶσιν αὐτούς; ὀλίγου δὲ ἐπελαθόμην, ὦ Θεόδωρε, ὅτι ἄλλοι αὖ τἀναντία τούτοις ἀπεφήναντο, οἷον ἀκί*νητον τελέθειν, τῷ πάντ' E
ὄνομ' **) εἶναι, καὶ ἄλλα ὅσα Μέλισσοί τε καὶ Παρμενίδαι ἐναντιούμενοι πᾶσι τούτοις διϊσχυρίζονται, ὡς ἕν τε

---

*) Ισ. τὸ δὲ δ.

**) Ισ. οὖλον ἀκίνητόν τε πέλειν· τῷ πάντ' ὄνομ' εἶναι.

mentes emittunt, et quum ab hoc velis rationem accipere quid dixerit, alio statim percussus eris mutato nomine nove ficto, nihil vero umquam proficies cum nemine illorum; ne ipsi quidem illi inter se, sed sedulo cavent ne quicquam firmum sinant esse neque in oratione neque in suis ipsi animis, arbitrantes, ut mihi videtur, hoc stabile esse; adversus hoc enim prorsus pugnant et quantum possunt undique id expellunt.

So. Fortasse, Theodore, viros pugnantes vidisti, cum pacem vero habentibus non egisti; non enim tibi sunt amici; at, opinor, talia discipulis per otium tradunt, quos quidem velint similes sibi efficere.

Theo. Quid? discipulis, mi bone? non exsistit horum hominum alter alterius discipulus, sed sua sponte progignuntur undecumque quisque mente incitatur, et alterum alter nihil putat scire. ab his igitur, id quod modo dicturus eram, numquam accipies rationem neque volentibus neque invitis; sed per nos oportet hoc tamquam quaestionem geometricam accipientes perscrutari.

So. Ac recte quidem dicis. quaestionem vero hanc nonne accepimus tam a priscis, qui poesi iuvante celarunt multitudinem, ponentibus illis, originem reliquarum omnium rerum Oceanum et Tethyn flumina esse nec quicquam consistere, quam a recentioribus, quippe sapientioribus, aperte ac palam id declarantibus, ut etiam sutores ipsorum sapientiam percipiant audientes et desistant a stolida opinione, alia stare, alia moveri eorum quae sint, immo hoc percepto omnia moveri in honore ipsos habeant? fere oblitus sum, Theodore, alios plane contraria atque hos declarasse, totum immobile esse, cui universi esset nomen, et alia quae Melissi et Parmenides adversantes omnibus his affirmant, unum

πάντα ἐστὶ καὶ ἕστηκεν αὐτὸ ἐν αὑτῷ, οὐκ ἔχον χώραν ἐν
ᾗ κινεῖται. Τούτοις οὖν, ὦ ἑταῖρε, πᾶσι τί χρησόμεθα;
κατὰ σμικρὸν γὰρ προϊόντες λελήθαμεν ἀμφοτέρων εἰς τὸ
μέσον πεπτωκότες καί, ἂν μή πῃ ἀμυνόμενοι διαφύγωμεν,
* δίκην δώσομεν, ὥςπερ οἱ ἐν ταῖς παλαίστραις διὰ γραμ- 181
μῆς παίζοντες, ὅταν ὑπ' ἀμφοτέρων ληφθέντες ἕλκωνται
εἰς τἀναντία. δοκεῖ οὖν μοι τοὺς ἑτέρους πρότερον σκε-
πτέον, ἐφ' οὕςπερ ὡρμήσαμεν, τοὺς ῥέοντας, καὶ ἐὰν μέν
τι φαίνωνται λέγοντες, ξυνέλξομεν μετ' αὐτῶν ἡμᾶς αὐ-
τούς, τοὺς ἑτέρους ἐκφυγεῖν πειρώμενοι· ἐὰν δὲ οἱ τοῦ
ὅλου στασιῶται ἀληθέστερα λέγειν δοκῶσι, φευξόμεθα παρ'
αὐτοὺς αὖ ἀπὸ τῶν *) καὶ τὰ ἀκίνητα κινούντων. ἀμφό-
*τεροι δ' ἂν φανῶσι μηδὲν μέτριον λέγοντες, γελοῖοι ἐσό- B
μεθα ἡγούμενοι ἡμᾶς μέν τι λέγειν φαύλους ὄντας, παμ-
παλαίους δὲ καὶ πανσόφους ἄνδρας ἀποδεδοκιμακότες. ὅρα
οὖν, ὦ Θεόδωρε, εἰ λυσιτελεῖ εἰς τοσοῦτον προϊέναι κίν-
δυνον.

ΘΕΟ. Οὐδὲν μὲν οὖν ἀνεκτόν, ὦ Σώκρατες, μὴ οὐ
διασκέψασθαι τί λέγουσιν ἑκάτεροι τῶν ἀνδρῶν.

ΣΩ. Σκεπτέον ἂν εἴη σοῦ γε οὕτω προθυμουμένου.
Δοκεῖ οὖν μοι ἀρχὴ εἶναι τῆς σκέψεως κινήσεως πέρι,
*ποῖόν τί ποτε ἄρα λέγοντες φασὶ τὰ πάντα κινεῖσθαι. C
βούλομαι δὲ λέγειν τὸ τοιόνδε· πότερον ἕν τι εἶδος αὐτῆς
λέγουσιν ἤ, ὥςπερ ἐμοὶ φαίνεται, δύο; μὴ μέντοι μόνον
ἐμοὶ δοκείτω, ἀλλὰ ξυμμέτεχε καὶ σύ, ἵνα κοινῇ πάσχω-
μεν, ἄν τι καὶ δέῃ. καί μοι λέγε· ἆρα κινεῖσθαι καλεῖς,
ὅταν τι χώραν ἐκ χώρας μεταβάλλῃ ἢ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ
στρέφηται;

ΘΕΟ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ἔστω εἶδος. ὅταν δὲ ᾖ
μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκῃ δὲ ἢ μέ*λαν ἐκ λευκοῦ ἢ σκλη- D
ρὸν ἐκ μαλακοῦ γίγνηται, ἤ τινα ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιῶ-
ται, ἆρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως;

ΘΕΟ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

---

*) γρ. παρ' αὐτοὺς ἀπ' αὐτῶν.

esse omnia et consistere hoc unum in se ipsum, non spatium habens in quo moveatur. His igitur omnibus, amice, quid faciemus? paullatim enim progressi inscii in medios utrosque incidimus, et nisi forte nos defendentes effugerimus, poenas dabimus, sicut ii qui in palaestris per lineam ludunt, quum ab utrisque prehensi trahuntur in contrarias partes. videntur igitur mihi alteri prius considerandi esse, quos aggressi eramus, fluentes, et si reperti fuerint aliquid dicentes, nos ipsi cum eis contrahemus, alteros effugere conantes; sin universi statores veriora dicere visi fuerint, fugiemus contra ad hos ab illis qui etiam immobilia movent; utrique autem si reperti fuerint nihil recti dicentes, ridiculi erimus arbitrantes nos quidem aliquid dicere qui homines nihili sumus, pervetustos autem et persapientes viros reprobantes. vide igitur, Theodore, num conducat nobis tantum subire periculum.

Theo. Facere non possumus, Socrate, quin dispiciamus quid dicant virorum illorum utrique.

So. Quaerendum igitur erit, quum tu id tantopere contendas. Videtur igitur mihi initium quaestionis a motione ducendum esse, qualem tandem dicentes ponant omnia moveri. volo autem dicere hoc: utrum unam quandam eius speciem dicunt, an, ut mihi videtur, duas? ne tamen mihi tantum videatur, socium te mihi adiunge, ut communiter patiamur, si quid nos pati oporteat. itaque dic mihi: moverine aliquid dicis, quum ex loco in locum transit vel etiam in eodem versatur?

Theo. Ego vero.

So. Haec igitur una esto species. quum autem in eodem quidem est, senescit vero vel nigrum ex albo aut durum ex molli fit, vel aliam quampiam mutationem accipit, nonne par est alteram hanc vocari motionis speciem?

Theo. Mihi quidem videtur necessarium esse.

ΣΩ. Ἀναγκαῖον μὲν οὖν. δύο δὴ *) λέγω τούτω εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν, τὴν δὲ περιφοράν **).

ΘΕΟ. Ὀρθῶς γε λέγων.

ΣΩ. Τοῦτο τοίνυν οὕτω διελόμενοι διαλεγώμεθα ἤδη τοῖς τὰ πάντα φάσκουσι κινεῖσθαι, καὶ ἐρωτῶμεν Πότερον πᾶν φατὲ ἀμφοτέρως κινεῖσθαι, φερόμενόν τε καὶ * ἀλ- E
λοιούμενον, ἢ τὸ μέν τι ἀμφοτέρως, τὸ δ' ἑτέρως;

ΘΕΟ. Ἀλλὰ μὰ Δί' ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπεῖν· οἶμαι δ' ἂν φάναι ἀμφοτέρως.

ΣΩ. Εἰ δέ γε μή, ὦ ἑταῖρε, κινούμενά τε αὐτοῖς καὶ ἑστῶτα φανεῖται, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ὀρθῶς ἕξει εἰπεῖν ὅτι κινεῖται τὰ πάντα, ἢ ὅτι ἕστηκεν.

ΘΕΟ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ κινεῖσθαι αὐτὰ δεῖ, τὸ δὲ μὴ κινεῖσθαι μὴ ἐνεῖναι μηδενί, πάντα δὴ πᾶσαν * κίνησιν 182
ἀεὶ κινεῖται.

ΘΕΟ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Σκόπει δή μοι τόδε αὐτῶν· τῆς θερμότητος ἢ λευκότητος ἢ ὁτουοῦν γένεσιν οὐχ οὕτω πως ἐλέγομεν φάναι αὐτούς, φέρεσθαι ἕκαστον τούτων ἅμα αἰσθήσει μεταξὺ τοῦ ποιοῦντός τε καὶ πάσχοντος, καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητὸν ***), ἀλλ' οὐκ αἴσθησιν ἔτι γίγνεσθαι, τὸ δὲ ποιοῦν ποιόν τι, ἀλλ' οὐ ποιότητα; ἴσως οὖν ἡ ποιότης ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον· κατὰ μέρη οὖν ἄκουε. * τὸ γὰρ ποι- B
οῦν οὔτε θερμότης οὔτε λευκότης, θερμὸν δὲ καὶ λευκὸν γίγνεται, καὶ τἄλλα οὕτω. μέμνησαι γάρ που ἐν τοῖς πρόσθεν ὅτι οὕτως ἐλέγομεν, ἓν μηδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἶναι, μηδ' αὖ τὸ ποιοῦν ἢ πάσχον, ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέρων πρὸς ἄλληλα ξυγγιγνομένων τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰ αἰσθητὰ ἀποτίκτοντα τὰ μὲν ποιὰ ἄττα γίγνεσθαι, τὰ δὲ αἰσθανόμενα.

---

*) ἴσ. Ἔμοιγε δοκεῖ ἀναγκαίως. ΣΩ. Δύο μὲν οὖν δὴ λ.

**) ἴσ. φοράν.

***) ἴσ. αἰσθητικόν. (ἄλλ. αἰσθανόμενον).

So. Duas igitur dico has ſpecies motionis, mutationem unam, alteram agitationem.

Theo. Recte vero dicis.

So. Hoc autem quum ita diſtinxerimus, iam colloquamur cum eis qui omnia dicunt moveri, et rogemus: Num omne dicitis utroque modo moveri, ita ut et agitetur et mutetur, an hoc utroque modo, illud alterutro?

Theo. At equidem mehercule non poſſum dicere; opinor autem dicturos eſſe utroque modo.

So. Quod niſi dixerint, amice, et moveri et ſtare omnia ipſis videbuntur, et nihilo rectius erit dicere moveri omnia quam ſtare.

Theo. Veriſſima dicis.

So. Itaque quum moveri omnia oporteat, nec in quicquam cadat ut non moveatur, omnia omni ſemper motione agitantur.

Theo. Neceſſe eſt.

So. Conſidera mihi quaeſo hoc de illis: caloris vel albitudinis vel cuiusvis rei generationem nonne ita fere diximus ipſos explicaturos eſſe, ut moveri ponerent quamque harum rerum una cum ſenſu inter id quod efficeret et id quod afficeretur, et affectum fieri ſentiens, non iam ſenſum, efficiens vero aliquid fieri qualecumque exſiſteret, non qualitatem? forſitan vero qualitas admirabile tibi videatur nomen, nec intelligas generatim uſurpatum; ſingulatim igitur percipe. efficiens videlicet neque calor neque albitudo, ſed calidum et album exſiſtit, et reliqua ita. recordaris enim in praegreſſis ita nos dixiſſe, nihil certi quid ipſum per ſe eſſe, neque id quod efficeret neque id quod afficeretur, ſed, quum utraque inter ſe coniuncta ſenſus et ſenſibilia procreaſſent, haec aliqua fieri qualiacumque exſiſterent, illa vero ſentientia.

ΘΕΟ. Μέμνημαι· πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Τὰ μὲν τοίνυν ἄλλα χαίρειν ἐάσωμεν, εἴτε * ἄλλως εἴτε οὕτω λέγουσιν· οὗ δ' ἕνεκα λέγομεν, τοῦτο μόνον φυλάττωμεν, ἐρωτῶντες Κινεῖται καὶ ῥεῖ, ὥς φατέ, τὰ πάντα; — ἦ γάρ; C

ΘΕΟ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀμφοτέρας ἃς διειλόμεθα κινήσεις, φερόμενά τε καὶ ἀλλοιούμενα;

ΘΕΟ. Πῶς δ' οὔ; εἴπερ γε δὴ τελέως κινήσεται.

ΣΩ. Εἰ μὲν τοίνυν ἐφέρετο μόνον, ἠλλοιοῦτο δὲ μή, εἴχομεν ἄν που εἰπεῖν, οἷα ἄττα ῥεῖ τὰ φερόμενα· ἢ πῶς λέγομεν; *)

ΘΕΟ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἐπειδὴ δὲ * οὐδὲ τοῦτο μένει, τὸ λευκὸν D ῥεῖν τὸ ῥέον, ἀλλὰ μεταβάλλει, ὥςτε καὶ αὐτοῦ τούτου εἶναι ῥοήν, τῆς λευκότητος, καὶ μεταβολὴν εἰς ἄλλην χρόαν, ἵνα μὴ ἁλῷ ταύτῃ μένον, ἆρά ποτε οἷόν τέ τι προςειπεῖν χρῶμα, ὥςτε καὶ ὀρθῶς προςαγορεύειν;

ΘΕΟ. Καὶ τίς μηχανή, ὦ Σώκρατες; ἢ ἄλλο γέ τι τῶν τοιούτων, εἴπερ ἀεὶ λέγοντος ὑπεξέρχεται, ἅτε δὴ ῥέον;

ΣΩ. Τί δὲ περὶ αἰσθήσεως ἐροῦμεν ὁποιαςοῦν, οἷον τῆς τοῦ ὁρᾶν ἢ ἀκούειν; μένειν ποτὲ ἐν αὐτῷ τῷ * ὁρᾶν E ἢ ἀκούειν;

ΘΕΟ. Οὔκουν δεῖ γε, εἴπερ πάντα κινεῖται.

ΣΩ. Οὔτε ἄρα ὁρᾶν προςρητέον τι μᾶλλον ἢ μὴ ὁρᾶν, οὔτε τιν' ἄλλην αἴσθησιν μᾶλλον ἢ μή, πάντων γε πάντως κινουμένων.

ΘΕΟ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Καὶ μὴν αἴσθησίς γε ἐπιστήμη, ὡς ἔφαμεν ἐγώ τε καὶ Θεαίτητος.

ΘΕΟ. Ἦν ταῦτα.

---

*) ἄλλ. λέγωμεν.

Theo. Recordor; quidni?

So. Cetera igitur mittamus, ſeu aliter ſeu ita dicunt; id vero unum, de quo ſuſcepta eſt oratio noſtra, teneamus rogantes: Moventurne ac fluunt, ut dicitis, omnia? — nonne?

Theo. Etiam.

So. Nonne utrisque, quas diſtinximus, motionibus, ita ut et agitentur et commutentur?

Theo. Quidni? ſiquidem perfecta erit earum motio.

So. Quodſi agitarentur tantum, non commutarentur, poſſemus, ni fallor, dicere, qualia fluerent agitata; an quomodo cenſemus?

Theo. Ita.

So. Quoniam autem ne hoc quidem manet, album fluere, id videlicet quod fluat, ſed commutetur, ita ut etiam huius ipſius ſit fluxio, albitudinis, et transitus in alium colorem, ut ne deprehendatur in eodem ſtatu, qui tandem quicquam poterit dici color, ita ut recte ſic nuncupetur?

Theo. Et qui hoc ita fieri poſſit, Socrate? vel aliud quid id genus, ſiquidem ſemper dum nuncupatur ſe ſubducit, quippe fluens?

So. Quid vero de ſenſu dicemus, qualis is cumque eſt? velut de ſenſu videndi vel audiendi? manere eum umquam in ipſo viſu vel auditu?

Theo. Minime vero oportet, ſiquidem omnia moventur.

So. Neque igitur magis aliquid viſum quam non viſum dici oportet, neque alium quemquam ſenſum magis ſenſum quam non ſenſum, quum omnia omnino moveantur.

Theo. Nullo ſane modo.

So. Atqui ſenſus eſt ſcientia, ut diximus ego et Theaetetus.

Theo. Ita vero videbatur.

ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα ἐπιστήμην μᾶλλον ἢ μὴ ἐπιστήμην ἀπεκρινάμεθα ἐρωτώμενοι ὅ τί ἐστιν ἐπιστήμη.

ΘΕΟ. * Ἐοίκατε. 185

ΣΩ. Καλὸν ἂν ἡμῖν ξυμβαίνοι τὸ ἐπανόρθωμα τῆς ἀποκρίσεως, προθυμηθεῖσιν ἀποδεῖξαι ὅτι πάντα κινεῖται, ἵνα δὴ ἐκείνη ἡ ἀπόκρισις ὀρθὴ φανῇ. τὸ δ', ὡς ἔοικεν, ἐφάνη, εἰ πάντα κινεῖται, πᾶσα ἀπόκρισις, περὶ ὅτου ἂν τις ἀποκρίνηται, ὁμοίως ὀρθὴ εἶναι, οὕτω τ' ἔχειν φάναι καὶ μὴ οὕτως, εἰ δὲ βούλει, γίγνεσθαι, ἵνα μὴ στήσωμεν αὐτοὺς *) τῷ λόγῳ.

ΘΕΟ. Ὀρθῶς λέγεις.

ΣΩ. Πλήν γε, ὦ Θεόδωρε, ὅτι οὕτω τε εἶπον καὶ οὐχ οὕτω. δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο οὕτω λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι κι*νοῖτο οὕτω· οὐδ' αὖ μὴ οὕτω· οὐδὲ γὰρ τοῦτο κίνησις· B
ἀλλά τιν' ἄλλην φωνὴν θετέον τοῖς τὸν λόγον τοῦτον λέγουσιν, ὡς νῦν γε πρὸς τὴν αὐτῶν ὑπόθεσιν οὐκ ἔχουσι ῥήματα, εἰ μὴ ἄρα τὸ οὐδ' ὅπως. μάλιστα δ' οὕτως ἂν αὐτοῖς ἁρμόττοι, ἄπειρον λεγόμενον.

ΘΕΟ. Οἰκειοτάτη γοῦν διάλεκτος αὕτη αὐτοῖς.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ Θεόδωρε, τοῦ τε σοῦ ἑταίρου ἀπηλλάγμεθα, καὶ οὔπω **) ξυγχωροῦμεν αὐτῷ πάντ' ἄνδρα πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι, ἂν μὴ * φρόνιμός τις ᾖ· C
ἐπιστήμην δὲ ***) αἴσθησιν οὐ ξυγχωρησόμεθα κατά γε τὴν τοῦ πάντα κινεῖσθαι μέθοδον· εἰ μή τί πως ἄλλως Θεαίτητος ὅδε λέγει.

ΘΕΟ. Ἄριστ' εἴρηκας, ὦ Σώκρατες· τούτων γὰρ περανθέντων καὶ ἐμὲ δεῖ ἀπηλλάχθαι σοι ἀποκρινόμενον κατὰ τὰς ξυνθήκας, ἐπειδὴ τὸ περὶ τοῦ Πρωταγόρου λόγου τέλος σχοίη.

ΘΕΑΙ. Μὴ πρίν γ' ἄν, ὦ Θεόδωρε, Σωκράτης τε καὶ σὺ τοὺς φάσκοντας αὖ τὸ πᾶν * ἑστάναι διέλθητε, ὥσ- D
περ ἄρτι προὔθεσθε.

ΘΕΟ. Νέος ὤν, ὦ Θεαίτητε, τοὺς πρεσβυτέρους

*) ἴσ. αὐτό. ἢ αὖ τοῦτο.
) ἄλλ. οὕτω. ἴσ. οὔ πως. *) γρ. τε.

So. Ergo non magis ſcientiam eſſe quam non ſcientiam reſpondimus interrogati quid eſſet ſcientia.

Theo. Videmini vero.

So. Praeterea nobis contigerit haec correctio interrogationis ſtudentibus demonſtrare omnia moveri, ut ſcilicet illa reſponſio recta videatur. immo vero, ut patet, videtur, ſi omnia moventur, quaevis reſponſio, de quacumque re quis reſponderit, aeque recta eſſe, ſive ita ſe habere ponit ſive non ita, vel, ſi mavis, fieri, ut ne ſiſtamus hoc oratione.

Theo. Recte vero dicis.

So. Niſi quod, Theodore, *ita* dixi et *non ita*; oportet enim nec hoc *ita* dicere; neque enim iam movebitur hac ratione, neque contra *non ita*; nam neque hoc eſt motio; ſed alium quempiam ſermonem eos fingere oportet qui hanc rationem ponunt, quia nunc quidem verba nulla habent ſumptioni ſuae convenientia, niſi forte hoc: ne ulla quidem ratione; maxime hoc illis congruet ut infinitum poſitum.

Theo. Convenientiſſima certe loquutio haecce illis.

So. Iam ab amico tuo, Theodore, diſcedimus, nec ullo modo ipſi damus quemvis eſſe cuiusvis rei menſuram, niſi prudens eſt; ſcientiam vero ſenſum eſſe non concedemus ex illa quidem omnia moveri ſtatuente ratione; niſi quid aliud huic Theaeteto videtur.

Theo. Optime dicis, Socrate; his enim ad exitum adductis me quoque oportet diſcedere a munere tibi reſpondendi, ut inter nos convenit, quum diſputatio de Protagorae decreto finem eſſet habitura.

Theae. Ne deſinas, Theodore, prius quam Socrates et tu de his, qui contra univerſum ſtare ponunt, expoſueritis, quemadmodum ſupra propoſuiſtis.

Theo. Iuvenis adhuc tu, Theaetete, ſeniores in-

ἀδικεῖν διδάσκεις ὁμολογίας παραβαίνοντας; ἀλλὰ παρασκευάζου ὅπως τῶν ἐπιλοίπων Σωκράτει δώσεις λόγον.

ΘΕΑΙ. Ἐάνπερ γε βούληται. ἥδιστα μέντ' ἂν ἤκουσα περὶ ὧν λέγω.

ΘΕΟ. Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖ Σωκράτη εἰς λόγους προκαλούμενος. ἐρώτα οὖν καὶ ἀκούσει.

ΣΩ. Ἀλλά μοι δοκῶ, ὦ Θεύδωρε, περί γε ὧν κελεύει Θεαίτητος οὐ πείσεσθαι αὐ*τῷ. E

ΘΕΟ. Τί δὴ οὖν οὐ πείσεσθαι;

ΣΩ. Μέλισσον μὲν καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ ἓν ἑστὸς λέγουσι τὸ πᾶν, αἰσχυνόμενος μὴ φορτικῶς σκοπῶμεν, ἧττον αἰσχύνομαι, ἢ ἕνα ὄντα Παρμενίδην. Παρμενίδης δέ μοι φαίνεται, τὸ τοῦ Ὁμήρου, αἰδοῖός τέ μοι ἅμα δεινός τε. ξυμπροσέμιξα γὰρ δὴ τῷ ἀνδρὶ πάνυ νέος πάνυ πρεσβύτῃ, καί μοι ἐφάνη βάθος τι ἔχειν παντάπασι γενναῖον. * φοβοῦμαι οὖν μὴ οὔτε τὰ λεγόμενα ξυνιῶμεν, τί τε 184 διανοούμενος εἶπε πολὺ πλέον λειπώμεθα, καὶ τὸ μέγιστον, οὗ ἕνεκα ὁ λόγος ὥρμηται, ἐπιστήμης πέρι, τί ποτ' ἐστίν, ἄσκεπτον γένηται ὑπὸ τῶν ἐπεισκωμαζόντων λόγων, εἴ τις αὐτοῖς πείσεται· ἄλλως τε καὶ ὃν νῦν ἐγείρομεν πλήθει ἀμήχανον, εἴτε τις ἐν παρέργῳ σκέψεται, ἀνάξι' ἂν πάθοι, εἴτε ἱκανῶς, μηκυνόμενος τὸ τῆς ἐπιστήμης ἀφανιεῖ. δεῖ δὲ οὐδέτερα· ἀλλὰ Θεαίτητον, ὧν * κύει περὶ ἐπιστήμης, πειρᾶσθαι ἡμᾶς τῇ μαιευτικῇ τέχνῃ B ἀπολῦσαι.

ΘΕΟ. Ἀλλὰ χρή, εἰ δοκεῖ, οὕτω ποιεῖν.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν, ὦ Θεαίτητε, τοσόνδε περὶ τῶν εἰρημένων ἐπίσκεψαι. αἴσθησιν γὰρ δὴ ἐπιστήμην ἀπεκρίνω· ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Εἰ οὖν τίς σε ὧδ' ἐρωτῴη, τῷ τὰ λευκὰ καὶ

iuſte facere doces, pacta migrare eos iubens? at paratus eito ad rationem Socrati reddendam de his quae reliqua ſunt.

Theae. Sane quidem ſi voluerit. perlibenter tamen audiſſem ea quae dixi.

Theo. Equites in campum provocas Socratem ad orationes provocans. iam roga et audies.

So. At non mihi videor, Theodore, Theaeteto in eo, quod iubet, obtemperaturus eſſe.

Theo. Cur tandem non es obtemperaturus?

So. Meliſſi quidem et reliquorum, qui unum ſtans dicunt univerſum, minus me pudet verentem ne arroganter in eos inquiramus, quam unius Parmenidis. Parmenides autem mihi videtur, quemadmodum eſt apud Homerum, venerandus mihi ſimulque excellens. congreſſus enim ſum cum viro admodum iuvenis admodum ſene, et mihi videbatur altitudinem quandam habere prorſus eximiam. vereor igitur ne quae dixerit non percipiamus, multoque minus, quorſum ſpectans ea dixerit, asſequamur, quodque maximum eſt, ne ſcientia, cuius cauſa oratio inſtituta eſt, qualis tandem ſit, inexplorata relinquatur propter orationes proterve ſe inferentes et intrudentes, ſi quis eis auſcultaturus ſit; praeſertim etiam quum verendum ſit, ne, quam nunc excitavimus, immenſae longitudinis oratio, ſeu quis leviter eam transiens exploraverit, indigna patiatur, ſeu copioſe, fuſius explicata ſcientiam oblitteret. quorum neutrum fieri debet; at Theaetetum nos oportet ab eis quibus gravidus eſt de ſcientia conari arte noſtra obſtetricia exſolvere.

Theo. Sane quidem, ſi videtur, ita eſt faciendum.

So. Hoc praeterea, Theaetete, de eo quod explicavimus conſidera. ſenſum enim ſcientiam eſſe reſpondiſti; nonne?

Theae. Etiam.

So. Quodſi quis ex te quaerat, quonam alba et

μέλανα ὁρᾷ ἄνθρωπος καὶ τῷ τὰ ὀξέα καὶ βαρέα ἀκούει, εἴποις ἄν, οἶμαι, ὄμμασί τε καὶ ὠσίν.

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τὸ δὲ εὐχερὲς τῶν * ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων C
καὶ μὴ δι' ἀκριβείας ἐξεταζόμενον τὰ μὲν πολλὰ οὐκ ἀγεννές, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τούτου ἐναντίον ἀνελεύθερον, ἔστι δὲ ὅτε ἀναγκαῖον· οἷον καὶ νῦν ἀνάγκη ἐπιλαβέσθαι τῆς ἀποκρίσεως ἣν ἀποκρίνει, ᾗ οὐκ ὀρθή. σκόπει γάρ, ἀπόκρισις ποτέρα ὀρθοτέρα, ᾧ ὁρῶμεν, τοῦτο εἶναι ὀφθαλμούς, ἢ δι' οὗ ὁρῶμεν, καὶ ᾧ ἀκούομεν, ὦτα, ἢ δι' οὗ ἀκούομεν;

ΘΕΑΙ. Δι' ὧν ἕκαστα αἰσθανόμεθα, ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, μᾶλλον ἢ οἷς.

ΣΩ. * Δεινὸν γάρ που, ὦ παῖ, εἰ πολλαί τινες ἐν D
ἡμῖν, ὥσπερ ἐν δουρείοις ἵπποις, αἰσθήσεις ἐγκάθηνται, ἀλλὰ μὴ εἰς μίαν τινὰ ἰδέαν, εἴτε ψυχὴν εἴτε ὅ τι δεῖ καλεῖν, πάντα ταῦτα ξυντείνει, ᾗ διὰ τούτων οἷον ὀργάνων αἰσθανόμεθα ὅσα αἰσθητά.

ΘΕΑΙ. Ἀλλά μοι δοκεῖ οὕτω μᾶλλον ἢ ἐκείνως.

ΣΩ. Τοῦ δέ τοι ἕνεκα αὐτά σοι διακριβοῦμαι; εἴ τινι ἡμῶν αὐτῶν τῷ αὐτῷ διὰ μὲν ὀφθαλμῶν ἐφικνούμεθα λευκῶν τε καὶ μελάνων, διὰ δὲ τῶν ἄλλων ἑτέρων αὖ τινῶν, καὶ * ἕξεις ἐρωτώμενος πάντα τὰ τοιαῦτα εἰς E
τὸ σῶμα ἀναφέρειν; ἴσως δὲ βέλτιον σὲ λέγειν αὐτὰ ἀποκρινόμενον μᾶλλον ἢ ἐμὲ ὑπὲρ σοῦ πολυπραγμονεῖν. καί μοι λέγε· θερμὰ καὶ ξηρὰ *) καὶ κοῦφα καὶ γλυκέα δι' ὧν αἰσθάνει, ἆρα οὐ **) τοῦ σώματος ἕκαστα τίθης, ἢ ἄλλου τινός;

ΘΕΑΙ. Οὐδενὸς ἄλλου.

ΣΩ. Ἦ καὶ ἐθελήσεις ὁμολογεῖν, ἃ δι' ἑτέρας δυνάμεως αἰσθάνει, ἀδύνατον εἶναι * δι' ἄλλης ταῦτ' αἰσθέ- 185
σθαι, οἷον ἃ δι' ἀκοῆς, δι' ὄψεως, ἢ ἃ δι' ὄψεως, δι' ἀκοῆς;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐκ ἐθελήσω;

---

*) ἄλλ. σκληρά.
**) ἴσ. οὖν.

nigra videat homo et quonam acuta et gravia audiat, dicas, opinor, oculis et auribus.

Theae. Ego vero.

So. Liber nominum ac verborum ufus nec ad accurationem exactus maximam partem non inhoneftus, fed potius contrarius eius illiberalis eft, aliquando tamen neceffarius: quemadmodum etiam nunc neceffe eft redarguere refponfionem tuam quatenus non eft recta. perpende enim, refponfio utra rectior fit, quo videamus, hoc effe oculos, an per quod videamus, et quo audiamus, aures, an per quod audiamus?

Theae. Per quae quodque fentiamus, mihi quidem videtur, Socrate, rectius dici quam quibus.

So. Mirum enim haud dubie, o puer, fi multi quidam in nobis, tamquam in ligneis equis, fenfus infideant, nec ad unam quandam fpeciem, five animum five quomodocumque eam appellari oporteat, haec omnia pertineant, qua per haec tamquam per inftrumenta fentiamus quaecumque fub fenfum cadant.

Theae. Mihi vero videtur ita magis fe habere quam illa ratione.

So. Cur autem haec tibi accurate expono? ut videamus, num aliqua noftri parte una et eadem per oculos quidem attingamus alba et nigra, per reliquos vero fenfus alias rurfus res, et tu poffis interrogatus omnia id genus ad corpus referre. forfitan tamen melius fit te dicere ad haec refpondentem potius quam me tuo nomine curiofius id expendere. itaque mihi dic: ea per quae calida et dura et levia et dulcia fentis, num quaefo ad corpus refers, an ad aliud quicquam?

Theae. Ad nihil aliud.

So. Num etiam concedes, quae per hanc facultatem fentias, haec fieri non poffe ut per illam fentias, exempli caufa, quae per auditum, ut haec per vifum fentias, vel quae per vifum, ea per auditum?

Theae. Quidni ego concedam?

ΣΩ. Εἴ τι ἄρα περὶ ἀμφοτέρων διανοεῖ, οὐκ ἂν διά γε τοῦ ἑτέρου ὀργάνου, οὐδ' αὖ διὰ τοῦ ἑτέρου περὶ ἀμφοτέρων αἰσθάνοι' ἄν.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Περὶ δὴ φωνῆς καὶ περὶ χρόας πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο περὶ ἀμφοτέρων διανοεῖ, ὅτι ἀμφοτέρω ἐστόν;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὅτι ἑκάτερον ἑκατέρου μὲν ἕτερον, ἑαυτῷ δὲ ταὐτόν;

ΘΕΑΙ. * Τί μήν; B

ΣΩ. Καὶ ὅτι ἀμφοτέρω δύο, ἑκάτερον δὲ ἕν;

ΘΕΑΙ. Καὶ τοῦτο.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ εἴτε ἀνομοίω εἴτε ὁμοίω ἀλλήλοιν, δυνατὸς εἶ ἐπισκέψασθαι;

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΣΩ. Ταῦτα δὴ πάντα διὰ τίνος περὶ αὐτοῖν διανοεῖ; οὔτε γὰρ δι' ἀκοῆς οὔτε δι' ὄψεως οἷόν τε τὸ κοινὸν λαμβάνειν περὶ αὐτῶν. ἔτι δὲ καὶ τόδε τεκμήριον περὶ οὗ λέγομεν. εἰ γὰρ δυνατὸν εἴη ἀμφοτέρω σκέψασθαι, ἆρ' ἐστὸν ἁλμυρὼ ἢ οὔ, οἶσθ' ὅτι ἕξεις εἰπεῖν ᾧ ἐπισκέψει, καὶ τοῦτο οὔτε * ὄψις οὔτε ἀκοὴ φαίνεται, ἀλλά τι ἄλλο. C

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὐ μέλλει, ἥ γε διὰ τῆς γλώττης δύναμις;

ΣΩ. Καλῶς λέγεις. ἡ δὲ δὴ διὰ τίνος δύναμιν τό τ' ἐπὶ πᾶσι κοινὸν καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις δηλοῖ σοι, ᾧ τὸ ἔστιν ἐπονομάζεις καὶ τὸ οὐκ ἔστι καὶ ἃ νῦν δὴ ἠρωτῶμεν περὶ αὐτῶν; τούτοις πᾶσι ποῖα ἀποδώσεις ὄργανα, δι' ὧν αἰσθάνεται ἡμῶν τὸ αἰσθανόμενον ἕκαστα;

ΘΕΑΙ. Οὐσίαν λέγεις καὶ τὸ μὴ εἶναι, καὶ ὁμοιότητα καὶ ἀνομοιότητα, καὶ τὸ ταὐτόν τε καὶ τὸ ἕτερον, ἔτι δὲ ἕν * τε καὶ τὸν ἄλλον ἀριθμὸν περὶ αὐτῶν. δῆλον D δὲ ὅτι καὶ ἄρτιόν τε καὶ περιττὸν ἐρωτᾷς, καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις ἕπεται, διὰ τίνος ποτὲ τῶν τοῦ σώματος τῇ ψυχῇ αἰσθανόμεθα.

So. Si quid ergo de utroque cogitas, non per alterutrum inſtrumentum id cogitabis, neque etiam per alterutrum de utroque aliquid ſenties.

Theae. Minime vero.

So. Igitur de voce et de colore, primum hoc ipſum de utroque cogitas, utrumque eſſe.

Theae. Ego vero.

So. Nonne etiam, alterutrum ab alterutro diverſum, per ſe vero idem eſſe?

Theae. Quidni?

So. Et utraque eſſe duo, alterutrum vero unum?

Theae. Etiam hoc.

So. Nonne etiam, utrum disſimilia an ſimilia inter ſe ſint, potes anquirere?

Theae. Haud dubie.

So. Haec igitur omnia per quid de illis cogitas? neque enim per auditum neque per viſum poteris commune quid de iis percipere. hoc praeterea argumento confirmatur id quod ponimus; etenim ſi utraque poſſint ſpectari utrum ſalſa ſint necne, ſcis te habiturum eſſe dicere quo explores, idque, ut patet, neque visus neque auditus eſt, ſed aliud quid.

Theae. Quidni ſit, et quidem facultas in lingua conſiſtens?

So. Praeclare dicis. in quonam igitur conſiſtit facultas id quod omnibus atque etiam his commune eſt tibi declarans, quod quidem et eſſe et non eſſe dicis et cui cetera, quae modo rogabamus, nomina imponis? his omnibus qualia tribues inſtrumenta, per quae quidque ſentiat pars noſtri ſentiens?

Theae. Eſſe dicis et non eſſe, ſimilitudinem ac disſimilitudinem, idem et diverſum, praeterea unum reliquumque numerum. neque dubium eſt quin etiam de pari et impari roges reliquisque quae his adiuncta ſunt, per quidnam eorum, quae in corpore noſtro inſunt, animo illa ſentiamus.

ΣΩ. Ὑπέρευ, ὦ Θεαίτητε, ἀκολουθεῖς, καὶ ἔστιν ἃ ἐρωτῶ αὐτὰ ταῦτα.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, ἔγωγε οὐκ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν, πλήν γ' ὅτι μοι δοκεῖ τὴν ἀρχὴν οὐδ' εἶναι τοιοῦτον οὐδὲν τούτοις ὄργανον ἴδιον, ὥσπερ ἐκείνοις, ἀλλ' αὐτὴ δι' αὑτῆς ἡ ψυχὴ τὰ * κοινά μοι φαίνεται περὶ πάν- E
των ἐπισκοπεῖν.

ΣΩ. Καλὸς γὰρ εἶ, ὦ Θεαίτητε, καὶ οὐχ, ὡς ἔλεγε Θεόδωρος, αἰσχρός· ὁ γὰρ καλῶς λέγων καλός τε κἀγαθός· πρὸς δὲ τῷ καλῷ εὖ ἐποίησάς με μάλα συχνοῦ λόγου ἀπαλλάξας, εἰ φαίνεταί σοι τὰ μὲν αὐτὴ δι' αὑτῆς ἡ ψυχὴ ἐπισκοπεῖν, τὰ δὲ διὰ τῶν τοῦ σώματος δυνάμεων. τοῦτο γὰρ ἦν ὃ καὶ αὐτῷ μοι ἐδόκει, ἐβουλόμην δὲ καὶ σοὶ δόξαι.

ΘΕΑΙ. * Ἀλλὰ μὴν φαίνεταί γε. 186

ΣΩ. Ποτέρων οὖν τίθης τὴν οὐσίαν; τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐπὶ πάντων παρέπεται.

ΘΕΑΙ. Ἐγὼ μέν, ὧν αὐτὴ ἡ ψυχὴ καθ' αὑτὴν ἐπορέγεται.

ΣΩ. Ἦ καὶ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ ἀνόμοιον, καὶ τὸ ταὐτὸν καὶ ἕτερον;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τί δέ; καλὸν καὶ αἰσχρόν, καὶ ἀγαθὸν καὶ κακόν;

ΘΕΑΙ. Καὶ τούτων μοι δοκεῖ ἐν τοῖς μάλιστα πρὸς ἄλληλα σκοπεῖσθαι τὴν οὐσίαν, ἀναλογιζομένη ἐν ἑαυτῇ τὰ γεγονότα καὶ τὰ παρόντα * πρὸς τὰ μέλλοντα. B

ΣΩ. Ἔχε δή· ἄλλο τι τοῦ μὲν σκληροῦ τὴν σκληρότητα διὰ τῆς ἐπαφῆς αἰσθήσεται, καὶ τοῦ μαλακοῦ τὴν μαλακότητα ὡσαύτως;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τὴν δέ γε οὐσίαν καὶ ὅ τι ἐστὸν καὶ τὴν ἐναντιότητα πρὸς ἀλλήλω καὶ τὴν οὐσίαν αὖ τῆς ἐναντιότητος αὐτὴ ἡ ψυχὴ ἐπανιοῦσα καὶ ξυμβάλλουσα πρὸς ἄλληλα κρίνειν πειρᾶται ἡμῖν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

So. Nimium quantum, Theaetete, assequeris; et sunt de quibus rogo haec ipsa.

Theae. At hercle, Socrate, equidem non potuero dicere, nisi quod mihi videtur nullum omnino esse huiusmodi instrumentum horum proprium, ut illorum, sed ipse per se animus communia mihi videtur de omnibus perscrutari.

So. Pulcher enim es, Theaetete, non, ut Theodorus dixit, deformis; nam qui pulchre dicit is pulcher ac bonus. praeterquam vero quod pulcher es, bene hoc fecisti quod admodum longam mihi orationem remisisti, si videtur tibi nonnulla ipse per se animus spectare, nonnulla per corporis facultates. hoc enim erat quod etiam mihi videbatur, quodque cupiebam tibi quoque visum.

Theae. Ac videtur quidem.

So. In utro igitur numeras id quod est? hoc enim maxime omnibus adhaeret.

Theae. Equidem in eis quae ipse animus per se appetit.

So. Num etiam simile ac dissimile, et idem ac diversum?

Theae. Ita.

So. Quid? pulchrum et deforme, bonum et malum?

Theae. Etiam haec mihi videtur quam maxime quomodo inter se habeant perscrutari, in semet ipso praeterita et praesentia cum futuris conferens.

So. Agedum: nonne duri duritiem per tactum sentiet et mollis mollitiem similiter?

Theae. Ita.

So. De hoc vero, quod sint et qualia sint et quod inter se repugnent itemque qualis sit haec repugnantia, ipse animus multum et diu secum agitans eaque inter se comparans iudicare studet nobis.

Theae. Sane quidem.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ μὲν εὐθὺς γενομένοις πάρεστι φύσει αἰσθά*νεσθαι ἀνθρώποις τε καὶ θηρίοις, ὅσα διὰ τοῦ C
σώματος παθήματα ἐπὶ τὴν ψυχὴν τείνει, τὰ δὲ περὶ τούτων ἀναλογίσματα πρός τε οὐσίαν καὶ ὠφέλειαν μόγις καὶ ἐν χρόνῳ διὰ πολλῶν πραγμάτων καὶ παιδείας παραγίγνεται, οἷς ἂν καὶ παραγίγνηται;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Οἷόν τε οὖν ἀληθείας τυχεῖν, ᾧ *) μηδὲ οὐσίας;

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον.

ΣΩ. Οὗ δὲ ἀληθείας τις ἀτυχήσει, ποτὲ τούτου ἐπιστήμων ἔσται;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς ἄν, ὦ * Σώκρατες; D

ΣΩ. Ἐν μὲν ἄρα τοῖς παθήμασιν οὐκ ἔνι ἐπιστήμη, ἐν δὲ τῷ περὶ ἐκείνων ξυλλογισμῷ· οὐσίας γὰρ καὶ ἀληθείας ἐνταῦθα μέν, ὡς ἔοικε, δυνατὸν ἅψασθαι, ἐκεῖ δὲ ἀδύνατον.

ΘΕΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἦ οὖν ταὐτὸν ἐκεῖνό τε καὶ τοῦτο καλεῖς, τοσαύτας διαφορὰς ἔχοντε;

ΘΕΑΙ. Οὔκουν ἂν δὴ **) δίκαιόν γε.

ΣΩ. Τί οὖν δὴ ἐκείνῳ ἀποδίδως ὄνομα, τῷ ὁρᾶν, ἀκούειν, ὀσφραίνεσθαι, ψύχεσθαι, θερμαίνεσθαι;

ΘΕΑΙ. Αἰσθάνεσθαι * ἔγωγε· τί γὰρ ἄλλο; E

ΣΩ. Ξύμπαν ἄρ' αὐτὸ καλεῖς αἴσθησιν;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Ὧι γε, φαμέν, οὐ μέτεστιν ἀληθείας ἅψασθαι· οὐδὲ γὰρ οὐσίας.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Οὐδ' ἄρ' ἐπιστήμης.

ΘΕΑΙ. Οὐ γάρ.

ΣΩ. Οὐκ ἄρ' ἂν εἴη ποτέ, ὦ Θεαίτητε, αἴσθησίς τε καὶ ἐπιστήμη ταὐτόν.

ΘΕΑΙ. Οὐ φαίνεται, ὦ Σώκρατες. καὶ μάλιστά

---

*) Ισ. οὗ.

**) Ισ. Οὔκουν δὴ δ.

So. Nonne eas quidem affectiones ſtatim ut nati ſunt poſſunt ſentire et homines et beſtiae, quae per corpus ad animum tendunt, collationes vero earum, quatenus ſint et utilitatem afferant, aegre et multo poſt multa per negotia et inſtitutionem obtingunt, ſi quibus contingunt?

Theae. Prorſus ita habet.

So. Num quis poteſt veritatem eius asſequi, quod ne quatenus ſit quidem asſequitur?

Theae. Fieri id nequit.

So. Cuius vero veritatem quis non asſequetur, num umquam eius ſciens erit?

Theae. At qui ſit, Socrate?

So. In affectionibus igitur nulla ineſt ſcientia, ſed in earum collatione; id enim quod eſt et verum hic quidem, ut patet, poſſumus attingere, illic vero non poſſumus.

Theae. Videtur vero.

So. Num etiam idem illud et hoc vocas, quae tantopere inter ſe differant?

Theae. Minime quidem par eſt.

So. Iam quodnam das nomen illi, viſui, auditui, olſactui, refrigerationi, calefactui?

Theae. Senſus equidem; quodnam enim aliud?

So. Univerſum ergo hoc vocas ſenſum?

Theae. Neceſſe eſt.

So. In quem quidem, ut diximus, non cadit ut verum attingat; neque enim id quod eſt attingit.

Theae. Minime vero.

So. Neque igitur ſcientiam.

Theae. Minime vero.

So. Ergo numquam, Theaetete, ſenſus et ſcientia idem erunt.

Theae. Non videtur, Socrate. et maxime quidem

γε νῦν καταφανέστατον γέγονεν ἄλλο ὂν αἰσθήσεως ἐπιστήμη.

ΣΩ. Ἀλλ' οὔτι * μὲν δὴ *) τούτου γε ἕνεκα ἠρχό- 187
μεθα διαλεγόμενοι, ἵνα εὕρωμεν τί ποτ' οὐκ ἔστ' ἐπιστήμη, ἀλλὰ τί ἔστιν. ὅμως δὲ τοσοῦτόν γε προβεβήκαμεν, ὥστε μὴ ζητεῖν αὐτὴν ἐν αἰσθήσει τὸ παράπαν, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ τῷ ὀνόματι, ὅ τι ποτ' ἔχει ἡ ψυχή, ὅταν αὐτὴ καθ' αὑτὴν πραγματεύηται περὶ τὰ ὄντα.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε καλεῖται, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐγῷμαι, δοξάζειν.

ΣΩ. Ὀρθῶς γὰρ οἴει, ὦ φίλε. καὶ ὅρα δὴ νῦν πάλιν ἐξ ἀρχῆς, πάντα τὰ πρόσθεν * ἐξαλείψας, εἴ τι μᾶλ- B
λον καθορᾷς, ἐπειδὴ ἐνταῦθα προελήλυθας. καὶ λέγε αὖθις τί ποτ' ἐστὶν ἐπιστήμη.

ΘΕΑΙ. Δόξαν μὲν πᾶσαν εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἀδύνατον, ἐπειδὴ καὶ ψευδής ἐστι δόξα· κινδυνεύει δὲ ἡ ἀληθὴς δόξα ἐπιστήμη εἶναι, καί μοι τοῦτο ἀποκεκρίσθω. ἐὰν γὰρ μὴ φανῇ προϊοῦσιν, ὥσπερ τὸ νῦν, ἄλλο τι πειρασόμεθα λέγειν.

ΣΩ. Οὕτω μέντοι χρή, ὦ Θεαίτητε, λέγειν προθύμως μᾶλλον, ἢ ὡς τὸ πρῶτον ὤκνεις ἀποκρίνεσθαι. ἐὰν γὰρ οὕτω δρῶμεν, δυεῖν θάτερον, ἢ εὑρήσομεν ἐφ' ὃ ἐρ-
χό*μεθα, ἢ ἧττον οἰησόμεθα εἰδέναι ὃ μηδαμῇ ἴσμεν· καί- C
τοι οὐκ ἂν εἴη μεμπτὸς μισθὸς ὁ τοιοῦτος. καὶ δὴ καὶ νῦν τί φῄς; δυεῖν ὄντοιν εἰδέοιν δόξης, τοῦ μὲν ἀληθινοῦ, ψευδοῦς δὲ τοῦ ἑτέρου, τὴν ἀληθῆ δόξαν ἐπιστήμην ὁρίζει;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε· τοῦτο γὰρ αὖ νῦν μοι φαίνεται.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἔτ' ἄξιον περὶ δόξης ἀναλαβεῖν πάλιν;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΣΩ. Θράττει μέ πως νῦν τε καὶ ἄλλοτε δὴ πολλάκις, ὥστ' ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ πρὸς ἐ*μαυτὸν καὶ πρὸς ἄλλον D

---

*) γρ. ΣΩ. Καὶ μάλιστα — ἐπιστήμη· ἀλλ' οὔτι μὲν δή κτλ.

nunc perſpicuum eſt factum, diverſum quid a ſenſu eſſe ſcientiam.

So. Nequaquam tamen iccirco inſtituimus diſſerere, ut inveniremus, quid non eſſet ſcientia, ſed, quid eſſet. attamen tantum certe profecimus, ut eam nullo iam modo quaeramus in ſenſu, ſed in eo nomine, quod invenit animus, quum ipſe per ſe ſtudioſe ea quae ſunt anquirit.

Theae. Iam vero hoc dicitur, Socrate, ut opinor, iudicare.

So. Recte ſane opinaris, atque vide, quaeſo, nunc rurſus ab initio, omnibus ſuperioribus oblitteratis, numquid magis perſpicias, quum eo proceſſeris. iam dic iterum quid tandem ſit ſcientia.

Theae. Iudicium quidem omne dicere, Socrate, non poſſumus, quoniam etiam falſum eſt iudicium; videtur tamen verum iudicium ſcientia eſſe, et hoc mihi reſponſum eſto. nam ſi nobis procedentibus non ita apparebit, ut nunc, aliud quid conabimur dicere.

So. Ita ſane te oportet, Theaetete, dicere impigre magis, quam, quod prius feciſti, cunctari reſpondere. nam ſi hoc facimus, alterum de duobus eveniet, ut vel inveniamus ad quod aggredimur vel minus arbitremur ſcire quod nullo modo ſcimus; quod quidem haud contemnendum erit praemium. atque etiam nunc quid dicis? duae quum ſint ſpecies iudicii, una verum, falſum altera, verum iudicium ſcientiam definis?

Theae. Ego vero; hoc enim nunc mihi videtur.

So. Nonne etiam operae eſt pretium de iudicio illud repetere?

Theae. Quid quaeſo dicis?

So. Scrupulus neſcio qui me ſtimulat ac pungit et nunc et alias ſaepe, ita ut magnopere aeſtuem adverſus

γεγονέναι, οὐκ ἔχοντα εἰπεῖν τί ποτ᾽ ἐστὶ τοῦτο τὸ πάθος παρ᾽ ἡμῖν καὶ τίνα τρόπον ἐγγιγνόμενον.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον δή;

ΣΩ. Τὸ δοξάζειν τινὰ ψευδῆ. σκοπῶ δὴ *) καὶ νῦν ἔτι διστάζων, πότερον ἐάσομεν αὐτὸ ἢ ἐπισκεψόμεθα ἄλλον τρόπον, ἢ ὀλίγον πρότερον.

ΘΕΑΙ. Τί μήν, ὦ Σώκρατες; εἴπερ γε καὶ ὁπῃοῦν φαίνεται δεῖν; ἄρτι γὰρ οὐ κακῶς γε σὺ καὶ ὁ Θεόδωρος ἐλέγετε σχολῆς πέρι, ὡς οὐδὲν ἐν τοῖς τοιοῖσδε κατεπείγει.

ΣΩ. * Ὀρθῶς ὑπέμνησας. ἴσως γὰρ οὐκ ἄπο καιροῦ E πάλιν ὥσπερ ἴχνος μετελθεῖν· κρεῖττον γάρ που σμικρὸν εὖ ἢ πολὺ μὴ ἱκανῶς περᾶναι.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Πῶς οὖν; τί δὴ καὶ λέγομεν; ψευδῆ φαμὲν ἑκάστοτε εἶναι δόξαν, καί τινα ἡμῶν δοξάζειν ψευδῆ, τὸν δ᾽ αὖ ἀληθῆ, ὡς φύσει οὕτως ἐχόντων;

ΘΕΑΙ. Φαμὲν γὰρ δή.

ΣΩ. Οὐκοῦν τόδε γ᾽ ἔσθ᾽ ἡμῖν περὶ πάντα * καὶ 188
καθ᾽ ἕκαστον, ἤτοι εἰδέναι ἢ μὴ εἰδέναι; μανθάνειν γὰρ καὶ ἐπιλανθάνεσθαι μεταξὺ τούτων ὡς ὄντα χαίρειν λέγω ἐν τῷ παρόντι· νῦν γὰρ ἡμῖν πρὸς λόγον ἐστὶν οὐδέν.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μήν, ὦ Σώκρατες, ἄλλο γ᾽ οὐδὲν λείπεται περὶ ἕκαστον πλὴν εἰδέναι ἢ μὴ εἰδέναι.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἤδη ἀνάγκη τὸν δοξάζοντα δοξάζειν ἢ ὧν τι οἶδεν ἢ μὴ οἶδεν;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Καὶ μὴν εἰδότα γε μὴ εἰδέναι τὸ αὐτὸ ἢ μὴ εἰδότα εἰδέ*ναι ἀδύνατον. B

ΘΕΑΙ. Πῶς δ᾽ οὔ;

ΣΩ. Ἆρ᾽ οὖν ὁ τὰ ψευδῆ δοξάζων, ἃ οἶδε, ταῦτα οἴεται οὐ ταῦτα εἶναι, ἀλλὰ ἕτερ᾽ ἄττα ὧν οἶδε, καὶ ἀμφότερα εἰδὼς ἀγνοεῖ αὖ ἀμφότερα;

---

*) Is. δὲ.

me et alterum, quum nesciam dicere qualis haec sit affectio in nobis et qua tandem ratione exsistat.

Theae. Quale tandem istud est?

So. Hoc, num quis falsa iudicet. quaero etiam nunc dubitans, utrum sinamus hoc an consideremus alia ratione, quam paullo ante.

Theae. Quidni, Socrate? siquidem id, quacumque demum ratione fit, necesse esse apparet? nuper enim haud male tu et Theodorus dixistis de otio, nihil videlicet his in causis urgere.

So. Recte animadvertisti. forsitan enim haud alienum fuerit id iterum tamquam vestigium persequi; melius autem haud dubie pauca bene quam multum non satis perficere.

Theae. Quidni?

So. Quomodo igitur? quid quaeso ponere possumus? falsumne dicimus quandoque esse iudicium et aliquem nostrûm iudicare falsa, alium contra vera, quippe quae naturâ ita se habeant?

Theae. Dicimus vero.

So. Nonne hoc quidem in nos cadit in omnibus et in singulis, ut aut sciamus aut nesciamus? discere enim et oblivisci, quae interiecta sunt inter haec media, valere iubeo in praesentia; nunc enim nobis ad quaestionem propositam nihil pertinent.

Theae. Enimvero, Socrate, nihil certe aliud relinquitur in quaque causa nisi ut sciamus aut nesciamus.

So. Iam nonne necesse est iudicantem iudicare quid eorum quae sciat vel quae nesciat?

Theae. Necesse est.

So. Atqui ut sciens idem nesciat vel nesciens sciat fieri non potest.

Theae. Qui possit fieri?

So. Num igitur, qui falsa iudicat ea quae scit, haec arbitratur non haec esse, sed alia quaedam ex eis quae scit, et utraque sciens ignorat idem utraque?

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἀδύνατον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλ' ἄρα, ἃ μὴ οἶδεν, ἡγεῖται αὐτὰ εἶναι ἕτερ' ἄττα ὧν μὴ οἶδε, καὶ τοῦτ' ἔστι τῷ μήτε Θεαίτητον μήτε Σωκράτη εἰδότι, εἰς τὴν διάνοιαν λαβεῖν ὡς ὁ Σωκράτης Θεαίτητος ἢ ὁ Θεαίτητος Σωκράτης;

ΘΕΑΙ. * Καὶ πῶς ἄν; C

ΣΩ. Ἀλλ' οὐ μήν, ἅ γέ τις οἶδεν, οἴεταί που ἃ μὴ οἶδεν αὐτὰ εἶναι, οὐδ' αὖ ἃ μὴ οἶδεν, ἃ οἶδεν.

ΘΕΑΙ. Τέρας γὰρ ἔσται.

ΣΩ. Πῶς οὖν ἄν τις ἔτι ψευδῆ δοξάσειεν; ἐκτὸς γὰρ τούτων ἀδύνατόν που δοξάζειν, ἐπείπερ πάντ' ἢ ἴσμεν ἢ οὐκ ἴσμεν, ἐν δὲ τούτοις οὐδαμοῦ φαίνεται δυνατὸν ψευδῆ δοξάσαι.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ ταύτῃ σκεπτέον ὃ ζητοῦμεν, κατὰ τὸ εἰδέναι καὶ μὴ εἰδέναι ἰόντας, ἀλλὰ κατὰ τὸ εἶναι * καὶ μή; D

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΣΩ. Μὴ ἁπλοῦν ᾖ ὅτι ὁ τὰ μὴ ὄντα περὶ ὁτουοῦν δοξάζων οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ ψευδῆ δοξάσει, κἂν ὁπωσοῦν ἄλλως τὰ τῆς διανοίας ἔχῃ.

ΘΕΑΙ. Εἰκός γ' αὖ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Πῶς οὖν; τί ἐροῦμεν, ὦ Θεαίτητε, ἐάν τις ἡμᾶς ἀνακρίνῃ Δυνατὸν δὲ *) ὁτῳοῦν ὃ λέγετε, καί τις ἀνθρώπων τὸ μὴ ὂν δοξάσει, εἴτε περὶ τῶν ὄντων του εἴτε αὐτὸ καθ' αὑτό; Καὶ ἡμεῖς δή, ὡς ἔοικε, πρὸς ταῦτα φήσομεν Ὅταν γε ἀ*ληθῆ μὴ οἴηται οἰόμενος. — E ἢ πῶς ἐροῦμεν;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἦ οὖν καὶ ἄλλοθί που τὸ τοιοῦτόν ἐστιν;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Εἴ τις ὁρᾷ μέν τι, ὁρᾷ δὲ οὐδέν.

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

---

*) ἴσ. δή.

Theae. At fieri hoc nequit, Socrate.

So. Num vero quae nefcit, arbitratur ea effe alia quaedam ex eis quae nefcit, et poteft is qui neque Theaetetum neque Socratem novit, animum inducere Socratem Theaetetum vel Theaetetum Socratem effe?

Theae. Et qui hoc fiat?

So. Atqui nemo quae fcit ea arbitratur illa effe quae nefciat, neque etiam quae nefcit ea quae fciat.

Theae. Monftrum enim erit.

So. Quomodo igitur quisquam iam falfa iudicaverit? extra haec enim fieri nequit ut quis iudicet, fiquidem omnia vel fcimus vel nefcimus, in his vero numquam fieri poffe videtur ut falfa quis iudicet.

Theae. Veriffime.

So. Numquid non ita fpectandum eft id quod quaerimus, ut fcientiam et infcientiam confideremus, fed id quod eft et non eft?

Theae. Quomodo dicis?

So. Numquid fimpliciter res fe fic habeat, ut, qui quae non funt de aliqua re opinetur, non poffit non falfa iudicare, quomodocumque alias fit animo affectus.

Theae. Confentaneum etiam iftud, Socrate.

So. Quomodo igitur? quid dicemus, Theaetete, fi quis ex nobis quaerat: Poteftne quis id facere quod dicitis, et iudicabit quisquam hominum id quod non eft, five de aliqua re five ipfum quod non eft per fe? Et nos quidem, ut patet, ad haec refpondebimus: Quando vera non opinatur opinans. — an quomodo dicemus?

Theae. Ita.

So. Num etiam alibi hoc ufu venit?

Theae. Quale?

So. Num quis videat quidem aliquid, videat autem nihil.

Theae. Et quomodo?

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν εἰ ἕν γέ τι ὁρᾷ, τῶν ὄντων τι ὁρᾷ· ἢ σὺ οἴει ποτὲ τὸ ἓν ἐν τοῖς μὴ οὖσιν εἶναι;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Ὁ ἄρα ἕν γέ τι ὁρῶν ὄν τι ὁρᾷ.

ΘΕΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. * Καὶ ὁ ἄρα τι ἀκούων ἕν τέ τι ἀκούει καὶ 189
ὂν ἀκούει.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ ὁ ἁπτόμενος δήπου ἑνός τέ του ἅπτεται καὶ ὄντος, εἴπερ ἑνός.

ΘΕΑΙ. Καὶ τοῦτο.

ΣΩ. Ὁ δὲ δὴ δοξάζων οὐχ ἕν τι δοξάζει;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Ὁ δ' ἕν τι δοξάζων οὐκ ὄν τι;

ΘΕΑΙ. Ξυγχωρῶ.

ΣΩ. Ὁ ἄρα μὴ ὂν δοξάζων οὐδὲν δοξάζει.

ΘΕΑΙ. Οὐ φαίνεται.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ὅ γε μηδὲν δοξάζων τὸ παράπαν οὐδὲ δοξάζει.

ΘΕΑΙ. Δῆλον, ὡς ἔοικεν.

ΣΩ. * Οὐκ ἄρα οἷόν τε τὸ μὴ ὂν δοξάζειν, οὔτε B
περὶ τῶν ὄντων οὔτε αὐτὸ καθ' αὑτό.

ΘΕΑΙ. Οὐ φαίνεται.

ΣΩ. Ἄλλο τι ἄρ' ἐστὶ τὸ ψευδῆ δοξάζειν τοῦ τὰ μὴ ὄντα δοξάζειν.

ΘΕΑΙ. Ἄλλο ἔοικεν.

ΣΩ. Οὔτ' ἄρ' *) οὕτως οὔτε, ὡς ὀλίγον πρότερον ἐσκοποῦμεν, ψευδής ἐστι δόξα ἐν ἡμῖν.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν δή.

ΣΩ. Ἀλλ' ἆρα ὧδε γιγνόμενον τοῦτο προσαγορεύομεν;

ΘΕΑΙ. Πῶς;

---

*) γρ. Οὔτε γάρ.

So. Atqui ſi unum aliquid videt, eorum aliquid quae ſunt videt: an tu cenſes umquam unum in eis eſſe quae non ſint?

Theae. Minime vero ego.

So. Is ergo qui unum aliquid videt id quod eſt videt.

Theae. Patet.

So. Igitur is quoque qui quid audit et unum aliquid audit et quod eſt audit.

Theae. Etiam.

So. Et qui tangit haud dubie et unum aliquid tangit et aliquid quod eſt, ſiquidem unum tangit.

Theae. Etiam hoc ita ſe habet.

So. Qui igitur iudicat, nonne unum aliquid iudicat?

Theae. Neceſſe eſt.

So. Qui vero unum aliquid iudicat, non aliquid quod eſt?

Theae. Concedo.

So. Qui ergo non iudicat quod eſt nihil iudicat.

Theae. Non videtur.

So. At vero qui nihil iudicat omnino non iudicat.

Theae. Perſpicuum, ut patet.

So. Ergo non poteſt fieri ut quis iudicet quod non ſit, neque de iis quae ſunt neque, ipſum quod non eſt per ſe.

Theae. Non videtur.

So. Aliud igitur quid eſt falſum judicare quam ea quae non ſunt iudicare.

Theae. Aliud, ut patet.

So. Neque igitur ita neque ſic, ut paullo ante conſiderabamus, falſum eſt iudicium in nobis.

Theae. Nulla ſane ratione.

So. Num vero hoc modo exſiſtit illud quod ita vocamus?

Theae. Quomodo?

ΣΩ. Ἀλλοδοξίαν τινὰ οὖσαν ψευδῆ φαμὲν εἶναι δόξαν, ὅταν τίς τι τῶν ὄντων ἄλλο αὖ * τῶν ὄντων, ἀνταλλαξάμενος τῇ διανοίᾳ, φῇ εἶναι. οὕτω γὰρ ὂν μὲν ἀεὶ δοξάζει, ἕτερον δὲ ἀνθ' ἑτέρου, καὶ ἁμαρτάνων οὗ ἐσκόπει δικαίως ἂν καλοῖτο ψευδῆ δοξάζων. C

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατά μοι νῦν δοκεῖς εἰρηκέναι. ὅταν γάρ τις ἀντὶ καλοῦ αἰσχρὸν ἢ ἀντὶ αἰσχροῦ καλὸν δοξάζῃ, τότε ὡς ἀληθῶς δοξάζει ψευδῆ.

ΣΩ. Δῆλος εἶ, ὦ Θεαίτητε, καταφρονῶν μου καὶ οὐ δεδιώς.

ΘΕΑΙ. Τί μάλιστα;

ΣΩ. Οὐκ ἄν, οἶμαι, σοὶ δοκῶ τοῦ ἀληθῶς ψεύδους ἀντιλαβέσθαι, * ἐρόμενος εἰ οἷόν τε ταχὺ βραδέως ἢ κοῦφον βαρέως ἢ ἄλλο τι ἐναντίον μὴ κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ ἐναντίου γίγνεσθαι ἑαυτῷ ἐναντίως. τοῦτο μὲν οὖν, ἵνα μὴ μάτην θαῤῥήσῃς, ἀφίημι. ἀρέσκει δέ, ὡς φῄς, τὸ τὰ ψευδῆ δοξάζειν ἀλλοδοξεῖν εἶναι; D

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Ἔστιν ἄρα κατὰ τὴν σὴν δόξαν ἕτερόν τι ὡς ἕτερον καὶ μὴ ὡς ἐκεῖνο τῇ διανοίᾳ τίθεσθαι.

ΘΕΑΙ. Ἔστι μέντοι.

ΣΩ. Ὅταν οὖν τοῦθ' ἡ διάνοιά του δρᾷ, οὐ καὶ ἀ*νάγκη αὐτὴν ἤτοι ἀμφότερα ἢ τὸ ἕτερον διανοεῖσθαι; E

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἤτοι ἅμα γε ἢ ἐν μέρει;

ΘΕΑΙ. Κάλλιστα. *)

ΣΩ. Τὸ δὲ διανοεῖσθαι ἆρ', ὅπερ ἐγώ, καλεῖς;

ΘΕΑΙ. Τί καλῶν;

ΣΩ. Λόγον ὃν αὐτὴ πρὸς αὑτὴν ἡ ψυχὴ διεξέρχεται περὶ ὧν ἂν σκοπῇ. ὥς γε μὴ εἰδώς σοι ἀποφαίνομαι· τοῦτο γάρ μοι ἰνδάλλεται διανοουμένη, οὐκ ἄλλο τι ἢ διαλέγεσθαι, αὐτὴ ἑαυτὴν ἐρωτῶσα * καὶ ἀποκρινομένη, καὶ φάσκουσα καὶ οὐ φάσκουσα. ὅταν δὲ ὁρίσασα, 190

---

*) ἴσ. Μάλιστα.

So. Falſum dicimus iudicium eſſe, pro confuſo quodam id habentes, quum quis quid eorum quae ſunt aliud quid eorum quae ſunt, utraque permutans cogitatione, contendit eſſe. ita enim quod eſt ſemper iudicat, aliud vero pro alio, et aberrans ab eo quod ſpectabat iure dicetur falſum iudicare.

Theae. Rectiſſime mihi nunc videris dixiſſe. quum enim quis pro pulchro deforme vel pro deformi pulchrum quid iudicat, tum vere iudicat falſa.

So. Patet te, Theaetete, me contemnere nec vereri.

Theae. Quid potiſſimum?

So. Non, ut opinor, tibi videor hoc *vere falſa* arrepturus eſſe ad reprehendendum, interrogans, an fieri poſſit ut celere tarde vel leve graviter vel aliud quid contrarii non ſecundum ſuam ipſum, ſed contrarii naturam contra atque ipſum ſit eveniat. hoc tamen, ut ne fruſtra confidens fueris, remitto. placet vero, ut dicis, falſa iudicare eſſe confuſa iudicare.

Theae. Mihi vero.

So. Poteſt igitur ex tua opinione diverſum quid ut diverſum, non ut illud animo comprehendi.

Theae. Poteſt vero.

So. Quod ſi cuius animus facit, nonne etiam neceſſe eſt eum vel utrumque vel alterum cogitare?

Theae. Ac neceſſe quidem eſt.

So. Vel ſimul vel alternis?

Theae. Maxime vero.

So. Cogitare vero num idem quod ego vocas?

Theae. Quid tu vocas?

So. Orationem quam ipſe per ſe animus perſequitur de his quae perſcrutatur. quippe neſciens tibi id expono; nam ut mihi obverſatur, videtur animus, ſi cogitat, nihil aliud quam colloqui, ſe ipſe interrogans et reſpondens, et dicens ac negans. quum vero definivit,

εἴτε βραδύτερον εἴτε καὶ ὀξύτερον ἐπαΐξασα, τὸ αὐτὸ ἤδη φῇ καὶ μὴ διστάζῃ, δόξαν ταύτην τίθεμεν αὐτῆς. ὥστ' ἔγωγε τὸ δοξάζειν λέγειν καλῶ καὶ τὴν δόξαν λόγον εἰρημένον, οὐ μέντοι πρὸς ἄλλον οὐδὲ φωνῇ, ἀλλὰ σιγῇ πρὸς αὑτόν. σὺ δὲ τί;

ΘΕΑΙ. Κἀγώ.

ΣΩ. Ὅταν ἄρα τις τὸ ἕτερον ἕτερον δοξάζῃ, καὶ φησίν, ὡς ἔοικε, τὸ ἕτερον ἕτερον εἶναι πρὸς ἑαυτόν.

ΘΕΑΙ. * Τί μήν; B

ΣΩ. Ἀναμιμνήσκου δὴ εἰ πώποτ' εἶπες πρὸς σεαυτόν, ὅτι παντὸς μᾶλλον τό τοι καλὸν αἰσχρόν ἐστιν ἢ τὸ ἄδικον δίκαιον, ἢ καί, τὸ πάντων κεφάλαιον, σκόπει εἴ ποτ' ἐπεχείρησας σεαυτὸν πείθειν ὡς παντὸς μᾶλλον τὸ ἕτερον ἕτερόν ἐστιν, ἢ πᾶν τοὐναντίον οὐδ' ἐν ὕπνῳ πώποτε ἐτόλμησας εἰπεῖν πρὸς σεαυτὸν ὡς παντάπασιν ἄρα τὰ περιττὰ ἄρτιά ἐστιν ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ἄλλον δέ τινα οἴει ὑ*γιαίνοντα ἢ μαινόμενον *) C τολμῆσαι σπουδῇ πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν, ἀναπείθοντα αὑτόν, ὡς ἀνάγκη τὸν βοῦν ἵππον εἶναι ἢ τὰ δύο ἕν;

ΘΕΑΙ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ τὸ λέγειν πρὸς ἑαυτὸν δοξάζειν ἐστίν, οὐδεὶς ἀμφότερά γε λέγων καὶ δοξάζων καὶ ἐφαπτόμενος ἀμφοῖν τῇ ψυχῇ εἴποι ἂν καὶ δοξάσειεν ὡς τὸ ἕτερον ἕτερόν ἐστιν. ἐατέον δὲ καὶ σοὶ τὸ ῥῆμα περὶ τοῦ ἑτέρου· λέγω γὰρ αὐτὸ τῇδε **), μηδένα δοξάζειν ὡς τὸ αἰσχρὸν καλὸν ἢ ἄλλο τι * τῶν τοιούτων. D

ΘΕΑΙ. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ἐῶ τε καί μοι δοκεῖ ὡς λέγεις.

ΣΩ. Ἄμφω μὲν ἄρα δοξάζοντα ἀδύνατον τὸ ἕτερον ἕτερον δοξάζειν.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τὸ ἕτερόν γε μόνον δοξάζων, τὸ

*) ἴσ. ὑγιαίνοντα τολμῆσαι.

**) ἴσ. αὖ τῇδε.

ſive tardius ſive celerius id aggreſſus eſt, et idem iam dicit nec dubitat, hoc iudicium eius ponimus. quocirca equidem iudicare dico dicere et iudicium orationem dictam, non tamen alteri nec voce, ſed tacite ſibi ipſi. quid tu?

Theae. Et ego quoque ſic ſtatuo.

So. Quum igitur aliquis alterum iudicat alterum, etiam dicit, ut patet, ſibi ipſe alterum eſſe alterum.

Theae. Quidni?

So. Recordare igitur, num umquam dixeris ad te ipſe, omni modo pulchrum eſſe deforme vel iniuſtum iuſtum, vel etiam, ut omnia ſummatim complectar, vide num umquam conatus ſis tibi ipſe perſuadere omni modo alterum eſſe alterum, an plane ex contrario ne ſomno quidem umquam ſustinueris dicere tibi ipſe omnino imparia eſſe paria vel alia generis eiusdem.

Theae. Vera dicis.

So. Alium vero quempiam arbitraris qui ſanae ſit mentis ſustinere ſerio ſibi ipſum dicere, perſuadentem ſibimet ipſum, neceſſario bovem eſſe equum vel duo unum?

Theae. Non mehercule equidem arbitror.

So. Itaque ſi dicere ad ſe ipſum iudicare eſt, nemo utrumque et dicens et iudicans et attingens animo dicet et iudicabit alterum eſſe alterum. mittendum vero etiam tibi eſt illud quod dixiſti de altero: dico enim rurſus hoc, neminem iudicare deforme eſſe pulchrum vel aliud quid id genus.

Theae. Sane, Socrate, et mitto illud et videtur mihi ut dicis.

So. Utrumque igitur ſi iudicat, fieri nequit ut alterum eſſe alterum iudicet.

Theae. Conſentaneum.

So. At vero qui alterum tantum iudicat, alterum

δὲ ἕτερον μηδαμῇ, οὐδέποτε δοξάσει τὸ ἕτερον ἕτερον εἶναι.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις· ἀναγκάζοιτο γὰρ ἂν ἐφάπτεσθαι καὶ οὗ μὴ δοξάζει.

ΣΩ. Οὔτ᾽ ἄρ᾽ ἀμφότερα οὔτε τὸ ἕτερον δοξάζοντι ἐγχωρεῖ ἀλλοδοξεῖν. ὥστ᾽ εἴ τις ὁ*ριεῖται δόξαν εἶναι ψευδῆ E
τὸ ἑτεροδοξεῖν, οὐδὲν ἂν λέγοι· οὔτε γὰρ ταύτῃ οὔτε κατὰ τὰ πρότερα φαίνεται ψευδὴς ἐν ἡμῖν οὖσα δόξα.

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔοικεν.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι, ὦ Θεαίτητε, εἰ τοῦτο μὴ φανήσεται ὄν, πολλὰ ἀναγκασθησόμεθα ὁμολογεῖν καὶ ἄτοπα.

ΘΕΑΙ. Τὰ ποῖα δή;

ΣΩ. Οὐκ ἐρῶ σοι, πρὶν ἂν πανταχῇ πειραθῶ σκοπῶν· αἰσχυνοίμην γὰρ ἂν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐν ᾧ ἀποροῦμεν, ἀναγκαζομένων ὁμολογεῖν οἷα λέγω. ἀλλ᾽ ἐὰν * εὕρωμεν 19
καὶ ἐλεύθεροι γενώμεθα, τότ᾽ ἤδη περὶ τῶν ἄλλων ἐροῦμεν ὡς πασχόντων αὐτά, ἐκτὸς *) τοῦ γελοίου ἑστῶτες· ἐὰν δὲ πάντῃ ἀπορήσωμεν, ταπεινωθέντες, οἶμαι, τῷ λόγῳ παρέξομεν ὡς ναυτιῶντες πατεῖν τε καὶ χρῆσθαι ὅ τι ἂν βούληται. ᾗ οὖν ἔτι πόρον τινὰ εὑρίσκω τοῦ ζητήματος ἡμῖν, ἄκουε.

ΘΕΑΙ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Οὔ φήσω ἡμᾶς ὀρθῶς ὁμολογῆσαι, ἡνίκα ὡμολογήσαμεν, ἅ τις οἶδεν, ἀδύνατον δοξάσαι ἃ μὴ οἶδεν εἶναι αὐτά, καὶ * ψευσθῆναι, ἀλλά πῃ δυνατόν. B

ΘΕΑΙ. Ἆρα λέγεις, ὃ καὶ ἐγὼ τότε ὑπώπτευσα, ἡνίκ᾽ αὐτὸ ἔφαμεν, τοιοῦτον εἶναι, ὅτι ἐνίοτ᾽ ἐγὼ γιγνώσκων Σωκράτη, πόῤῥωθεν δὲ ὁρῶν ἄλλον ὃν οὐ γιγνώσκω, ᾠήθην εἶναι Σωκράτη ὃν οἶδα; γίγνεται γὰρ δὴ ἐν τῷ τοιούτῳ οἷον λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀπέστημεν αὐτοῦ, ὅτι ἃ ἴσμεν, ἐποίει ἡμᾶς εἰδότας μὴ εἰδέναι;

---

*) Ἴσ. πασχόντων, αὐτοὶ ἐκτ.

vero nullo modo, is numquam iudicabit alterum esse alterum.

Theae. Vera dicis; cogeretur enim attingere etiam quod non iudicat.

So. Igitur neque qui utrumque neque qui alterutrum iudicat, poterit aliud quid iudicare. quocirca, si quis iudicium falsum ita definierit ut sit aliud quid iudicare, nihil dicet; neque enim hac ratione neque secundum praegressa videtur falsum in nobis esse iudicium.

Theae. Non videtur.

So. At vero, Theaetete, si hoc non esse apparuerit, multa cogemur concedere pugnantia.

Theae. Qualia tandem?

So. Non dicam tibi prius quam in omnes partes conatus fuero perpendere; puderet enim me nostro nomine, si, dum haesitamus, cogeremur confiteri ea quae dico. at quum invenerimus et liberi exstiterimus, tum demum de ceteris loquemur quibus hoc accidat, ipsi extra risum constituti: sin prorsus haesitamus, submissi, opinor, orationi trademus nos tamquam nauseantes conculcandos et accipiendos quomodocumque voluerit. itaque quatenus viam aliquam adhuc invenerim nostrae quaestionis, accipe.

Theae. Dic modo.

So. Negabo nos recte concessisse, quum concesserimus fieri non posse ut aliquis ea quae sciret iudicaret esse ea quae nesciret et falleretur, sed fieri hoc aliqua ratione posse.

Theae. Num dicis, quod ego quoque tum suspicabar, quum de hoc loqueremur, tale hoc esse, nonnumquam videlicet me Socratem cognoscentem, eminus vero conspicientem alium, quem non cognoscam, opinari esse Socratem quem cognoscam? fit enim hac in causa id quod dicis.

So. Nonne destitimus ab eo, quia efficiebat ut nos quae sciremus scientes nesciremus?

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Μὴ γὰρ οὕτω τιθῶμεν, ἀλλ' ὧδε· καὶ ἴσως πῃ
ἡμῖν ξυγχωρήσεται, ἴσως δὲ ἀντι*τενεῖ. ἀλλὰ γὰρ ἐν τῷ C
τοιούτῳ ἐχόμεθα, ἐν ᾧ ἀνάγκη πάντα μεταστρέφοντα λό-
γον βασανίζειν. σκόπει οὖν εἴ τι λέγω. ἆρα ἔστι μὴ εἰδότα
τι πρότερον ὕστερον μαθεῖν;

ΘΕΑΙ. Ἔστι μέντοι.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ αὖθις ἕτερον καὶ ἕτερον;

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὔ;

ΣΩ. Θὲς δή μοι λόγου ἕνεκα ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν
ἐνὸν κήρινον ἐκμαγεῖον, τῷ μὲν μεῖζον, τῷ δ' ἔλατ-
τον, καὶ τῷ μὲν καθαρωτέρου κηροῦ, τῷ δὲ κοπρωδε-
στέρου, καὶ σκληροτέρου, ἐνίοις δὲ ὑγροτέρου, * ἔστι δ' D
οἷς μετρίως ἔχοντος.

ΘΕΑΙ. Τίθημι.

ΣΩ. Δῶρον τοίνυν αὐτὸ φῶμεν εἶναι τῆς τῶν Μου-
σῶν μητρὸς Μνημοσύνης, καὶ ἐς τοῦτο, ὅ τι ἂν βουλη-
θῶμεν μνημονεῦσαι ὧν ἂν ἴδωμεν ἢ ἀκούσωμεν ἢ αὐτοὶ
ἐννοήσωμεν, ὑπέχοντες αὐτὸ ταῖς αἰσθήσεσι καὶ ἐννοίαις,
ἀποτυποῦσθαι, ὥσπερ δακτυλίων σημεῖα ἐνσημαινομένους·
καὶ ὃ μὲν ἂν ἐκμαγῇ, μνημονεύειν τε καὶ ἐπίστασθαι,
ἕως ἂν ἐνῇ τὸ εἴδωλον αὐτοῦ· ὅταν δὲ ἐξαλειφθῇ ἢ μὴ
οἷόν τε γένηται ἐκ*μαγῆναι, ἐπιλελῆσθαί τε καὶ μὴ ἐπί- E
στασθαι.

ΘΕΑΙ. Ἔστω οὕτως.

ΣΩ. Ὁ τοίνυν ἐπιστάμενος μὲν αὐτά, σκοπῶν δέ
τι ὧν ὁρᾷ ἢ ἀκούει, ἄθρει εἰ ἄρα τοιῷδε τρόπῳ ψευδῆ
ἂν δοξάσαι.

ΘΕΑΙ. Ποίῳ δή τινι;

ΣΩ. Ἃ οἶδεν, οἰηθεὶς εἶναι τοτὲ μὲν ἃ οἶδε, τοτὲ
δὲ ἃ μή. ταῦτα γὰρ ἐν τοῖς πρόσθεν οὐ καλῶς ὡμολογή-
σαμεν ὁμολογοῦντες ἀδύνατα.

ΘΕΑΙ. Νῦν δὲ πῶς λέγεις;

ΣΩ. Δεῖ ὧδε λέ*γεσθαι περὶ αὐτῶν, ἐξ ἀρχῆς διο- 192
ριζομένους, ὅτι ὃ μέν τις οἶδεν ἔχων αὐτοῦ μνημεῖον ἐν

Theae. Sane quidem.

So. Ne igitur ita ſtatuamus, ſed ſic; et fortaſſe nobis cedet, fortaſſe autem repugnabit. enimvero in cauſa haeremus, in qua nos oportet omnem verſantes orationem explorare. vide igitur num quid dicam. fierine poteſt ut aliquis neſciens quid prius poſthac diſcat?

Theae. Poteſt vero.

So. Nonne etiam rurſus aliud et aliud?

Theae. Quidni poſſit?

So. Pone igitur mihi dicis cauſa in animis noſtris ceream ineſſe materiam in qua omnia imprimantur, eiusque in alio plus eſſe, in alio minus, et in hoc eſſe purioris cerae, in illo ſordidioris, in aliis durioris, in nonnullis mollioris, in quibusdam etiam modice ſe habentis.

Theae. Pono.

So. Donum vero hoc dicamus eſſe Muſarum matris Mnemoſynes, et in hac, quicquid velimus memoria tenere eorum quae viderimus vel audiverimus vel ipſi cogitaverimus, id exprimi a nobis, ſenſibus et cogitationibus eam ſupponentibus, quaſi annulorum ſigillis eam conſignemus; et quod exprimatur, id nos memoria tenere et ſcire, quamdiu inſit eius imago, quum vero oblitteretur vel non potuerit exprimi, nos oblivíſci et ignorare.

Theae. Eſto ita.

So. Is igitur qui ea ſcit et conſiderat aliquid eorum quae conſpicit vel audit, vide num hac fere ratione falſa poſſit iudicare.

Theae. Quali tandem?

So. Ita ut quae ſciat opinetur modo eſſe ea quae ſciat modo ea quae neſciat. haec enim in praegreſſis non recte conceſſimus fieri non poſſe.

Theae. Nunc vero quomodo dicis?

So. Oportet ita nos dicere de iſtis, ab initio definientes: fieri non poſſe ut quis, quod ſciat, monumen-

τῇ ψυχῇ, αἰσθάνεται δὲ αὐτὸ μή, τοῦτο οἰηθῆναι ἕτερόν
τι ὧν οἶδεν, ἔχοντα καὶ ἐκείνου τύπον, αἰσθανόμενον δὲ
μή, ἀδύνατον· καὶ ὅ γε οἶδεν αὖ, οἰηθῆναι εἶναι ὃ μὴ
οἶδε μηδ' ἔχει αὐτοῦ σφραγῖδα· * καὶ ὃ μὴ οἶδεν, ὃ μὴ
οἶδεν αὖ· καὶ ὃ μὴ οἶδεν, ὃ οἶδε· καὶ ὃ αἰσθάνεταί γε,
ἕτερόν τι ὧν αἰσθάνεται, οἰηθῆναι εἶναι· καὶ ὃ αἰσθάνε-
ται, ὧν τι μὴ αἰσθάνεται· καὶ ὃ μὴ αἰσθάνε*ται, ὧν μὴ B
αἰσθάνεται· καὶ ὃ μὴ αἰσθάνεται, ὧν αἰσθάνεται. καὶ ἔτι
γε αὖ ὧν *) οἶδε καὶ αἰσθάνεται καὶ ἔχει τὸ σημεῖον κατὰ
τὴν αἴσθησιν, οἰηθῆναι αὖ ἕτερόν τι ὧν οἶδε καὶ αἰσθά-
νεται καὶ ἔχει αὖ κἀκείνου τὸ σημεῖον κατὰ τὴν αἴσθησιν,
ἀδυνατώτερον ἔτι ἐκείνων, εἰ οἷόν τε. καὶ ὃ οἶδε καὶ ὃ
αἰσθάνεται ἔχων τὸ μνημεῖον ὀρθῶς, ὃ οἶδεν οἰηθῆναι
ἀδύνατον· καὶ ὃ οἶδε καὶ αἰσθάνεται ἔχων κατὰ ταὐτά, ὃ
αἰσθάνεται· καὶ ὃ αὖ μὴ οἶδε μηδὲ αἰσθάνεται, ὃ μὴ οἶδε
μη*δὲ αἰσθάνεται· καὶ ὃ μὴ οἶδε μηδὲ αἰσθάνεται, ὃ μὴ C
οἶδε· καὶ ὃ μὴ οἶδε μηδὲ αἰσθάνεται, ὃ μὴ αἰσθάνεται.
πάντα ταῦτα ὑπερβάλλει ἀδυναμίᾳ τοῦ ἐν αὐτοῖς ψευδῆ
τινὰ δοξάσαι. λείπεται δὴ ἐν τοῖς τοιοῖσδε, εἴπερ που ἄλ-
λοθι, τὸ τοιοῦτον γενέσθαι.

ΘΕΑΙ. Ἐν τίσι δή; ἐὰν ἄρα ἐξ αὐτῶν τι μᾶλλον μάθω· νῦν μὲν γὰρ οὐχ ἕπομαι.

ΣΩ. Ἐν οἷς οἶδεν, οἰηθῆναι αὐτὰ ἕτερ' ἄττα εἶναι
ὧν οἶδε καὶ αἰσθάνεται· ἢ ὧν μὴ οἶδεν, αἰσθάνεται δέ·
ἢ ὧν **) * οἶδε καὶ αἰσθάνεται, ὧν οἶδεν αὖ καὶ αἰ- D
σθάνεται.

ΘΕΑΙ. Νῦν πολὺ πλεῖον ἀπελείφθην ἢ τότε.

ΣΩ. Ὧδε δὴ ἀνάπαλιν ἄκουε. ἐγὼ εἰδὼς Θεόδωρον καὶ ἐν ἐμαυτῷ μεμνημένος οἷός ἐστι, καὶ Θεαίτητον κατὰ ταὐτά, ἄλλο τι ἐνίοτε μὲν ὁρῶ αὐτούς, ἐνίοτε δὲ οὔ, καὶ ἅπτομαί ποτ' ***) αὐτῶν, τοτὲ δ' οὔ, καὶ ἀκούω

---

*) ἴσ. ὅ.

**) ἴσ. ἅ.

***) ἴσ. τοτέ.

tum eius in animo habens, sed non sentiens, hoc opinetur aliud quid esse eorum quae sciat, eius quoque formam impressam tenens, sed non sentiens; neque ut, quod sciat, hoc opinetur esse id quod nesciat cuiusque signum nullum habeat; neque ut quod nesciat opinetur id esse quod itidem nesciat; neque quod nesciat id quod sciat; neque etiam ut, quod sentiat, id aliud quid eorum quae sentiat opinetur esse; neque, quod sentiat, eorum quid quae non sentiat; neque quae non sentiat eorum quid quae non sentiat; neque quod non sentiat eorum quid quae sentiat. ut quis vero id quod sciat et sentiat cuiusque signum habeat sensui conveniens, opinetur aliud quid esse eorum quae sciat ac sentiat et quorum signum itidem habeat sensui respondens, hoc etiam minus, si fieri potest, quam illa accidet. neque ut, quod sciat et sentiat tenens monumentum recte, id esse opinetur quod sciat fieri potest; neque ut quod sciat et sentiat, similiter monumentum habens, aliud quid esse opinetur quod sentiat; neque quod nec sciat nec sentiat aliud quid quod nec sciat neque sentiat; neque quod nec sciat nec sentiat aliud quid quod nesciat; neque quae nec sciat nec sentiat, aliud quid quod non sentiat. haec omnia nimium quantum absunt ab hoc, ut quisquam in eis falsa possit iudicare; relinquitur igitur ut in his, si usquam alibi, illud usu veniat.

Theae. In quibusnam? forsitan ex his magis intelligam; nunc enim non assequor.

So. In his: si quis, quae sciat, arbitretur haec alia quaedam esse ex eis quae sciat et sentiat; vel ex eis quae nesciat quidem, at sentiat; vel ea quae sciat et sentiat, aliqua ex eis quae itidem sciat et sentiat.

Theae. Nunc multo minus subsequor quam tum.

So. Ita igitur iterum accipe. ego cognoscens Theodorum et cum animo meo recordans qualis sit, itemque Theaetetum, nonne nonnumquam vos video, nonnumquam vero non conspicio, et attingo modo vos,

ἤ τιν᾽ ἄλλην αἴσθησιν αἰσθάνομαι, τοτὲ δ᾽ αἴσθησιν μὲν οὐδεμίαν ἔχω περὶ ὑμῶν, μέμνημαι δὲ ὑμᾶς οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπίσταμαι αὐτὸς ἐν ἐμαυτῷ;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν. E

ΣΩ. Τοῦτο τοίνυν πρῶτον μαθὲ ὧν βούλομαι δηλῶσαι, ὡς ἔστι μὲν ἃ οἶδε μὴ αἰσθάνεσθαι, ἔστι δὲ αἰσθάνεσθαι.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἃ μὴ οἶδε, πολλάκις μὲν ἔστι μηδὲ αἰσθάνεσθαι, πολλάκις δὲ αἰσθάνεσθαι μόνον;

ΘΕΑΙ. Ἔστι καὶ τοῦτο.

ΣΩ. Ἰδὲ δὴ ἐάν τι μᾶλλον νῦν ἐπίσπῃ. Σωκράτης ἐπιγιγνώσκει *) * Θεόδωρον καὶ Θεαίτητον, ὁρᾷ δὲ μηδέτε- 193
ρον, μηδὲ ἄλλη αἴσθησις αὐτῷ πάρεστι περὶ αὐτῶν, οὐκ ἄν ποτε ἐν ἑαυτῷ δοξάσειεν ὡς ὁ Θεαίτητος ἐστὶ Θεόδωρος. λέγω τι ἢ οὐδέν;

ΘΕΑΙ. Ναί, ἀληθῆ γε.

ΣΩ. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἐκείνων πρῶτον ἦν ὧν ἔλεγον.

ΘΕΑΙ. Ἦν γάρ.

ΣΩ. Δεύτερον τοίνυν, ὅτι τὸν μὲν γιγνώσκων ὑμῶν, τὸν δὲ μὴ γιγνώσκων, αἰσθανόμενος δὲ μηδέτερον, οὐκ ἄν ποτε αὖ οἰηθείην, ὃν οἶδα, εἶναι ὃν μὴ οἶδα.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΣΩ. Τρίτον δέ, μηδέτερον γιγνώσκων μηδὲ αἰσθα-
*νόμενος οὐκ ἂν οἰηθείην, ὃν μὴ οἶδα, ἕτερόν τιν᾽ εἶναι B
ὧν μὴ οἶδα. καὶ τἄλλα τὰ πρότερα πάνθ᾽ ἑξῆς νόμιζε πάλιν ἀκηκοέναι, ἐν οἷς οὐδέποτ᾽ ἐγὼ περὶ σοῦ καὶ Θεοδώρου τὰ ψευδῆ δοξάσω, οὔτε γιγνώσκων οὔτε ἀγνοῶν ἄμφω, οὔτε τὸν μέν, τὸν δ᾽ οὐ γιγνώσκων· καὶ περὶ αἰσθήσεων κατὰ ταὐτά, εἰ ἄρα ἕπει.

ΘΕΑΙ. Ἕπομαι.

ΣΩ. Λείπεται τοίνυν τὰ ψευδῆ δοξάσαι ἐν τῷδε, ὅταν γιγνώσκων σὲ καὶ Θεόδωρον, καὶ ἔχων ἐν ἐκείνῳ τῷ

---

*) ἴσ. ἐπεὶ γιγνώσκει ἢ εἰ γιγν.

modo non, alias audio vel alio ſenſu vos percipio, alias nullo ſenſu percipio, recordor autem vos nihilo minus et novi ipſe apud me?

Theae. Sane quidem.

So. Hoc igitur primum percipe ex eis quae volo declarare, fieri poſſe ut aliquis quae ſciat non ſentiat, poſſe etiam fieri, ut ſentiat.

Theae. Vera.

So. Nonne etiam quae quis neſcit, ſaepius fieri poteſt, ut ne ſentiat quidem, ſaepius vero ut ſentiat tantum?

Theae. Hoc quoque poteſt fieri.

So. Vide dum, numquid magis nunc ſubſequare; Socrates ſi cognoſcit Theodorum et Theaetetum, videt autem neutrum, neque alio eos ſenſu percipit, numquam ſecum opinabitur Theaetetum eſſe Theodorum. dicone aliquid an nihil?

Theae. Ac vera quidem.

So. Hoc igitur illorum primum erat quae dixi.

Theae. Erat vero.

So. Secundum autem erat, me unum de vobis cognoſcentem, alterum non cognoſcentem, neutrum vero ſentientem, numquam opinaturum eſſe, quem noverim eſſe eum quem non noverim.

Theae. Et recte quidem.

So. Tertium: me neutrum cognoſcentem neque ſentientem non opinaturum quem non noverim alium quem eſſe ex eis quos non noverim. et cetera quae reliquà ſunt omnia deinceps puta te iterum audiſſe, in quibus numquam ego de te et Theodoro falſa iudicabo, neque cognoſcens neque ignorans ambo, neque hunc cognoſcens, illum vero non cognoſcens; et eadem eſt ſenſuum ratio, ſiquidem ſequeris.

Theae. Sequor.

So. Relinquitur igitur ut falſa iudicare liceat in hac cauſa, quum cognoſcens te et Theaetetum et ha-

κηρίνῳ * ὥσπερ δακτυλίων σφῷν ἀμφοῖν τὰ σημεῖα, διὰ C μακροῦ καὶ μὴ ἱκανῶς ὁρῶν ἄμφω προθυμηθῶ, τὸ οἰκεῖον ἑκατέρου σημεῖον ἀποδοὺς τῇ οἰκείᾳ ὄψει, ἐμβιβάσας προσαρμόσαι εἰς τὸ ἑαυτῆς ἴχνος, ἵνα γένηται ἀναγνώρισις, εἶτα τούτων ἀποτυχὼν καὶ ὥσπερ οἱ ἔμπαλιν ὑποδούμενοι παραλλάξας προσβάλω τὴν ἑκατέρου ὄψιν πρὸς τὸ ἀλλότριον σημεῖον, ἢ καί, οἷα τὰ ἐν τοῖς κατόπτροις τῆς ὄψεως πάθη, δεξιὰ εἰς ἀριστερὰ *) μεταῤῥεούσης, ταὐτὸν παθὼν D διαμάρτω· τότε δὴ ξυμβαίνει ἡ ἑτεροδοξία καὶ τὸ ψευδῆ δοξάζειν.

ΘΕΑΙ. Ἔοικε γάρ, ὦ Σώκρατες, θαυμασίως ᾧ λέγεις τὸ τῆς δόξης πάθος.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν καὶ ὅταν ἀμφοτέρους γιγνώσκων τὸν μὲν πρὸς τῷ γιγνώσκειν αἰσθάνωμαι, τὸν δὲ μή, τὴν δὲ γνῶσιν τοῦ ἑτέρου **) μὴ κατὰ τὴν αἴσθησιν ἔχω· ὃ ἐν τοῖς πρόσθεν οὕτως ἔλεγον καί μου τότε οὐκ ἐμάνθανες.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Τοῦτο μὴν ἔλεγον, ὅτι γιγνώσκων τὸν ἕτερον καὶ * αἰσθανόμενος, καὶ τὴν γνῶσιν κατὰ τὴν αἴσθησιν E αὐτοῦ ἔχων, οὐδέποτε οἰήσεται εἶναι αὐτὸν ἕτερόν τινα ὧν ***) γιγνώσκει τε καὶ αἰσθάνεται καὶ τὴν γνῶσιν αὖ καὶ ἐκείνου ἔχει κατὰ τὴν αἴσθησιν. ἦν γὰρ τοῦτο;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Παρελείπετο δέ γέ που τὸ νῦν λεγόμενον, ἐν ᾧ δή φαμεν τὴν ψευδῆ δόξαν γίγνεσθαι, τὸ ἄμφω γιγνώσκοντα καὶ ἄμφω ὁρῶντα ἢ τιν' ἄλλην * αἴσθησιν ἔχοντα 194 ἀμφοῖν, τῷ σημείῳ ****) μὴ κατὰ τὴν αὑτοῦ αἴσθησιν ἑκάτερον †) ἔχειν, ἀλλ' οἷον τοξότην φαῦλον ἱέντα παραλλάξαι τοῦ σκοποῦ καὶ ἁμαρτεῖν, ὃ δὴ καὶ ψεῦδος ἄρα ὠνόμασται.

ΘΕΑΙ. Εἰκότως γε.

---

*) ἴσ. δεξιᾶς εἰς ἀριστερὰν μετ.
**) ἴσ. γνῶσιν ἑκατέρου.
) ἴσ. ὄν. *) ἴσ. τὸ σημεῖον.
†) ἴσ. ἑκατέρου.

bens in cerea illa materia tamquam annulorum utriusque vestrum signa, e longinquo nec satis conspiciens ambo conor, proprium utriusque signum reddens proprio adspectui, hunc inducere et accommodare ad suum ipsum vestigium, ut eum possim recognoscere, deinde ab his aberrans et veluti qui calceos permutantes sibi induunt, a vero deflectens utriusque adspectum accommodo ad alienum signum, vel etiam, quod visui in speculis accidit, ut dextra in sinistra mutentur, idem passus erro: tum videlicet contingit ut aliud idque falsum iudicem.

Theae. Mirum sane quam similia sunt, Socrate, ei quod dicis quae iudicio accidunt.

So. Praeterea hoc accidit, quum utrosque cognoscens unum non solum cognosco, sed etiam sentio, alterum vero non sentio, utriusque vero cognitionem sensui non convenientem habeo: quod quidem in praegressis ita dicebam, tu vero tum non intelligebas.

Theae. Non intelligebam.

So. Hoc vero significabam dicens, quemquam cognoscentem alterum et sentientem, eiusque cognitionem sensui convenientem habentem numquam opinaturum hunc alium quem esse quem cognosceret ac sentiret et cuius cognitionem item haberet sensui convenientem. haeccine erant illa?

Theae. Vero.

So. Relinquebatur autem, ni fallor, id in quo nunc dictum est nos putare falsum iudicium exsistere, ut videlicet quisquam ambos cognoscens et ambos videns vel alio sensu percipiens utrosque, signum utriusque non sensui eius conveniens habeat, sed velut sagittarius vilis iaciens aberret a meta et labatur, quod quidem etiam mendacium est dictum.

Theae. Et convenienter id quidem.

ΣΩ. Καὶ ὅταν τοίνυν τοῦ μὲν παρῇ αἴσθησις τῶν σημείων, τοῦ δὲ μή, τὸ δὲ τῆς ἀπούσης αἰσθήσεως τῇ παρούσῃ προσαρμόσῃ, πάντῃ ταύτῃ ψεύδεται ἡ διάνοια· καὶ ἑνὶ λόγῳ, περὶ ὧν μὲν μὴ οἶδέ τις μηδὲ ᾔσθετο πώποτε, οὐκ ἔστιν, * ὡς ἔοικεν, οὔτε ψεύδεσθαι οὔτε ψευδὴς δόξα, εἴ τι νῦν B ἡμεῖς ὑγιὲς λέγομεν· περὶ δὲ ὧν ἴσμεν τε καὶ αἰσθανόμεθα, ἐν αὐτοῖς τούτοις στρέφεται καὶ ἑλίττεται ἡ δόξα, ψευδὴς καὶ ἀληθὴς γιγνομένη, καταντικρὺ μὲν καὶ κατὰ τὸ εὐθὺ τὰ οἰκεῖα ξυνάγουσα ἀποτυπώματα καὶ τυποῦσα, ἀληθής, εἰς πλάγια δὲ καὶ σκολιά, ψευδής.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν καλῶς, ὦ Σώκρατες, λέγεται;

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν καὶ τάδε ἀκού*σας μᾶλλον αὐτὸ C ἐρεῖς. τὸ μὲν γὰρ τἀληθὲς δοξάζειν καλόν, τὸ δὲ ψεύδεσθαι αἰσχρόν.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Ταῦτα τοίνυν φασὶν ἐνθένδε γίγνεσθαι· ὅταν μὲν ὁ κηρός του ἐν τῇ ψυχῇ βαθύς τε καὶ πολὺς καὶ λεῖος καὶ μετρίως ὠργασμένος *) ᾖ, τὰ ἰόντα διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐνσημαινόμενα **) εἰς τοῦτο τὸ τῆς ψυχῆς κέαρ ***), ὃ ἔφη Ὅμηρος αἰνιττόμενος τὴν τοῦ κηροῦ ὁμοιότητα, τότε μὲν καὶ τούτοις καθαρὰ τὰ ση*μεῖα ἐγγιγνόμενα καὶ ἱκανῶς τοῦ D βάθους ἔχοντα πολυχρόνιά τε γίγνεται, καὶ εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν εὐμαθεῖς, ἔπειτα μνήμονες, εἶτα οὐ παραλλάττουσι τῶν αἰσθήσεων τὰ σημεῖα, ἀλλὰ δοξάζουσιν ἀληθῆ· σαφῆ γὰρ καὶ ἐν εὐρυχωρίᾳ ὄντα ταχὺ διανέμουσιν ἐπὶ τὰ αὑτῶν ἕκαστα ἐκμαγεῖα, ἃ δὴ ὄντα καλεῖται· καὶ σοφοὶ δὴ οὗτοι καλοῦνται· ἢ οὐ δοκεῖ σοι;

ΘΕΑΙ. Ὑπερφυῶς μὲν οὖν.

ΣΩ. Ὅταν * τοίνυν λάσιόν του τὸ κέαρ ****) ᾖ, ὃ E δὴ ἐπῄνεσεν ὁ πάντα σοφὸς ποιητής, ἢ ὅταν κοπρῶδες καὶ μὴ καθαροῦ τοῦ κηροῦ, ἢ ὑγρὸν σφόδρα ἢ σκληρόν, ὧν μὲν ὑγρόν, εὐμαθεῖς μέν, ἐπιλήσμονες δὲ γίγνονται, ὧν δὲ σκληρόν, τἀναντία· οἱ δὲ δὴ λάσιον καὶ τραχύ, λι-

---

*) ἄλλ. εἰργασμένος. **) ἴσ. ἐνσημαινόμενος.
) ἴσ. κῆρ. *) ἴσ. κῆρ.

So. Itaque, quum uni ſigno adeſt ſenſus, alteri non adeſt, animus vero ſignum abſentis ſenſus ad praesentem accommodat, omnino ita fallitur; et uno verbo, in eis quae quis neque ſcit neque ſenſit umquam, neque poteſt, ut patet, falli neque falſum ineſſe iudicium, ſi quid nunc veri dicimus; de iis vero quae ſcimus et ſentimus, in his ipſis verſatur et vertitur iudicium falſum ac verum exſiſtens: etenim ſi e regione et directe proprias coniungit imagines expreſſas atque fingit, verum, ſiu oblique et perverſe, falſum exſiſtit.

Theae. Nonne recte, Socrate, dicitur?

So. Hoc autem praeterea ſi audiveris, magis id dices. etenim vera iudicare pulchrum, falli autem turpe.

Theae. Quidni ſit?

So. Haec autem dicunt ex eo fieri; quum enim cera in animo alicuius profunda et copioſa et levis et recte ſubacta eſt, dum, quae ſenſibus percipiuntur, imprimit in animi corde, quod Homerus dixit, tecte ſignificans cerae ſimilitudinem: tum etiam his pura ſigna innaſcentia et ſatis profundi habentia diuturna exſiſtunt, et tales ſunt primum dociles, deinde memores, tum non permutant ſenſuum ſigna, ſed iudicant vera; certa enim quum illa ſint et lato in ſpatio poſita, ſtatim ſuis attribuunt ſignis unumquodque eorum quae res dicuntur; et ſapientes ſcilicet hi vocantur; annon videtur tibi?

Theae. Quam maxime.

So. Quum vero hirſutum alicuius cor eſt, quod quidem laudibus celebravit omnium rerum ſapiens ille poeta, vel quum lutulentum eſt nec purae cerae, vel molle admodum aut durum, ii, quibus molle eſt, dociles quidem, ſed oblivioſi exſiſtunt, quibus durum, contra; qui vero hirſutum et aſperum vel lapideum vel

θῶδές τε *) ἢ γῆς ἢ κόπρου ξυμμιγείσης ἔμπλεων ἔχοντες ἀσαφῆ τὰ ἐκμαγεῖα ἴσχουσιν· ἀσαφῆ δὲ καὶ οἱ τὰ σκληρά· βάθος γὰρ οὐκ ἔνι· ἀσαφῆ δὲ καὶ οἱ τὰ ὑγρά· ὑπὸ γὰρ τοῦ ξυγχεῖσθαι ταχὺ * γίγνεται ἀμυδρά· ἐὰν δὲ πρὸς πᾶσι 195
τούτοις ἐπ' ἀλλήλων ξυμπεπτωκότα ᾖ ὑπὸ στενοχωρίας, ἐάν του σμικρὸν ᾖ τὸ ψυχάριον, ἔτι ἀσαφέστερα ἐκείνων. πάντες οὖν οὗτοι γίγνονται οἷοι δοξάζειν ψευδῆ. ὅταν γάρ τι ὁρῶσιν ἢ ἀκούωσιν ἢ ἐπινοῶσιν, ἕκαστα ἀπονέμειν ταχὺ ἑκάστοις οὐ δυνάμενοι βραδεῖς τέ εἰσι καὶ ἀλλοτριονομοῦντες παρορῶσί τε καὶ παρακούουσι καὶ παρανοοῦσι πλεῖστα, καὶ καλοῦνται αὖ οὗτοι ἐψευσμένοι τε δὴ τῶν ὄντων καὶ ἀμαθεῖς.

ΘΕΑΙ. * Ὀρθότατα ἀνθρώπων λέγεις, ὦ Σώκρατες. B

ΣΩ. Φῶμεν ἄρα ἐν ἡμῖν ψευδεῖς δόξας εἶναι;

ΘΕΑΙ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Καὶ ἀληθεῖς δή;

ΘΕΑΙ. Καὶ ἀληθεῖς.

ΣΩ. Ἤδη οὖν οἰόμεθα ἱκανῶς ὡμολογῆσθαι ὅτι παντὸς μᾶλλον ἐστὸν ἀμφοτέρα τούτω τὼ δόξα;

ΘΕΑΙ. Ὑπερφυῶς μὲν οὖν.

ΣΩ. Δεινόν γε, ὦ Θεαίτητε, ὡς ἀληθῶς κινδυνεύει καὶ ἀ[η]δὲς εἶναι ἀνὴρ ἀδολέσχης.

ΘΕΑΙ. Τί δαί; πρὸς τί τοῦτ' εἶπες;

ΣΩ. * Τὴν ἐμαυτοῦ δυσμαθίαν δυσχεράνας καὶ ὡς C
ἀληθῶς ἀδολεσχίαν. τί γὰρ ἄν τις ἄλλο θεῖτο ὄνομα, ὅταν ἄνω κάτω τοὺς λόγους ἕλκῃ τις ὑπὸ νωθείας οὐ δυνάμενος πεισθῆναι, καὶ ᾖ δυσαπάλλακτος ἀφ' ἑκάστου λόγου;

ΘΕΑΙ. Σὺ δὲ δὴ τί δυσχεραίνεις;

ΣΩ. Οὐ δυσχεραίνω μόνον, ἀλλὰ καὶ δέδοικα ὅ τι ἀποκρινοῦμαι, ἄν τις ἔρηταί με· Ὦ Σώκρατες, εὕρηκας δὴ ψευδῆ δόξαν, ὅτι οὔτε ἐν ταῖς αἰσθήσεσίν ἐστι πρὸς ἀλλήλας οὔτ' ἐν ταῖς διανοίαις, ἀλλ' ἐν τῇ ξυν*άψει αἰ- D
σθήσεως πρὸς διάνοιαν; Φήσω δὲ ἐγώ, οἶμαι, καλλωπιζόμενος ὥς τι εὑρηκότων ἡμῶν καλόν.

---

*) ἴσ. λιθῶδές τε.

terra aut luto commixto plenum habent, hi incerta continent ſigna; incerta etiam habent quibus dura ſunt corda; profundi enim nihil in eis ineſt; incerta quoque quibus mollia; nam confuſione ſtatim exſiſtunt obſcura. quum vero ad haec omnia inter ſe collapſa ſunt propter anguſtiam loci, ſi parvum quis habet animulum, etiam incertiora ſunt quam illa. hi igitur omnes ii ſunt qui falſa iudicent. nam quum quid vident vel audiunt vel cogitant, ſingula distribuere ſtatim ſingulis quia non poſſunt, tardi ſunt et aliena attribuentes falſo et vident et audiunt et cogitant pleraque, et hi contra dicuntur falſi eſſe rerum atque inſcientes.

Theae. Quam potes rectiſſime dicis, Socrate.

So. Dicamus igitur in nobis falſa iudicia ineſſe?

Theae. Maxime vero.

So. Etiam vera, quaeſo?

Theae. Etiam.

So. Iamne cenſemus ſatis conceſſum eſſe omni modo eſſe utraque haec iudicia?

Theae. Quam maxime vero.

So. Sane quam admirabilis, Theaetete, videtur atque moleſtus eſſe vir garrulus.

Theae. Quid ita? quorſum haec dixiſti?

So. Tardum meum ingenium indignatus et, quam vere dixeris, garrulitatem; nam quodnam aliud imponas nomen huic rei, ſi quis in omnes partes orationes trahat, ut qui propter ſegnitiam non poſſit perſuaderi, et aegre ab oratione ulla avellatur?

Theae. Tu vero quid indignaris?

So. Non indignor modo, verum etiam vereor quid reſponſurus ſim, ſi quis me rogaverit O Socrate, inveniſti igitur falſum iudicium neque in ſenſibus ineſſe inter ſe neque in cogitationibus, ſed in computatione ſenſus et cogitationis? Dicam equidem, opinor, me iactans, quaſi invenerimus nos praeclari aliquid.

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, οὐκ αἰσχρὸν εἶναι τὸ νῦν ἀποδεδειγμένον.

ΣΩ. Οὐκοῦν, φήσει, λέγεις ὅτι αὖ τὸν ἄνθρωπον ὃν διανοούμεθα μόνον, ὁρῶμεν δ' οὔ, ἵππον οὐκ ἄν ποτε οἰηθείημεν εἶναι, ὃν νῦν *) οὔθ' ὁρῶμεν οὔθ' ἁπτόμεθα, διανοούμεθα δὲ μόνον καὶ ἄλλ' οὐδὲν αἰσθανόμεθα περὶ αὐτοῦ; Ταῦτα, οἶμαι, φήσω λέγειν.

ΘΕΑΙ. Καὶ ὀρθῶς γε.

ΣΩ. Τί οὖν; * φήσει, τὰ ἕνδεκα, ἃ μηδὲν ἄλλο ἢ E
διανοεῖταί τις, ἄλλο τι ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὐκ ἄν ποτε οἰηθείη δώδεκα εἶναι, ἃ μόνον αὖ διανοεῖται; ἴθι οὖν δή, σὺ ἀποκρίνου.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἀποκρινοῦμαι, ὅτι ὁρῶν μὲν ἄν τις ἢ ἐφαπτόμενος οἰηθείη τὰ ἕνδεκα δώδεκα εἶναι, ἃ μέντοι ἐν τῇ διανοίᾳ ἔχει, οὐκ ἄν ποτε περὶ αὐτῶν ταῦτα δοξάσειεν οὕτως.

ΣΩ. Τί οὖν; οἴει τινὰ πώποτε αὐτὸν ἐν αὑτῷ πέντε καὶ ἑπτά, λέγω δὲ * μὴ ἀνθρώπους ἑπτὰ καὶ πέντε προ- 196
θέμενον σκοπεῖν μηδ' ἄλλο τυιοῦτον, ἀλλ' αὐτὰ πέντε **) καὶ ἑπτά, ἅ φαμεν ***) ἐκεῖ μνημεῖα ἐν τῷ ἐκμαγείῳ εἶναι καὶ ψευδῆ ἐν αὐτοῖς οὐκ εἶναι δοξάσαι ταῦτα αὐτὰ εἴ τις ἀνθρώπων ἤδη πώποτε ἐσκέψατο λέγων πρὸς αὑτὸν καὶ ἐρωτῶν πόσα ποτ' ἐστί, καὶ ὁ μέν τις εἶπεν οἰηθεὶς ἕνδεκα αὐτὰ εἶναι, ὁ δὲ δώδεκα, ἢ πάντες λέγουσί τε καὶ οἴονται δώδεκα αὐτὰ εἶναι;

ΘΕΑΙ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἀλλὰ πολλοὶ δὴ καὶ ἕνδεκα. * ἐὰν δέ γε ἐν πλείονι ἀριθμῷ τις σκοπῆται, μᾶλλον σφάλ- B
λεται· οἶμαι γάρ σε περὶ παντὸς ἀριθμοῦ μᾶλλον λέγειν.

ΣΩ. Ὀρθῶς γὰρ οἴει, καὶ ἐνθυμοῦ μή τι τότε ****) γίγνεται ἄλλο ἢ αὐτὰ τὰ δώδεκα τὰ ἐν τῷ ἐκμαγείῳ ἕνδεκα οἰηθῆναι.

ΘΕΑΙ. Ἔοικέ γε.

---

*) ἴσ. αὖ. **) ἴσ. αὐτὰ τὰ πέντε.
***) ἴσ. ἃ ἔφαμεν.
****) γρ. ποτέ.

Theae. Mihi sane videtur, Socrate, non abiectum esse id quod nunc probavimus.

So. Nonne, dicet, ponis etiam nos hominem quem cogitemus solum, non videamus, numquam opinaturos esse equum, quem itidem neque videamus neque tangamus, sed cogitemus tantum nec alio modo percipiamus? Haec, opinor, dicam nos ponere.

Theae. Ac recte quidem.

So. Quid igitur? dicet, undecim, quod quis tantum cogitat, num ex hac oratione numquam opinabitur esse duodecim, quod itidem cogitat tantum? agedum, tu responde.

Theae. Itaque respondebo, videntem quidem quemquam vel attingentem opinaturum undecim duodecim esse, de iis tamen, quae cogitatione complectatur, numquam haec iudicaturum esse ita.

So. Quid igitur? num putas aliquem umquam quinque et septem, non dico homines septem et quinque sibi proposuisse considerare neque aliud quid id genus, sed ipsa quinque et septem, quae diximus ibi monumenta in cerea materia esse nec falsa in eis posse iudicari — haec ipsa num quisquam hominum umquam consideravit dicens sibi ipse et interrogans quot tandem essent, et unus dixit ex opinione sua undecim illa esse, alter duodecim, an omnes dicunt et opinantur duodecim illa esse?

Theae. Non mehercule, sed multi quidem etiam undecim. si vero quis in maiore id numero spectat, magis fallitur. arbitror enim de omni te potius numero dicere.

So. Recte vero arbitraris; atque reputa numquid tum aliud fiat nisi hoc, ut ipsa duodecim illa in cerea materia undecim esse arbitretur?

Theae. Videtur vero.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰς τοὺς πρώτους πάλιν ἀνήκει λόγους· ὁ γὰρ τοῦτο παθών, ὃ οἶδεν, ἕτερον αὐτὸ οἴεται εἶναι ὧν αὖ οἶδεν· ὃ ἔφαμεν ἀδύνατον, καὶ τούτῳ αὐτῷ ἠναγκάζομεν μὴ εἶναι ψευδῆ δόξαν, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ ὁ αὐτὸς C
ἀναγκάζοιτο εἰδὼς μὴ εἰδέναι ἅμα.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἄλλ' ὁτιοῦν δεῖ ἀποφαίνειν τὸ τὰ ψευδῆ δοξάζειν ἢ διανοίας πρὸς αἴσθησιν παραλλαγήν· εἰ γὰρ τοῦτ' ἦν, οὐκ ἄν ποτε ἐν αὐτοῖς τοῖς διανοήμασιν ἐψευδόμεθα· νῦν δὲ ἤτοι οὐκ ἔστι ψευδὴς δόξα, ἤ, ἅ τις οἶδεν, οἷόν τε μὴ εἰδέναι· καὶ τούτων πότερα αἱρεῖ;

ΘΕΑΙ. Ἄπορον αἵρεσιν προτίθης, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι ἀμφότερά γε κινδυνεύει ὁ λόγος D
οὐκ ἐάσειν· ὅμως δὲ (πάντα γὰρ τολμητέον) τί εἰ ἐπιχειρήσαιμεν ἀναισχυντεῖν;

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΣΩ. Ἐθελήσαντες εἰπεῖν, ποῖόν τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἐπίστασθαι.

ΘΕΑΙ. Καὶ τί τοῦτο ἀναίσχυντον;

ΣΩ. Ἔοικας οὐκ ἐννοεῖν ὅτι πᾶς ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος ζήτησις γέγονεν ἐπιστήμης, ὡς οὐκ εἰδόσι τί ποτ' ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Ἐννοῶ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἔπειτ' οὐκ ἀναιδὲς δοκεῖ, μὴ εἰδότας ἐπιστήμην ἀποφαίνεσθαι τὸ ἐπίστασθαι οἷόν ἐστιν; ἀλλὰ γάρ, ὦ Θεαίτητε, πάλαι ἐσμὲν ἀνάπλεῳ τοῦ μὴ καθαρῶς διαλέ- E
γεσθαι. μυριάκις γὰρ εἰρήκαμεν τὸ γιγνώσκομεν καὶ οὐ γιγνώσκομεν, καὶ ἐπιστάμεθα καὶ οὐκ ἐπιστάμεθα, ὥς τι ξυνιέντες ἀλλήλων, ἐν ᾧ ἔτι ἐπιστήμην ἀγνοοῦμεν. εἰ δὲ βούλει, καὶ νῦν ἐν τῷ παρόντι κεχρήμεθ' αὖ τῷ ἀγνοεῖν τε καὶ ξυνιέναι, ὡς προσῆκον αὐτοῖς χρῆσθαι, εἴπερ στερόμεθα ἐπιστήμης.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ τίνα τρόπον διαλέξει, ὦ Σώκρατες, τούτων ἀπεχόμενος;

ΣΩ. * Οὐδένα ὤν γε ὃς εἰμί· εἰ μέντοι ἦ ἀντιλογι- 197

So. Igitur res ad primas redit orationes; nam cum hoc accidit, is id quod ſcit aliud quid opinatur eſſe ex eis quae itidem ſcit; quod diximus fieri non poſſe et quo ipſo neceſſarium eſſe evicimus non eſſe falſum iudicium, ut ne eadem idem cogeretur ſciens neſcire ſimul.

Theae. Veriſſime.

So. Itaque aliud quidvis ſtatui oportet falſa eſſe iudicare potius quam cogitationis cum ſenſu permutationem; nam ſi hoc eſſet, numquam poſſemus in ipſis cogitatis falli; nunc aut non eſt falſum iudicium, aut, quae quis ſcit, fieri poteſt ut neſciat; et utrum horum mavis?

Theae. Difficilem mihi optionem das, Socrate.

So. Nec vero utrumque videtur oratio permiſſura eſſe. attamen (omnia enim audere nos oportet) quid ſi inſtituamus impudenter facere?

Theae. Quomodo?

So. Geſtientes dicere quale tandem ſit ſcire.

Theae. Et qui hoc ſit impudens?

So. Non videris intelligere omnem noſtram ab initio ſusceptam orationem eſſe quaeſtionem quae de ſcientia habeatur, quippe nobis neſcientibus quid tandem ſit.

Theae. Intelligo vero.

So. Itane non impudens videtur, ſi nos neſcientes quid ſit ſcientia declaremus ſcire quale ſit? at enim, Theaetete, iam pridem nos contaminavimus impuro ſermone. millies enim diximus *cognoſcimus* et *non cognoſcimus*, *ſcimus* et *neſcimus*, quaſi inter nos aliquid intelligamus, dum quid ſit ſcientia adhuc ignoremus. ſin mavis, etiam nunc in praesentia uſi iterum ſumus verbis *ignorare* et *intelligere*, quaſi conveniat eis uti, ſi privati ſimus ſcientia.

Theae. At quonam pacto diſſeres, Socrate, ab his te abstinens?

So. Nullo dum ſum qui ſum; ac nimirum ſi eſſem

κός, οἷος ἀνὴρ εἰ καὶ νῦν παρῆν *), τούτων τ' ἂν ἔφη ἀπέχεσθαι καὶ ἡμῖν σφόδρ' ἂν ἃ ἐγὼ λέγω ἐπέπληττεν. ἐπειδὴ οὖν ἐσμὲν φαῦλοι, βούλει τολμήσω εἰπεῖν οἷόν ἐστι τὸ ἐπίστασθαι; φαίνεται γάρ μοι προὔργου τι ἂν γενέσθαι.

ΘΕΑΙ. Τόλμα τοίνυν νὴ Δία· τούτων δὲ μὴ ἀπεχομένῳ σοι ἔσται πολλὴ ξυγγνώμη.

ΣΩ. Ἀκήκοας οὖν ὃ νῦν λέγουσι τὸ ἐπίστασθαι;

ΘΕΑΙ. Ἴσως, οὐ μέντοι ἔν γε τῷ παρόντι μνημονεύω.

ΣΩ. Ἐπιστήμης που ἕξιν * φασὶν αὐτὸ εἶναι. B

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Ἡμεῖς τοίνυν σμικρὸν μεταθώμεθα καὶ εἴπωμεν ἐπιστήμης κτῆσιν.

ΘΕΑΙ. Τί οὖν δὴ φήσεις τοῦτο ἐκείνου διαφέρειν;

ΣΩ. Ἴσως μὲν οὐδέν· ὃ δ' οὖν δοκεῖ, ἀκούσας ξυνδοκίμαζε.

ΘΕΑΙ. Ἐάνπερ γε οἷός τ' ὦ.

ΣΩ. Οὐ τοίνυν μοι ταὐτὸν φαίνεται τὸ κεκτῆσθαι τῷ ἔχειν· οἷον εἰ ἱμάτιον πριάμενός τις καὶ ἐγκρατὴς ὢν μὴ φοροῖ, ἔχειν μὲν οὐκ ἂν αὐτὸν αὐτό, κεκτῆσθαι δέ γε φαῖμεν.

ΘΕΑΙ. Καὶ ὀρθῶς γε.

ΣΩ. Ὅρα * δὴ καὶ ἐπιστήμην εἰ δυνατὸν οὕτω κεκτημένον μὴ ἔχειν· ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις ὄρνιθας ἀγρίας, περιστερὰς ἤ τι ἄλλο, θηρεύσας οἴκοι κατασκευασάμενος περιστερεῶνα τρέφοι· τρόπον μὲν γὰρ ἄν πού τινα φαῖμεν αὐτὸν αὐτὰς ἀεὶ ἔχειν, ὅτι δὴ κέκτηται· ἢ γάρ; C

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τρόπον δέ γ' ἄλλον οὐδεμίαν ἔχειν, ἀλλὰ δύναμιν μὲν αὐτῷ περὶ αὐτὰς παραγεγονέναι, ἐπειδὴ ἐν οἰκείῳ περιβόλῳ ὑποχειρίους ἐποιήσατο, λαβεῖν καὶ σχεῖν,

---

*) i. e. ἀντιλογικὸς ἀνήρ, ἢ καὶ τοιοῦτος νῦν παρῆν.

vir contentionis ſtudioſus, vel etiam talis nunc adeſſet, ab his diceret abstinendum eſſe nobisque vehementer, quae ego dico, obiiceret. quoniam vero pro nihilo ſumus, visne audeam dicere quale ſit ſcire? videtur enim mihi operae pretium id fore.

Theae. Aude igitur per Iovem; ab his vero ſi non abstinueris, multum tibi veniae dabitur.

So. Iamne audiſti quid nunc dicant ſcire eſſe?

Theae. Fortaſſe; neque tamen in praesentia recordor.

So. Scientiam habere, ni fallor, dicunt eſſe.

Theae. Vera.

So. Nos vero paullulum id immutemus ac dicamus eſſe ſcientiam poſſidere.

Theae. Quid igitur dices hoc ab illo differre?

So. Fortaſſe nihil; quod tamen videtur, id percipe et mecum perpende.

Theae. Sane quidem, ſi potuero.

So. Non idem mihi videtur eſſe poſſidere et habere, velut ſi quis pallium emerit nec, compos eius factus, gerat, habere quidem eum illud non dicemus, ſed poſſidere.

Theae. Ac recte quidem.

So. Iam vide num etiam ſcientiam poſſimus ita poſſidentes non habere; velut ſi quis aves feras, columbas vel alias quas, venatus domi ſibi conſtruens columbaria nutriat; ratione enim quadam, ni fallor, dicemus eum illas ſemper habere, quia poſſideat; nonne?

Theae. Etiam.

So. Ratione vero alia nullam habere, ſed poteſtatem ipſi obtigiſſe, poſtquam in propriis ſeptis imperio ſuo eas ſubiecerit, capiendi et habendi, quando volue-

ἐπειδὰν βούλη*ται, θηρευσαμένῳ ἣν ἂν ἀεὶ ἐθέλῃ, καὶ D
πάλιν ἀφιέναι· καὶ τοῦτο ἐξεῖναι ποιεῖν, ὁποσάκις ἂν δοκῇ αὐτῷ.

ΘΕΑΙ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Πάλιν δή, ὥσπερ ἐν τοῖς πρόσθεν κήρινόν τι ἐν ταῖς ψυχαῖς κατεσκευάζομεν οὐκ οἶδ' ὅ τι πλάσμα, νῦν αὖ ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ ποιήσωμεν περιστερεῶνά τινα παντοδαπῶν ὀρνίθων, τὰς μὲν κατ' ἀγέλας οὔσας χωρὶς τῶν ἄλλων, τὰς δὲ κατ' ὀλίγας, ἐνίας δὲ μόνας διὰ πασῶν ὅπῃ ἂν τύχωσι πετομένας.

ΘΕΑΙ. * Πεποιήσθω δή. ἀλλὰ τί τοὐντεῦθεν; E

ΣΩ. Παιδίων μὲν ὄντων, φάναι χρή, εἶναι τοῦτο τὸ ἀγγεῖον κενόν, ἀντὶ δὲ τῶν ὀρνίθων ἐπιστήμας νοῆσαι· ἣν δ' ἂν ἐπιστήμην κτησάμενος καθείρξῃ εἰς τὸν περίβολον, φάναι αὐτὸν μεμαθηκέναι ἢ εὑρηκέναι τὸ πρᾶγμα οὗ ἦν αὕτη ἡ ἐπιστήμη, καὶ τὸ ἐπίστασθαι τοῦτ' εἶναι.

ΘΕΑΙ. Ἔστω.

ΣΩ. Τὸ τοίνυν πάλιν ἣν * ἂν βούληται τῶν ἐπι- 198
στημῶν θηρεύειν καὶ λαβόντα ἴσχειν καὶ αὖθις ἀφιέναι, σκόπει τίνων δεῖται ὀνομάτων, εἴτε τῶν αὐτῶν ὧν τὸ πρῶτον, ὅτε ἐκτᾶτο, εἴθ' ἑτέρων. μαθήσει δ' ἐνθένδε σαφέστερον τί λέγω. ἀριθμητικὴν μὲν γὰρ λέγεις τέχνην;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ταύτην δὴ ὑπόλαβε θήραν ἐπιστημῶν ἀρτίου τε καὶ περιττοῦ παντός.

ΘΕΑΙ. Ὑπολαμβάνω.

ΣΩ. Ταύτῃ δή, οἶμαι, τῇ τέχνῃ αὐτός τε ὑποχειρίους τὰς ἐπιστήμας τῶν ἀριθμῶν ἔ*χει καὶ ἄλλῳ παραδί- B
δωσιν ὁ παραδιδούς.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ καλοῦμέν γε παραδιδόντα μὲν διδάσκειν, παραλαμβάνοντα δὲ μανθάνειν, ἔχοντα δὲ δὴ τῷ κεκτῆσθαι ἐν τῷ περιστερεῶνι ἐκείνῳ ἐπίστασθαι.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τῷ δὴ ἐντεῦθεν ἤδη πρόσσχες τὸν νοῦν. ἀρι-

rit, venanti quamcumque cupiat, iterumque dimittendi, et hoc licere facere, quotiescumque ipsi videatur.

Theae. Sunt vero ista.

So. Iterum igitur, quemadmodum in praegressis ceream quandam in animis construximus nescio quam fictionem, ita nunc etiam in quoque animo ponamus columbarium quoddam variarum avium, quarum aliae congregatae seorsum a reliquis, quaedam paucae una, nonnullae autem solivagae per omnes, quocumque casus ferat, volent.

Theae. Positum igitur hoc esto. sed quid deinde?

So. Pueris nobis, dici oportet, esse hoc receptaculum vacuum, pro avibus vero scientias esse intelligendas; quamcumque autem scientiam quis nactus incluserit in septa, is dicendus est didicisse vel invenisse rem cuius fuerit haec scientia, et scire hoc esse.

Theae. Esto ita.

So. Contra quamcumque voluerit scientiarum venari et captam habere rursusque dimittere, vide quaenam haec requirant vocabula, utrum eadem quae primo, quum sibi acquireret, an alia. intelliges vero ita clarius quid dicam; etenim arithmeticam sumis artem?

Theae. Ita.

So. Hanc vero statue venationem esse scientiarum paris et imparis cuiusque.

Theae. Statuo vero.

So. Hac igitur, opinor, arte et ipse imperio suo subiicit scientias numerorum et alteri tradit quicumque tradit.

Theae. Etiam.

So. Et dicimus quidem tradentem docere, accipientem discere, habentem vero eo quod possideat in columbario illo scire.

Theae. Sane quidem.

So. Iam id quod inde sequitur attende. nume-

θμητικὸς γὰρ ὢν τελέως ἄλλο τι πάντας ἀριθμοὺς ἐπίσταται; πάντων γὰρ ἀριθμῶν εἰσὶν αὐτῷ ἐν τῇ ψυχῇ ἐπιστῆμαι.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ἦ * οὖν ὁ τοιοῦτος ἀριθμοῖ ἄν ποτέ τι ἢ αὐτὸς πρὸς αὑτὸν αὐτὰ *) ἢ ἄλλο τι τῶν ἔξω ὅσα ἔχει ἀριθμόν; C

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Τὸ δὲ ἀριθμεῖν γε οὐκ ἄλλο τι θήσομεν τοῦ σκοπεῖσθαι πόσος τις ἀριθμὸς τυγχάνει ὤν.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΣΩ. Ὃ ἄρα ἐπίσταται, σκοπούμενος φαίνεται ὡς οὐκ εἰδώς, ὃν ὡμολογήκαμεν ἅπαντα ἀριθμὸν εἰδέναι. ἀκούεις γάρ που τὰς τοιαύτας ἀμφισβητήσεις.

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἡμεῖς ἀπεικάζοντες τῇ τῶν * περιστερῶν κτήσει τε καὶ θήρᾳ ἐροῦμεν ὅτι διττὴ ἦν ἡ θήρα, ἡ μὲν πρὶν ἐκτῆσθαι τοῦ κεκτῆσθαι ἕνεκα, ἡ δὲ κεκτημένῳ τοῦ λαβεῖν καὶ ἔχειν ἐν ταῖς χερσὶν ἃ πάλαι ἐκέκτητο. οὕτω δὲ καὶ ὧν πάλαι ἐπιστῆμαι ἦσαν αὐτῷ μαθόντι καὶ ἠπίστατο **) αὐτά, πάλιν ἔστι καταμανθάνειν ταὐτὰ ταῦτα ἀναλαμβάνοντα τὴν ἐπιστήμην ἑκάστου καὶ ἴσχοντα, ἣν ἐκέκτητο μὲν πάλαι, πρόχειρον δ' οὐκ εἶχε τῇ διανοίᾳ. D

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Τοῦτο δὴ ἄρτι ἠρώτων, ὅπως * χρὴ τοῖς ὀνόμασι χρώμενον λέγειν περὶ αὐτῶν, ὅταν ἀριθμήσων ἴῃ ὁ ἀριθμητικὸς ἤ τι ἀναγνωσόμενος ὁ γραμματικός. ὡς ἐπιστάμενος ἄρα ἐν τῷ τοιούτῳ πάλιν ἔρχεται μαθησόμενος παρ' ἑαυτοῦ ἃ ἐπίσταται. E

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἄτοπον, ὦ Σώκρατες.

---

*) ἄλλ. ἐντός. Ἴσ. ἄν ποτέ τι αὐτὸς πρὸς αὑτὸν ἢ τῶν ἐντὸς ἢ ἄλλο τι τῶν ἔξω κτλ. ἤ· ἂν αὐτὸς πρὸς αὑτὸν τοτὲ μὲν τῶν ἐντός τι, ἄλλοτε δὲ τῶν ἔξω κτλ.

**) γρ. μαθόντι, ἠπίστατο.

randi enim qui peritus eſt perfecte nonne omnes numeros ſcit? omnium enim numerorum ſunt in eius animo ſcientiae.

Theae. Quidni?

So. Nonne talis numerabit quandoque ipſe ſecum modo rerum interiorum aliquam modo externarum, quotquot numerum habent?

Theae. Quippini?

So. Numerare vero nihil aliud ponemus eſſe niſi conſiderare quantus ſit aliquis numerus.

Theae. Ita.

So. Ergo id quod ſcit conſiderans ſeſe exhibet quaſi neſcientem, quoniam confeſſi ſumus omnes eum numeros ſcire. audis enim, ni fallor, huiusmodi controverſias.

Theae. Ego vero.

So. Nos igitur comparantes hoc cum columbarum poſſeſſione ac venatione dicemus duplicem eſſe venationem, unam ante poſſeſſionem poſſeſſionis ipſius cauſa, alteram quum poſſideas, ut capias et habeas in manibus quae iam pridem tibi acquiſieris. ita etiam quorum ſcientiam iam pridem ſibi quisquam comparaverat diſcendo et quae ſciebat, rurſus poteſt addiſcere eadem haec repetens cuiusque ſcientiam ac tenens, quam ſibi acquiſierat quidem iam pridem, in promptu autem non habebat apud animum ſuum.

Theae. Vera.

So. Huc igitur ſpectans modo interrogabam, quibusnam oporteat vocabulis uti qui de his loquatur, quando quid numerare aggrediatur numerandi peritus vel legere quicquam grammaticus. quippe ſciens hac in cauſa rurſus aggreditur diſcere a ſe ipſo quae ſcit.

Theae. Abſurdum tamen hoc eſt, Socrate.

ΣΩ. Ἀλλ' ἃ οὐκ ἐπίσταται φῶμεν αὐτὸν ἀναγνώσεσθαι καὶ ἀριθμήσειν, δεδωκότες αὐτῷ πάντα μὲν γράμ*ματα, πάντα δὲ ἀριθμὸν ἐπίστασθαι; 199

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἄλογον.

ΣΩ. Βούλει οὖν λέγωμεν ὅτι τῶν μὲν ὀνομάτων οὐδὲν ἡμῖν μέλει, ὅπῃ τις χαίρει ἕλκων τὸ ἐπίστασθαι καὶ μανθάνειν, ἐπειδὴ δὲ ὡρισάμεθα ἕτερον μέν τι τὸ κεκτῆσθαι τὴν ἐπιστήμην, ἕτερον δὲ τὸ ἔχειν, ὃ μέν τις κέκτηται μὴ κεκτῆσθαι ἀδύνατόν φαμεν εἶναι, ὥστε οὐδέποτε ξυμβαίνει *) ὃ τις οἶδε μὴ εἰδέναι, ψευδῆ μέντοι δόξαν οἷόν τ' εἶναι περὶ αὐτοῦ λαβεῖν; μὴ γὰρ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην τού*του οἷόν τε, ἀλλ' ἑτέραν ἀντ' ἐκείνης, ὅταν θηρεύων τινὰ ἀπ' αὐτοῦ ἐπιστήμην **) διαπετομένων ἀνθ' ἑτέρας ἑτέραν ἁμαρτὼν λάβῃ, ὅτε ***) ἄρα τὰ ἕνδεκα δώδεκα οἰηθῇ εἶναι, τὴν τῶν ἕνδεκα ἐπιστήμην ἀντὶ τῆς τῶν δώδεκα λαβών, τὴν ἐν ἑαυτῷ οἷον φάτταν ἀντὶ περιστερᾶς. B

ΘΕΑΙ. Ἔχει γὰρ οὖν λόγον.

ΣΩ. Ὅταν δέ γε ἣν ἐπιχειρεῖ λαβεῖν λάβῃ, ἀψευδεῖν τε καὶ τὰ ὄντα δοξάζειν τότε· καὶ οὕτω δὴ εἶναι ἀληθῆ τε καὶ ψευδῆ δόξαν, καὶ ὧν ἐν τοῖς * ἔμπροσθεν ἐδυσχεραίνομεν οὐδὲν ἐμποδὼν γίγνεσθαι. ἴσως οὖν μοι ξυμφήσεις· ἢ πῶς ποιήσεις; C

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΣΩ. Καὶ γὰρ τοῦ μὲν ἃ ἐπίσταται μὴ ἐπίστασθαι ἀπηλλάγμεθα· ἃ γὰρ κεκτήμεθα μὴ κεκτῆσθαι οὐδαμοῦ ****) ἔτι ξυμβαίνει, οὔτε ψευσθεῖσί τινος οὔτε μή. δεινότερον μέντοι πάθος ἄλλο παραφαίνεσθαί μοι δοκεῖ.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Εἰ ἡ τῶν ἐπιστημῶν μεταλλαγὴ ψευδὴς γενήσεταί ποτε δόξα. †)

---

*) ἴσ. ξυμβαίνειν.

**) ἴσ. ἐπιστημῶν. ἢ· τῶν ἀφ' αὐτοῦ ἐπιστημῶν.

***) ἴσ. ποτέ.

****) ἴσ. οὐδαμῶς.

†) ἴσ. δοκεῖ, εἰ ἡ — δόξα. ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Πρῶτον κτλ.

So. An ſorte dicendum, quae neſciat ea lecturum et numeraturum eſſe, cum ipſi iam literarum omnium et numerorum intelligentiam tradiderimus?

Theae. Hoc quoque abſurdum.

So. Visne igitur dicamus, vocabula nos nihil curare, quocumque quis geſtiat trahere verba ſcire et diſcere, ſed, quum definierimus aliud eſſe poſſidere ſcientiam, aliud habere, nos ſtatuere fieri non poſſe ut quod quis poſſideat hoc non poſſideat, ita ut numquam accidat ut quod quis ſciat id neſciat, falſum tamen iudicium poſſit de eo capere? fieri enim poſſe ut ſcientiam eius rei non habeat, ſed aliam pro illa, quum videlicet venans ſcientiarum ſuarum aliquam circumvolantium pro alia aliam errans capiat, quandoque igitur undecim duodecim opinetur eſſe, numeri undenarii ſcientiam pro duodenarii ſcientia capiens, palumbem quaſi in ſe pro columba.

Theae. Conſentaneum vero eſt.

So. Quum vero quam conetur capere capiat, haud falli et vera tum iudicare; et hac quidem ratione eſſe et verum et falſum iudicium, nec eorum quae in praegreſſis male nos habuerunt quicquam negotia nobis faceſſit. fortaſſe mihi asſentieris; an quomodo facies?

Theae. Ita.

So. Iam ab hoc quod ponitur, quae quis ſciat ea ipſum neſcire, diſceſſimus; nam quae poſſidemus ea ut non poſſideamus iam nullo modo accidit, ſive fallimur in aliqua re ſive non fallimur; gravius tamen aliud malum apparere mihi videtur.

Theae. Quale iſtud?

So. Si ſcientiarum permutatio falſum umquam *) erit iudicium.

---

*) Fort. *videtur, ſi — iudicium.* *Theae. Quale iſtud? So. Primo cet.*

ΘΕΑΙ. Πῶς δή;

ΣΩ. * Πρῶτον μὲν τό τινος ἔχοντα ἐπιστήμην τοῦτο D
αὐτὸ ἀγνοεῖν, μὴ ἀγνωμοσύνῃ, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ ἐπιστήμῃ, ἔπειτα ἕτερον αὖ τοῦτο δοξάζειν, τὸ δ' ἕτερον τοῦτο, πῶς οὐ πολλὴ ἀλογία, ἐπιστήμης παραγενομένης γνῶναι μὲν τὴν ψυχὴν μηδέν, ἀγνοῆσαι δὲ πάντα; ἐκ γὰρ τούτου τοῦ λόγου κωλύει οὐδὲν καὶ ἄγνοιαν παραγενομένην γνῶναί τι ποιῆσαι καὶ τυφλότητα ἰδεῖν, εἴπερ καὶ ἐπιστήμη ἀγνοῆσαί ποτέ τινα ποιήσει.

ΘΕΑΙ. Ἴσως γάρ, ὦ Σώκρατες, οὐ καλῶς * τὰς E
ὄρνιθας ἐτίθεμεν ἐπιστήμας μόνον τιθέντες, ἔδει δὲ καὶ ἀνεπιστημοσύνας τιθέναι ὁμοῦ ξυνδιαπετομένας ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τὸν θηρεύοντα, τοτὲ μὲν ἐπιστήμην λαμβάνοντα, τοτὲ δ' ἀνεπιστημοσύνην τοῦ αὐτοῦ πέρι, ψευδῆ μὲν δοξάζειν τῇ ἀνεπιστημοσύνῃ, ἀληθῆ δὲ τῇ ἐπιστήμῃ.

ΣΩ. Οὐ ῥᾴδιόν γε, ὦ Θεαίτητε, μὴ ἐπαινεῖν σε· ὃ
μέντοι εἶπες, πάλιν ἐπίσκεψαι. ἔστω μὲν γὰρ ὡς λέγεις· ὁ
δὲ δὴ τὴν ἀνεπιστημοσύνην * λαβὼν ψευδῆ μέν, φής, 200
δοξάσει· ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Οὐ δήπου καὶ ἡγήσεταί γε ψευδῆ δοξάζειν.

ΘΕΑΙ. Πῶς γάρ.

ΣΩ. Ἀλλ' ἀληθῆ γε, καὶ ὡς εἰδὼς διακείσεται περὶ ὧν ἔψευσται.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ἐπιστήμην ἄρα οἰήσεται τεθηρευκὼς ἔχειν, ἀλλ' οὐκ ἀνεπιστημοσύνην.

ΘΕΑΙ. Δῆλον.

ΣΩ. Οὐκοῦν μακρὰν περιελθόντες πάλιν ἐπὶ τὴν
πρώτην πάρεσμεν ἀπορίαν. ὁ γὰρ ἐλεγκτικὸς ἐκεῖνος γελά-
σας φήσει Πό*τερον, ὦ βέλτιστοι, ἀμφοτέρας τις εἰδώς, B
ἐπιστήμην τε καὶ ἀνεπιστημοσύνην, ἣν οἶδεν, ἑτέραν αὐτὴν οἴεταί τινα εἶναι ὧν οἶδεν; ἢ οὐδετέραν αὐτοῖν *) εἰ-

---

*) γρ. αὐτήν. ἄλλ. αὐταῖν.

Theae. Quomodo quaeso?

So. Primo quemquam alicuius rei scientiam habentem hanc ipsam ignorare non ignoratione, sed sua ipsum scientia, deinde hoc pro alio habere, aliud vero pro hoc, quidni multae sit insipientiae, si videlicet statuamus scientia quum adsit cognoscere animum nihil, sed ignorare omnia? nam ex hac quidem oratione nil impedit quominus etiam ignorantia quum adsit cognoscentes nos efficiat et caecitas videntes, siquidem etiam scientia ignorantem aliquem umquam sit effectura?

Theae. Fortasse vero, Socrate, non recte aves sumpsimus scientias tantum sumentes, oportuit etiam inscientias sumere simul cum illis pervolantes in animo, et venantem, modo scientiam capientem, modo inscientiam eiusdem rei, salsa iudicare inscientiâ, vera autem scientiâ.

So. Non possum quidem non te, Theaetete, laudare, quod tamen dixisti, hoc iterum perpende. esto enim ut ponis: qui igitur inscientiam cepit falsa, ut affirmas, iudicabit; nonne?

Theo. Ita.

So. Neque vero etiam arbitrabitur se falsa iudicare.

Theae. Qui possit?

So. Sed vera, et scientem se arbitrabitur esse eorum in quibus falsus est.

Theae. Quidni?

So. Scientiam ergo se opinabitur venatum esse, non inscientiam.

Theae. Perspicuum.

So. Itaque longo circuitu ad primam revenimus dubitationem. reprehensor ille ridens dicet Utrum, optimi, utrasque quisquam sciens, scientiam et inscientiam, quam scit, aliam quampiam opinatur esse ex eis quas sciat? an neutram sciens, quam nescit, iudicat

δώς, ἣν μὴ οἶδε, δοξάζει ἑτέραν ὧν οὐκ οἶδεν; ἢ τὴν μὲν
εἰδώς, τὴν δ' οὔ, ἣν οἶδεν, ἣν μὴ οἶδεν, ἢ ἣν μὴ οἶδεν,
ἣν οἶδεν ἡγεῖται; ἢ πάλιν αὖ μοι ἐρεῖτε ὅτι τῶν ἐπιστη-
μῶν καὶ ἀνεπιστημοσυνῶν εἰσὶν αὖ ἐπιστῆμαι, ἃς ὁ κεκτη-
μένος ἐν ἑτέροις τισὶ γελοίοις περιστερεῶσιν ἢ κηρίνοις
πλάσμασι καθείρξας, * ἕωςπερ ἂν κεκτῆται, ἐπίσταται, καὶ C
ἐὰν μὴ προχείρους ἔχῃ ἐν τῇ ψυχῇ; καὶ οὕτω δὴ ἀναγκα-
σθήσεσθε εἰς ταὐτὸν περιτρέχειν μυριάκις οὐδὲν πλέον ποι-
οῦντες; Τί πρὸς ταῦτα, ὦ Θεαίτητε, ἀποκρινούμεθα;

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, ἔγωγε οὐκ ἔχω
τί χρὴ λέγειν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἡμῖν, ὦ παῖ, καλῶς ὁ λόγος ἐπιπλήτ-
τει, καὶ ἐνδείκνυται ὅτι οὐκ ὀρθῶς ψευδῆ δόξαν προτέραν
ζητοῦμεν ἐπιστήμης, ἐκείνην ἀφέντες; τὸ δ' * ἐστὶν ἀδύ- D
νατον γνῶναι, πρὶν ἄν τις ἐπιστήμην ἱκανῶς λάβῃ τί ποτ'
ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες, ἐν τῷ παρόντι ὡς
λέγεις οἴεσθαι.

ΣΩ. Τί οὖν τις ἐρεῖ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἐπιστήμην; οὐ
γάρ πω *) ἀπεροῦμέν γέ πω.

ΘΕΑΙ. Ἥκιστα, ἐάνπερ μὴ σύ γε ἀπαγορεύσῃς.

ΣΩ. Λέγε δή, τί ἂν αὐτὸ μάλιστα εἰπόντες ἥκιστ'
ἂν ἡμῖν αὐτοῖς ἐναντιωθεῖμεν;

ΘΕΑΙ. Ὅπερ ἐπεχειροῦμεν, ὦ Σώκρατες, * ἐν τῷ E
πρόσθεν· οὐ γὰρ ἔχω ἔγωγε ἄλλο οὐδέν.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΘΕΑΙ. Τὴν ἀληθῆ δόξαν ἐπιστήμην εἶναι. ἀναμάρ-
τητόν γέ πού ἐστι τὸ δοξάζειν ἀληθῆ, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ
γιγνόμενα πάντα καλὰ κἀγαθὰ γίγνεται.

ΣΩ. Ὁ τὸν ποταμὸν καθηγούμενος, ὦ Θεαίτητε,
ἔφη ἄρα δείξειν αὐτό· καὶ τοῦτο ἐὰν ἰόντες ἐρευνῶμεν,
τάχ' ἂν ἐμπόδιον γενόμενον αὐτὸ φή*νειε τὸ ζητούμενον, 201
μένουσι δὲ δῆλον οὐδέν.

---

*) Ἴσ. γάρ που. ἤ· οὐ γάρ πω ἀπεροῦμεν. ΘΕΑΙ.
Ἔγωγ' ἥκιστα κτλ.

aliam esse earum quas nesciat? an hanc sciens, illam nesciens, quam scit pro ea habet quam nescit, vel quam nescit eam quam scit existimat? an rursus mihi dicetis, scientiarum et inscientiarum esse itidem scientias, quas qui possideat in aliis quibusdam ridiculis columbariis vel cereis fictionibus inclusas habens, quamdiu possideat, sciat, etiamsi in promptu non habeat apud animum suum? et hac quidem ratione cogemini aliquo circuitu eodem revolvi millies nihil proficientes? Quid ad haec, Theaetete, respondebimus?

Theae. At mehercule, Socrate, equidem non teneo quid oporteat dici.

So. Nonne igitur nos, puer, recte oratio reprehendit, ostendens perperam nos de falso iudicio prius quaerere quam de scientia, hanc dimittentes? immo vero non potest illa cognosci, priusquam aliquis scientiam qualis tandem sit satis perceperit.

Theae. Necesse est, Socrate, in praesentia hoc quod dicis statuamus.

So. Quid igitur aliquis dicet rursus ab initio scientiam esse? nondum enim, uti arbitror, deficimus.

Theae. Minime vero, siquidem tu non recusaveris.

So. Dic igitur, quid potissimum eam esse statuentes minime nobismet ipsi repugnaturi simus.

Theae. Quod quidem instituimus, Socrate, in praegressis: non enim habeo equidem aliud quicquam.

So. Quale?

Theae. Verum iudicium scientiam esse; errore certe immune est vera iudicare, et quae ab eo proficiscuntur omnia sunt pulchra ac bona.

So. Qui in fluvio transmittendo praeibat, Theaetete, dixit scilicet rem ipsam esse ostensuram: etiam hoc si progredientes indagamus, fortasse, quum impedimento nobis fuerit, ipsum declarabit quod quaerimus, manentibus vero nihil patebit.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς λέγεις· ἀλλ' ἴωμέν γε καὶ σκοπῶμεν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτό γε βραχείας σκέψεως· τέχνη γάρ σοι *) ὅλη σημαίνει μὴ εἶναι ἐπιστήμην αὐτό.

ΘΕΑΙ. Πῶς δή; καὶ τίς αὕτη;

ΣΩ. Ἡ τῶν μεγίστων εἰς σοφίαν, οὓς δὴ καλοῦσι ῥήτοράς τε καὶ δικανικούς. οὗτοι γάρ που τῇ ἑαυτῶν τέχνῃ πείθουσιν οὐ διδάσκοντες, ἀλλὰ δοξάζειν ποιοῦντες ἃ ἂν βούλωνται· ἢ σὺ οἴει δεινούς τινας οὕτω διδασκάλους εἶναι, ὥςτε, οἷς * μὴ παρεγένοντό τινες **) ἀποστερουμένοις χρήματα ἤ τι ἄλλο βιαζομένοις, τούτους δύνασθαι πρὸς ὕδωρ σμικρὸν διδάξαι ἱκανῶς τῶν γενομένων τὴν ἀλήθειαν; B

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς ἔγωγε οἶμαι, ἀλλὰ πεῖσαι μέν.

ΣΩ. Τὸ πεῖσαι δ' οὐχὶ δοξάσαι λέγεις ποιῆσαι;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Οὐκοῦν ὅταν δικαίως πεισθῶσι δικασταὶ περὶ ὧν ἰδόντι μόνον ἔστιν εἰδέναι, ἄλλως ***) δὲ μή, ταῦτα τότε ἐξ ἀκοῆς κρίνοντες, ἀληθῆ δόξαν λα*βόντες, ἄνευ ἐπιστήμης ἔκριναν, ὀρθὰ πεισθέντες, εἴπερ εὖ ἐδίκασαν; C

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκ ἄν, ὦ φίλε, εἴ γε ταὐτὸν ἦν δόξα τε ἀληθὴς [καὶ δικαστήρια] καὶ ἐπιστήμη, ὀρθά ποτ' ἂν δικαστὴς ἄκρος ἐδόξαζεν ἄνευ ἐπιστήμης· νῦν δὲ ἔοικεν ἄλλο τι ἑκάτερον εἶναι.

ΘΕΑΙ. Ὅ γε ἐγώ, ὦ Σώκρατες, εἰπόντος του ἀκούσας ἐπιλελήσμην, νῦν δ' ἐννοῶ· ἔφη δὲ τὴν μὲν μετὰ λόγου ἀληθῆ δόξαν ἐπιστήμην εἶναι, * τὴν δὲ ἄλογον ἐκτὸς ἐπιστήμης, καὶ ὧν μὲν μή ἐστι λόγος, οὐκ ἐπιστητὰ εἶναι, οὑτωσὶ καὶ ὀνομάζων, ἃ δ' ἔχει, ἐπιστητά. D

---

*) ἴσ. γάρ τις.

**) ἴσ. οἳ μὴ παρεγένοντό τισιν ἀποστ.

***) ἴσ. ἄλλῳ.

Theae. Recte dicis; itaque progrediamur et videamus.

So. Iam hoc quidem brevis est quaestionis; ars enim universa quaedam indicat non esse scientiam illud.

Theae. Quomodo? et qualis ista est?

So. Eorum qui maxima sunt sapientia, quos quidem dicunt rhetores et causidicos. hi enim certe arte sua persuadent non docentes, sed iudicare facientes quaecumque voluerint; an tu eos arbitraris tam graves quosdam esse doctores, ut, qui non adfuerint quum pecunia aliqui privarentur vel etiam quampiam iniuriam acciperent, hos possint ad paullulum aquae se accommodantes docere satis eorum quae facta sint veritatem?

Theae. Nullo equidem modo arbitror, sed persuadere sane.

So. Persuadere autem nonne dicis efficere ut quis iudicet?

Theae. Quidni?

So. Nonne quum iuste persuasi sunt iudices de eis, quae videns solus scire potest, nullus alius, haec tum ex audito iudicantes, quum veram ceperunt sententiam, sine scientia iudicant, rectam sibi induentes persuasionem, siquidem bene iudicant?

Theae. Prorsus ita habet.

So. Numquam sane, o care, si idem essent iudicium verum et scientia, recte iudex perfectus iudicaret sine scientia; nunc autem videtur utrumque diversum esse.

Theae. Quod videlicet, Socrate, ab aliquo dicente quum audissem, oblitus eram, nunc autem teneo; dicebat vero iudicium verum cum oratione coniunctum esse scientiam, oratione vero destitutum extra scientiam esse, et ea quorum nulla esset oratio sub scientiam non cadere (ita etiam nominabat); quae vero orationem haberent qua explicarentur, ea cadere sub scientiam.

ΣΩ. Ἦ καλῶς λέγεις. τὰ δὲ δὴ ἐπιστητὰ ταῦτα καὶ μὴ πῇ διῄρει; λέγε, εἰ ἄρα κατὰ ταὐτὰ σύ τε κἀγὼ ἀκηκόαμεν.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' οὐκ οἶδα εἰ ἐξευρήσω· λέγοντος μέντ' ἂν ἑτέρου, ὡς ἐγῷμαι, ἀκολουθήσαιμι.

ΣΩ. Ἄκουε δὴ ὄναρ ἀντὶ ὀνείρατος. ἐγὼ γὰρ αὖ
ἐδόκουν ἀκούειν τινῶν, ὅτι τὰ μὲν * πρῶτα οἱονπερεὶ στοι- E
χεῖα, ἐξ ὧν ἡμεῖς τε ξυγκείμεθα καὶ τἆλλα, λόγον οὐκ
ἔχοι· αὐτὸ γὰρ καθ' αὑτὸ ἕκαστον ὀνομάσαι μόνον εἴη,
προςειπεῖν δὲ οὐδὲν ἄλλο δυνατόν, οὔθ' ὡς ἔστιν οὔθ' ὡς
οὐκ ἔστιν· ἤδη γὰρ ἂν οὐσίαν ἢ μὴ οὐ*σίαν αὐτῷ προς- 202
τίθεσθαι, δεῖν δὲ οὐδὲν προςφέρειν, εἴπερ αὐτὸ ἐκεῖνο μόνον τις ἐρεῖ· ἐπεὶ οὐδὲ τὸ αὐτὸ οὐδὲ τὸ ἐκεῖνο οὐδὲ τὸ ἕκαστον οὐδὲ τὸ μόνον οὐδὲ τοῦτο *) προςοιστέον οὐδ' ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα· ταῦτα μὲν γὰρ περιτρέχοντα πᾶσι προςφέρεσθαι, ἕτερα ὄντα ἐκείνων οἷς προςτίθεται· δεῖν δέ, εἴπερ ἦν δυνατὸν αὐτὸ λέγεσθαι καὶ εἶχεν οἰκεῖον αὑτοῦ λόγον, ἄνευ τῶν ἄλλων ἁπάντων λέγεσθαι· νῦν δὲ
ἀδύνατον εἶναι ὁτιοῦν τῶν πρώτων ῥηθῆναι λό*γῳ· οὐ B
γὰρ εἶναι αὐτῷ ἀλλ' ἢ ὀνομάζεσθαι μόνον· ὄνομα γὰρ μόνον ἔχειν. τὰ δὲ ἐκ τούτων ἤδη ξυγκείμενα, ὥςπερ αὐτὰ πέπλεκται, οὕτω καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ξυμπλακέντα λόγον γεγονέναι· ὀνομάτων γὰρ ξυμπλοκὴν εἶναι λόγου οὐσίαν. οὕτω δὴ τὰ μὲν στοιχεῖα ἄλογα καὶ ἄγνωστα εἶναι, αἰσθητὰ δέ, τὰς δὲ ξυλλαβὰς γνωστάς τε καὶ ῥητὰς καὶ ἀληθεῖ δόξῃ δοξαστάς. ὅταν μὲν οὖν ἄνευ λόγου τὴν ἀληθῆ δόξαν
τινός τις λάβῃ, ἀληθεύειν μὲν αὐτοῦ τὴν * ψυχὴν περὶ C
αὐτό, γιγνώσκειν δ' οὔ· τὸν γὰρ μὴ δυνάμενον δοῦναί τε καὶ δέξασθαι λόγον ἀνεπιστήμονα εἶναι περὶ τούτου, προςλαβόντα δὲ λόγον δυνατόν τε ταῦτα πάντα γεγονέναι **) καὶ τελέως πρὸς ἐπιστήμην ἔχειν. Οὕτω σὺ τὸ ἐνύπνιον ἢ ἄλλως ἀκήκοας;

---

*) ἴσ. τὸ τοῦτο.

**) ἄλλ. γε γνῶναι. ἴσ. γιγνώσκειν.

So. Praeclare ſane dicis. iam vero ea quae ſciri poſſunt quaeque non poſſunt quomodo diſtinguis? dic num fortaſſe idem tu et ego audiverimus.

Theae. At neſcio an inventurus ſim; altero tamen dicente, uti arbitror, ſim asſequuturus.

So. Audi igitur viſum pro viſo. ego enim quoque viſus mihi ſum audire a quibusdam, prima quaſi elementa, e quibus et nos conſtructi eſſemus et reliqua, orationem non admittere; unumquodque enim per ſe ipſum nominari tantum poſſe, nihil aliud vero de eo praedicari, neque eſſe neque non eſſe; iam enim fore ut eſſe vel non eſſe apponeretur, oportere vero nihil adiici, ſiquidem ipſum illud tantum quisquam dicere vellet: etenim neque ipſum neque illud neque unumquodque neque tantum neque hoc eſſe adiiciendum neque alia multa generis eiusdem; haec enim circumcurſantia omnibus adiici, licet diverſa eſſent ab eis quibus adiungerentur; oportere autem illud, ſi fieri poſſet ut diceretur et propriam ſui orationem haberet, ſine reliquis omnibus dici; nunc fieri non poſſe ut quicquam illorum primorum explicaretur oratione; nihil aliud enim in illud cadere niſi ut nominaretur modo; nomen enim tantum habere. iam vero de iis quae ex his conſtructa eſſent, quemadmodum ipſa texta eſſent, ita etiam eorum nomina contexta orationem fieri; nominum enim contextum eſſe orationis naturam. hac igitur ratione elementa neque oratione explicari neque cognoſci, at ſentiri poſſe, comprehenſiones vero cognoſci et exponi et vero iudicio percipi poſſe. quum igitur quis ſine oratione verum iudicium de aliqua re concepiſſet, vera quidem cogitare ipſius animum de illa, ſed non cognoſcere; nam qui non poſſet reddere et accipere rationem, eum inſcientem eſſe huius rei, rationem vero quum adiunxiſſet, et poſſe haec omnia cognoſcere et perſectum eſſe in ſcientia. Itane tu de hoc viſo audiſti, an aliter?

ΘΕΑΙ. Οὕτω μὲν οὖν παντάπασιν.

ΣΩ. Ἀρέσκει οὖν σε καὶ τίθεσαι ταύτῃ, δόξαν ἀληθῆ μετὰ λόγου ἐπιστήμην εἶναι;

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἆρ', ὦ Θεαί*τητε, νῦν οὕτω τῇδε τῇ ἡμέρᾳ D
εἰλήφαμεν, ὃ πάλαι καὶ πολλοὶ τῶν σοφῶν ζητοῦντες πρὶν εὑρεῖν κατεγήρασαν;

ΘΕΑΙ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, καλῶς λέγεσθαι τὸ νῦν ῥηθέν.

ΣΩ. Καὶ εἰκός γε αὐτὸ *) τοῦτο οὕτως ἔχειν· τίς γὰρ ἂν καὶ ἔτι ἐπιστήμη εἴη χωρὶς λόγου τε καὶ ὀρθῆς δόξης; ἓν μέντοι τί με τῶν ῥηθέντων ἀπαρέσκει.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον δή;

ΣΩ. Ὃ καὶ δοκεῖ λέγεσθαι κομψότατα, ὡς τὰ μὲν
στοιχεῖα ἄγνωστα, τὸ δὲ τῶν ξυλλαβῶν γένος * γνωστόν. E

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν ὀρθῶς;

ΣΩ. Ἰστέον δή· ὥσπερ γὰρ ὁμήρους ἔχομεν τοῦ λόγου τὰ παραδείγματα, οἷς χρώμενος εἶπε πάντα ταῦτα.

ΘΕΑΙ. Ποῖα δή;

ΣΩ. Τὰ τῶν γραμμάτων στοιχεῖά τε καὶ ξυλλαβάς· ἢ οἴει ἄλλοσέ ποι βλέποντα ταῦτα εἰπεῖν τὸν εἰπόντα ἃ λέγομεν;

ΘΕΑΙ. Οὔκ, ἀλλ' εἰς ταῦτα.

ΣΩ. Βασα*νίζωμεν δὴ αὐτὰ ἀναλαμβάνοντες, μᾶλ- 203
λον δὲ ἡμᾶς αὐτούς, οὕτως ἢ οὐχ οὕτω γράμματα ἐμάθομεν. φέρε πρῶτον· ἆρ' αἱ μὲν ξυλλαβαὶ λόγον ἔχουσι, τὰ δὲ στοιχεῖα ἄλογα;

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν καὶ ἐμοὶ φαίνεται. Σωκράτους γοῦν εἴ τις ἔροιτο τὴν πρώτην ξυλλαβὴν οὑτωσί, Ὦ Θεαίτητε, λέγε τί ἐστι σω, τί ἀποκρινεῖ;

ΘΕΑΙ. Ὅτι σῖγμα καὶ ὦ.

---

*) Ισ. αὖ.

Theae. Ita vero omnino.

So. Placet igitur tibi et ita ſtatuis iudicium verum cum oratione coniunctum ſcientiam eſſe?

Theae. Maxime vero.

So. Num, Theaetete, ſic ſtatim hoc die nacti ſumus, quod iam pridem et multi ſapientes quaerentes antequam invenerint conſenuerunt?

Theae. Mihi quidem videtur, Socrate, praeclare dici quod nunc memoratum eſt.

So. Et conſentaneum quoque eſt hoc ita ſe habere; quaenam enim etiam ſcientia foret ſublatis oratione rectoque iudicio? unum tamen aliquod eorum quae dicta ſunt mihi diſplicet.

Theae. Quale iſtud?

So. Quod etiam videtur dici ſcitiſſime, elementa cognoſci non poſſe, comprehenſionum vero genus in cognitionem cadere.

Theae. Nonne recte?

So. Videndum eſt; tamquam enim pignora habemus orationis exempla, quibus uſus eſt qui haec omnia dixit.

Theae. Qualia tandem?

So. Litterarum elementa et ſyllabas: an cenſes alio ſpectantem haec dixiſſe qui dixerit quae memoramus?

Theae. Non, ſed huc.

So. Examinemus igitur illa repetentes, potius vero nos ipſos, num ita an non ita litteras didicerimus. age primum: num ſyllabae quidem orationem admittunt, elementa vero eam repudiant?

Theae. Fortaſſe.

So. Sane quidem etiam mihi videtur. Socratis certe ſi quis quaerat de prima ſyllaba ita: O Theaetete, dic quid ſit *ſo*, quid reſpondeas?

Theae. Eam e litteris ſ et o conſtare.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτον ἔχεις λόγον τῆς ξυλλαβῆς;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἴθι δή, οὕτως εἰπὲ καὶ τὸν τοῦ * σῖγμα λόγον. B

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς τοῦ στοιχείου τις ἐρεῖ στοιχεῖα; καὶ γὰρ δή, ὦ Σώκρατες, τό τε σῖγμα τῶν ἀφώνων ἐστί, ψόφος τις μόνον, οἷον συριττούσης τῆς γλώττης· τοῦ δ' αὖ βῆτα οὔτε φωνὴ οὔτε ψόφος, οὐδὲ τῶν πλείστων στοιχείων. ὥςτε πάνυ εὖ ἔχει τὸ λέγεσθαι αὐτὰ ἄλογα, ὧν γε τὰ ἐναργέστατα ἑπτὰ αὐτὰ φωνὴν μόνον ἔχει, λόγον δὲ οὐδ' ὁντινοῦν.

ΣΩ. Τουτὶ μὲν ἄρα, ὦ ἑταῖρε, κατωρθώκαμεν περὶ ἐπιστήμης.

ΘΕΑΙ. Φαινόμεθα.

ΣΩ. Τί δὲ * δή; τὸ μὴ γνωστὸν εἶναι τὸ στοιχεῖον, C ἀλλὰ τὴν ξυλλαβὴν ἆρ' ὀρθῶς ἀποδεδέγμεθα;

ΘΕΑΙ. Εἰκός γε.

ΣΩ. Φέρε δή, τὴν ξυλλαβὴν πότερον λέγομεν τὰ ἀμφότερα στοιχεῖα καί, ἐὰν πλείω ᾖ ἢ δύο, τὰ πάντα, ἢ μίαν τινὰ ἰδέαν γεγονυῖαν ξυντεθέντων αὐτῶν;

ΘΕΑΙ. Τὰ ἅπαντα ἔμοιγε δοκοῦμεν.

ΣΩ. Ὅρα δὴ ἐπὶ δυοῖν, σῖγμα *) καὶ ὦ· ἀμφότερά ἐστιν ἡ πρώτη ξυλλαβὴ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος· ἄλλο τι ὁ γιγνώσκων αὐτὴν τὰ ἀμφότερα γιγνώσκει;

ΘΕΑΙ. * Τί μήν; D

ΣΩ. Τὸ σῖγμα καὶ τὸ ὦ ἄρα γιγνώσκει.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τί δ'; ἑκάτερον ἆρ' ἀγνοεῖ, καὶ οὐδέτερον εἰδὼς ἀμφότερα γιγνώσκει;

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ δεινὸν καὶ ἄλογον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι εἴ γε ἀνάγκη ἑκάτερον γιγνώσκειν, εἴπερ ἀμφότερά τις γνώσεται, προγιγνώσκειν τὰ στοιχεῖα ἅπασα ἀνάγκη τῷ μέλλοντί ποτε γνώσεσθαι ξυλλαβήν, καὶ οὕτως ἡμῖν ὁ καλὸς λόγος ἀποδεδρακὼς οἰχήσεται.

---

*) Ιο. τῷ σῖγμα.

So. Nonne hanc habes orationem, qua syllabam explores?

Theae. Ego vero.

So. Agedum, ita expone etiam litterae s rationem.

Theae. Et quomodo elementi aliquis dixerit elementa? etenim, Socrate, s est consonantium, strepitus tantum, quasi sibilante lingua, b autem neque vocem neque strepitum habet, non magis quam pleraque elementa. ut satis bene se habeat si dicantur explicationis expertia, quippe quorum clarissima ipsa septem vocem tantum habeant, nullam vero explicationem.

So. Hoc igitur, amice, recte exposuimus de scientia.

Theae. Videmur vero.

So. Quid iam? cognosci non posse elementum, at syllabam, num recte probavimus?

Theae. Est quidem probabile.

So. Agedum, syllabam utrum dicimus utraque elementa et, si plura sunt quam duo, cuncta, an unum aliquod singulare ex illorum coniunctione natum?

Theae. Cuncta mihi quidem videmur dicere.

So. Vide dum de duobus s et o: utraque sunt prima syllaba mei nominis: nonne qui hanc cognoscit, utraque cognoscit?

Theae. Quidni cognoscat?

So. S igitur et o cognoscit.

Theae. Ita.

So. Quid? utrumque igitur ignorat et neutrum sciens ambo cognoscit?

Theae. At absurdum et ineptum, Socrate.

So. Attamen si necesse est utrumque cognoscere eum qui ambo cogniturus sit, praenoscere elementa prorsus necesse est ei qui umquam cogniturus sit syllabam, et ita fiet ut nobis praeclara oratio aufugiat.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα γε * ἐξαίφνης. E

ΣΩ. Οὐ γὰρ καλῶς αὐτὸν φυλάττομεν. χρῆν γὰρ ἴσως τὴν ξυλλαβὴν τίθεσθαι μὴ τὰ στοιχεῖα, ἀλλ' ἐξ ἐκείνων ἕν τι γεγονὸς εἶδος, ἰδέαν μίαν αὐτὸ αὑτοῦ ἔχον, ἕτερον δὲ τῶν στοιχείων.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν· καὶ τάχα γ' ἂν μᾶλλον οὕτως ἢ ἐκείνως ἔχοι.

ΣΩ. Σκεπτέον καὶ οὐ προδοτέον οὕτως ἀνάνδρως μέγαν τε καὶ σεμνὸν λόγον.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ἐχέτω δὴ ὡς νῦν φαμέν· μία * ἰδέα ἐξ ἑκάστων τῶν ξυναρμοττόντων στοιχείων γιγνομένη ἡ ξυλλαβή, ὁμοίως ἔν τε γράμμασι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. 204

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν μέρη αὐτῆς οὐ δεῖ εἶναι.

ΘΕΟ. Τί δή;

ΣΩ. Ὅτι οὗ ἂν ᾖ μέρη, τὸ ὅλον ἀνάγκη τὰ πάντα μέρη εἶναι. ἢ καὶ τὸ ὅλον ἐκ τῶν μερῶν λέγεις γεγονὸς ἕν τι εἶδος ἕτερον τῶν πάντων μερῶν;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τὸ δὲ δὴ πᾶν καὶ τὸ ὅλον πότερον ταὐτὸν καλεῖς ἢ ἕτερον ἑκάτερον; B

ΘΕΑΙ. Ἔχω μὲν οὐδὲν σαφές, ὅτι δὲ κελεύεις προθύμως ἀποκρίνασθαι, παρακινδυνεύων λέγω ὅτι ἕτερον.

ΣΩ. Ἡ μὲν προθυμία, ὦ Θεαίτητε, ὀρθή· εἰ δὲ καὶ ἡ ἀπόκρισις, σκεπτέον.

ΘΕΑΙ. Δεῖ δέ γε δή.

ΣΩ. Οὐκοῦν διαφέροι ἂν τὸ ὅλον τοῦ παντός, ὡς ὁ νῦν λόγος;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τί δὲ δή; τὰ πάντα καὶ τὸ πᾶν ἔσθ' ὅ τι διαφέρει; οἷον ἐπειδὰν λέγωμεν ἕν, δύο, τρία, τέτταρα, πέντε, ἕξ, καὶ ἐὰν δὶς τρία ἢ * τρὶς δύο ἢ τέτταρά τε C

Theae. Et valde quidem ſubito.

So. Neque enim bene eam cuſtodimus. oportet enim fortaſſe ſyllabam exiſtimare non elementa, ſed ex his unum aliquod natum genus, propriam ſui formam habens, diverſum vero ab elementis.

Theae. Sane quidem, et forſitan magis hac quam illa ratione ſe habeat.

So. Anquirenda eſt, non deſerenda tam ignave magna et gravis oratio.

Theae. Minime vero.

So. Eſto ita, ut nunc diximus, una forma e quibusque congruentibus elementis proficiſcens ſyllaba, pariter in litteris reliquisque omnibus.

Theae. Sane quidem.

So. Itaque partes eius nullae eſſe debent.

Theae. Qui tandem?

So. Quia, cuius partes ſunt, totum neceſſe eſt omnes partes eſſe. an etiam totum e partibus exſiſtens dicis unam quandam ſpeciem eſſe diverſam a cunctis partibus?

Theae. Ego vero.

So. Univerſum vero et totum num idem vocas, an diverſum utrumque?

Theae. Habeo quidem nihil certi; quia vero me iubes alacri animo reſpondere, periclitans dico diverſum eſſe.

So. Alacritas quidem, Theaetete, recta eſt; num etiam reſponſio, videndum.

Theae. Sane id neceſſe eſt.

So. Igitur differet totum ab univerſo, ut oratio nunc inſtituta ponit?

Theae. Etiam.

So. Quid vero? omnia et univerſum eſt quod differant? velut quando dicimus unum, duo, tria, quattuor, quinque, ſex, et quando bis tria vel ter duo vel

καὶ δύο ἢ τρία καὶ δύο καὶ ἓν *), πότερον ἐν πᾶσι τούτοις τὸ αὐτὸ ἢ ἕτερον λέγομεν;

ΘΕΑΙ. Ταὐτόν.

ΣΩ. Ἄρ' ἄλλο τι ἢ ἕξ;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐφ' ἑκάστης λέξεως πάντα **) τὰ ἓξ εἰρήκαμεν;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Πάλιν δ' οὐδὲν λέγομεν τὰ πάντα λέγοντες;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Ἢ ἄλλο τι ἢ τὰ ἕξ;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΣΩ. Ταὐτὸν ἄρα ἔν γε τοῖς ὅσα ἐξ * ἀριθμοῦ ἐστί, D
τό τε πᾶν προςαγορεύομεν καὶ τὰ ἅπαντα;

ΘΕΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ὧδε δὴ περὶ αὐτῶν λέγωμεν· ὁ τοῦ πλέθρου ἀριθμὸς καὶ τὸ πλέθρον ταὐτόν· ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ ὁ τοῦ σταδίου δὴ ὡςαύτως;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ ὁ τοῦ στρατοπέδου γε καὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦθ' ὁμοίως; ὁ γὰρ ἀριθμὸς πᾶς τὸ ὂν πᾶν ἕκαστον αὐτῶν ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ὁ δὲ ἑκάστων ἀριθμὸς μῶν ἄλλο τι ἢ μέρη
* ἐστίν; E

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΣΩ. Ὅσα ἄρα ἔχει μέρη, ἐκ μερῶν ἂν εἴη;

ΘΕΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τὰ δέ γε πάντα μέρη τὸ πᾶν εἶναι ὡμολόγηται, εἴπερ καὶ ὁ πᾶς ἀριθμὸς τὸ πᾶν ἔσται.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

---

*) ἄλλ. ἓν ἢ πέντε καὶ ἕν.

**) ἴσ. τὸ πᾶν.

quattuor et duo vel tria et duo et unum, num in his omnibus idem an diverſum dicimus?

Theae. Idem.

So. Num aliud quid niſi ſex?

Theae. Nihil aliud.

So. Nonne unaquaque dictione univerſum ſex ſignificavimus?

Theae. Etiam.

So. Contra omnia dicentes nihil dicimus?

Theae. Neceſſe eſt nos aliquid dicere.

So. Num aliud quid niſi ſex?

Theae. Nihil aliud.

So. Idem igitur in omnibus, quae e numero conſtant, univerſum appellamus et omnia.

Theae. Videtur.

So. Ita igitur de his ſtatuamus. iugeri numerus et iugerum idem ſunt; nonne?

Theae. Vero.

So. Et ſtadii numerus ſimiliter.

Theae. Etiam.

So. Quin etiam exercitus numerus et exercitus et omnia id genus pariter? numerus enim univerſus eſt univerſum illud quod quidque eorum eſt.

Theae. Ita.

So. Numerus vero cuiusque num aliud quid eſt quam partes?

Theae. Nihil vero aliud.

So. Quaecumque igitur partes habent, ea e partibus conſtabunt?

Theae. Videtur.

So. Omnes vero partes univerſum eſſe conceſſimus, ſiquidem etiam univerſus numerus univerſum erit.

Theae. Ita.

ΣΩ. Τὸ ὅλον ἄρ' οὐκ ἔστιν ἐκ μερῶν· πᾶν *) γὰρ ἂν εἴη, τὰ πάντα ὂν μέρη.

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔοικεν.

ΣΩ. Μέρος δ' ἔσθ' ὅτου ἄλλου ἔστιν ὅπερ ἔστιν ἢ τοῦ ὅλου;

ΘΕΑΙ. Τοῦ παντός γε.

ΣΩ. Ἀν*δρικῶς γε, ὦ Θεαίτητε, μάχει. τὸ πᾶν δὲ 205
οὐχ ὅταν μηδὲν ἀπῇ, αὐτὸ τοῦτο πᾶν **) ἐστίν;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Ὅλον δὲ οὐ ταὐτὸν τοῦτο ἔσται, οὗ ἂν μηδαμῇ μηδὲν ἀποστατῇ; οὗ δ' ἂν ἀποστατῇ, οὔτε ὅλον οὔτε πᾶν, ἅμα γενόμενον ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὸ αὐτό;

ΘΕΑΙ. Δοκεῖ μοι νῦν οὐδὲν διαφέρειν πᾶν τε καὶ ὅλον.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐλέγομεν ὅτι, οὗ ἂν μέρη ᾖ, τὸ ὅλον τε καὶ πᾶν τὰ πάντα μέρη ἔσται;

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Πάλιν δή ***), ὅπερ ἄρτι ἐπεχείρουν, οὐκ, εἴπερ ἡ ξυλλαβὴ μὴ τὰ στοιχεῖά ἐστιν, ἀνάγκη αὐτὴν μὴ ὡς
* μέρη ἔχειν ἑαυτῆς τὰ στοιχεῖα, ἢ ταὐτὸν οὖσαν αὐτοῖς B
ὁμοίως ἐκείνοις γνωστὴν εἶναι;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτο ἵνα μὴ γένηται, ἕτερον αὐτῶν αὐτὴν ἐθέμεθα;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τί δ'; εἰ μὴ τὰ στοιχεῖα ξυλλαβῆς μέρη ἐστίν, ἔχεις ἄλλ' ἄττα εἰπεῖν, ἃ μέρη μέν ἐστι ξυλλαβῆς, οὐ μέντοι στοιχεῖά γε ἐκείνης;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, μόρια ταύτης ξυγχωροίην ****)· γελοῖόν που †) τὰ στοιχεῖα ἀφέντα ἐπ' ἄλλα ἰέναι.

---

*) ἴσ. τὸ πᾶν. **) ἴσ. τὸ πᾶν.
***) ἴσ. δέ.
****) ἴσ. ξυγχωροίην ἄν.
†) ἴσ. γελοῖον γάρ που.

So. Totum ergo non conſtabit e partibus; univerſum enim eſſet, ſi omnes eſſet partes.

Theae. Non conſtabit.

So. Pars autem num alius rei eſt id quod eſt niſi totius?

Theae. Immo univerſi.

So. Viriliter, Theaetete, pugnas. univerſum tamen nonne, quum nihil abeſt, hoc ipſum univerſum eſt?

Theae. Neceſſe eſt.

So. Totum vero nonne idem hoc erit, quod nulla omnino re deficitur? quod vero deficitur, neque totum eſt neque univerſum, quod quidem idem ſimul ex eodem exſiſtit?

Theae. Videtur mihi nunc nihil differre univerſum et totum.

So. Nonne diximus, totum et univerſum id cuius partes exſtarent, cunctas eſſe partes?

Theae. Sane quidem.

So. Rurſus vero, id quod modo inſtituebam dicere, nonne, ſi ſyllaba non eſt elementa, neceſſe eſt eam non ut partes ſuas habere elementa, aut, ſi idem ſit atque illa, aeque atque illa in cognitionem cadere?

Theae. Ita.

So. Nonne hoc ne conſequeretur, diverſam ab illis eam exiſtimavimus?

Theae. Etiam.

So. Quid? ſi elementa non ſunt ſyllabae partes, habesne alia quaedam dicere, quae partes quidem ſint ſyllabae, non tamen eius elementa?

Theae. Neutiquam, Socrate, partes eius eſſe conceſſerim; ridiculum enim foret elementis dimiſſis ad alia pergere.

ΣΩ. Παντάπασι δή, ὦ Θεαίτητε, * κατὰ τὸν νῦν C
λόγον μία τις ἰδέα ἀμέριστος ξυλλαβὴ ἂν εἴη.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Μέμνησαι οὖν, ὦ φίλε, ὅτι ὀλίγον ἐν τῷ πρόσθεν ἀπεδεχόμεθα ἡγούμενοι εὖ λέγεσθαι ὅτι τῶν πρώτων οὐκ εἴη λόγος, ἐξ ὧν τὰ ἄλλα ξύγκειται, διότι αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἕκαστον εἴη ἀξύνθετον, καὶ οὐδὲ τὸ εἶναι περὶ αὐτοῦ ὀρθῶς ἔχοι προσφέροντα εἰπεῖν, οὐδὲ τοῦτο *), ὡς ἕτερα καὶ ἀλλότρια λεγόμενα, καὶ αὕτη δὴ ἡ αἰτία ἄλογόν τε καὶ ἄγνωστον αὐτὸ ποιοῖ;

ΘΕΑΙ. Μέμνημαι.

ΣΩ. * Ἦ οὖν ἄλλη τις ἢ αὕτη ἡ αἰτία τοῦ μονοει- D
δές τι καὶ ἀμέριστον αὐτὸ εἶναι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὁρῶ ἄλλην.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν δὴ φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰς ταὐτὸν ἐμπέπτωκεν ἡ ξυλλαβὴ εἶδος ἐκείνῳ, εἴπερ μέρη τε μὴ ἔχει καὶ μία ἐστὶν ἰδέα;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Εἰ μὲν ἄρα πολλὰ στοιχεῖα ἡ ξυλλαβή ἐστι καὶ ὅλον τι, μέρη δ' αὐτῆς ταῦτα, ὁμοίως αἵ τε ξυλλαβαὶ γνωσταὶ καὶ ῥηταὶ καὶ τὰ στοιχεῖα, ἐπείπερ τὰ πάντα μέρη τῷ ὅλῳ ταὐτὸν ἐφάνη.

ΘΕΑΙ. * Καὶ μάλα. E

ΣΩ. Εἰ δέ γε ἕν τε καὶ ἀμερές, ὁμοίως μὲν ξυλλαβή, ὡσαύτως δὲ στοιχεῖον ἄλογόν τε καὶ ἄγνωστον· ἡ γὰρ αὐτὴ αἰτία ποιήσει αὐτὰ τοιαῦτα.

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔχω ἄλλως εἰπεῖν.

ΣΩ. Τοῦτο **) μὲν ἄρα μὴ ἀποδεχώμεθα, ὃς ἂν λέγῃ ξυλλαβὴν μὲν γνωστὸν καὶ ῥητόν, στοιχεῖον δὲ τοὐναντίον.

ΘΕΑΙ. Μὴ γάρ, εἴπερ τῷ λόγῳ πειθόμεθα.

ΣΩ. * Τί δ' αὖ; τοὐναντίον λέγοντος ἆρ' οὐ μᾶλ- 206

---

*) ἴσ. τὸ τοῦτο. ἢ· οὐδὲ τοιοῦτό τι.

**) ἴσ. Τούτου.

So. Omnino igitur, Theaetete, ſecundum orationem nunc ſusceptam una aliqua ſpecies individua ſyllaba erit.

Theae. Videtur.

So. Meminiſtine, mi care, paullo ſupra nos probaſſe exiſtimantes bene dici primorum nullam eſſe orationem, e quibus reliqua eſſent conſtructa, propterea quod unumquodque per ſe eſſet compoſitionis expers, neque eſſe dicendo ei recte adiungi neque hoc, quippe quae diverſa et aliena dicerentur, et hanc ſcilicet eſſe cauſam cur orationem repudiaret cognitionemque fugeret?

Theae. Memini vero.

So. Num igitur alia quaepiam quam haec cauſa eſt cur ſimplex quid et individuum illud ſit? equidem non video aliam.

Theae. Neque etiam apparet.

So. Nonne in idem incurrit ſyllaba genus in quod illud, ſiquidem partes nullas habet et una eſt forma ſingularis?

Theae. Prorſus ita.

So. Ergo ſi multa elementa ſyllaba eſt et totum aliquod, partes vero eius haec ſunt, pariter ſyllabae cognoſci et explicari poſſunt atque elementa, ſiquidem cunctas partes idem eſſe quod totum perſpeximus.

Theae. Sane quidem.

So. Sin unum aliquod et individuum eſt, ſyllaba aeque atque elementum explicationem et cognitionem fugit: eadem enim cauſa efficiet ut talia ſint.

Theae. Non poſſum aliter dicere.

So. Hunc ergo ne audiamus, qui dicat ſyllabam quidem cognoſci et explicari poſſe, elementum vero contra.

Theae. Minime vero, ſiquidem orationem ſequimur.

So. Quid vero? contrarium dicentem nonne ma-

λον ἂν ἀποδέξαιο, ἐξ ὧν αὐτὸς ξύνοισθα σαυτῷ ἐν τῇ τῶν γραμμάτων μαθήσει;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὡς οὐδὲν ἄλλο μανθάνων διετέλεσας ἢ τὰ στοιχεῖα ἔν τε τῇ ὄψει διαγιγνώσκειν πειρώμενος καὶ ἐν τῇ ἀκοῇ αὐτὸ καθ' αὐτὸ ἕκαστον, ἵνα μὴ ἡ θέσις σε ταράττοι λεγομένων τε καὶ γραφομένων.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Ἐν δὲ κιθαριστοῦ τελέως μεμαθηκέναι μῶν ἄλλο τι ἦν ἢ τὸ τῷ φθόγγῳ ἑκά*στῳ δύνασθαι ἐπακολουθεῖν, ποίας χορδῆς εἴη; ἃ δὴ στοιχεῖα πᾶς ἂν ὁμολογήσειε μουσικῆς λέγεσθαι. B

ΘΕΑΙ. Οὐδὲν ἄλλο.

ΣΩ. Ὧν μὲν ἄρ' αὐτοὶ ἔμπειροί ἐσμεν στοιχείων καὶ ξυλλαβῶν, εἰ δεῖ ἀπὸ τούτων τεκμαίρεσθαι καὶ εἰς τὰ ἄλλα, πολὺ τὸ τῶν στοιχείων γένος ἐναργεστέραν τε τὴν γνῶσιν ἔχειν φήσομεν καὶ κυριωτέραν τῆς ξυλλαβῆς πρὸς τὸ λαβεῖν τελέως ἕκαστον μάθημα, καὶ ἐάν τις φῇ ξυλλαβὴν μὲν γνωστόν, ἄγνωστον δὲ πεφυκέναι στοιχεῖον, ἑκόντα ἢ ἄκοντα παίζειν ἡγησόμεθ' αὐτόν.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΣΩ. * Ἀλλὰ δὴ τούτου μὲν ἔτι κἂν ἄλλαι φανεῖεν C ἀποδείξεις, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ· τὸ δὲ προκείμενον μὴ ἐπιλαθώμεθα δι' αὐτὰ ἰδεῖν, ὅ τι δή ποτε καὶ λέγεται τὸ μετὰ δόξης ἀληθοῦς λόγον προςγενόμενον τὴν τελεωτάτην ἐπιστήμην γεγονέναι.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν χρὴ ὁρᾶν.

ΣΩ. Φέρε δή, τί *) ποτε βούλεται τὸν λόγον **) ἡμῖν σημαίνειν; τριῶν γάρ ἕν τί μοι δοκεῖ λέγειν.

ΘΕΑΙ. Τίνων δή;

ΣΩ. Τὸ μὲν πρῶτον εἴη * ἂν τὸ τὴν αὐτοῦ ***) D διάνοιαν ἐμφανῆ ποιεῖν διὰ φωνῆς μετὰ ῥημάτων τε καὶ

---

*) γρ. τίνα. **) ἴσ. λόγος.
***) γρ. αὑτοῦ.

gis audies ex eis quorum tibimet ipse conscius es in litteris percipiendis?

Theae. Quid tandem intelligis?

So. Te discentem semper studuisse tantum elementa et visu internoscere et auditu, unumquodque per se, ut ne positio te perturbaret vel dictorum vel scriptorum.

Theae. Verissima dicis.

So. Apud citharistam vero perfecte didicisse num aliud quid erat quam sonum quemque posse assequi cuius esset chordae? quae quidem elementa quivis confitebitur musicae dici.

Theae. Nihil vero aliud.

So. Quorum igitur ipsi gnari sumus elementorum et syllabarum, si coniectura ex his est facienda de reliquis, multo elementorum genus clariorem habere cognitionem dicemus magisque ratam quam syllabam ad percipiendam perfecte unamquamque disciplinam, et si quis dixerit syllabam quidem cognosci posse, cognitionem autem naturâ fugere elementum, invitum vel non invitum iocari eum existimabimus.

Theae. Maxime vero.

So. Huius tamen generis etiam aliae reperiri possint demonstrationes, ut mihi videtur; propositum autem ne obliviscamur per haec perpendere, quid tandem sit quod oratio dicatur ad iudicium verum accedens perfectissima scientia esse.

Theae. Sane id oportet considerari.

So. Agedum: quid tandem volt vocabulum oratio nobis significare? ex tribus enim unum quid mihi videtur dicere.

Theae. Ex quibus tandem?

So. Primum fere est id, quo cogitationem suam aliquis declarat voce per verba et nomina, tanquam spe-

ὀνομάτων, ὥσπερ εἰς κάτοπτρον ἢ ὕδωρ τὴν δόξαν ἐκτυπούμενον εἰς τὴν διὰ τοῦ στόματος ῥοήν· ἢ οὐ δοκεῖ σοι τὸ τοιοῦτον λόγος εἶναι;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε. τὸν οὖν αὐτὸ δρῶντα λέγειν φαμέν. *)

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτό γε πᾶς ποιεῖν δυνατὸς θᾶττον ἢ σχολαίτερον, τὸ ἐνδείξασθαι τί δοκεῖ περὶ ἑκάστου αὐτῷ, ὁ μὴ ἐνεὸς ἢ κωφὸς ἀπ' ἀρχῆς· καὶ οὕτως ὅσοι τι ὀρθὸν δοξάζουσι, πάντες αὐτὸ φανοῦνται μετὰ * λόγου ἔχοντες, E
καὶ οὐδαμοῦ ἔτι ὀρθὴ δόξα χωρὶς ἐπιστήμης γενήσεται.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Μὴ τοίνυν ῥᾳδίως καταγιγνώσκωμεν τὸ μηδὲν εἰρηκέναι τὸν ἀποφηνάμενον ἐπιστήμην ὃ νῦν σκοποῦμεν. ἴσως γὰρ ὁ λέγων οὐ τοῦτο ἔλεγεν, ἀλλὰ τὸ ἐρωτηθέντα, τί ἕκαστον, δυνατὸν εἶναι τὴν ἀπόκρισιν διὰ τῶν στοιχείων ἀποδοῦναι * τῷ ἐρομένῳ. 207

ΘΕΑΙ. Οἷον τί λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οἷον καὶ Ἡσίοδος περὶ ἁμάξης λέγει τὸ

ἑκατὸν δέ τε δούραθ' ἁμάξης.

ἃ ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν δυναίμην εἰπεῖν, οἶμαι δὲ οὐδὲ σύ, ἀλλ' ἀγαπῷμεν ἂν ἐρωτηθέντες ὅ τί ἐστιν ἅμαξα, εἰ ἔχοιμεν εἰπεῖν τροχοί, ἄξων, ὑπερτερία, ἄντυγες, ζυγόν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ὁ δέ γε ἴσως οἴοιτ' ἂν ἡμᾶς, ὥσπερ ἂν τὸ σὸν ὄνομα ἐρωτηθέντας καὶ ἀποκριναμένους κατὰ ξυλλαβήν, γελοίους εἶναι, * ὀρθῶς μὲν δοξάζοντας καὶ λέγοντας ἃ B
λέγομεν, οἰομένους δὲ γραμματικοὺς εἶναι καὶ ἔχειν τε καὶ λέγειν γραμματικῶς τὸν τοῦ Θεαιτήτου ὀνόματος λόγον· τὸ δ' οὐκ εἶναι ἐπιστημόνως οὐδὲν λέγειν, πρὶν ἂν διὰ τῶν στοιχείων μετὰ τῆς ἀληθοῦς δόξης ἕκαστον περαίνῃ τις, ὅπερ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν που ἐῤῥήθη.

ΘΕΑΙ. Ἐῤῥήθη γάρ.

ΣΩ. Οὕτω τοίνυν καὶ περὶ ἁμάξης ἡμᾶς μὲν ὀρθὴν ἔχειν δόξαν, τὸν δὲ διὰ τῶν ἑκατὸν ἐκείνων δυνάμενον

---

*) ἴσ. ΣΩ. Τὸν οὖν — φαμέν. ΘΕΑΙ. Φαμέν. ΣΩ. Οὐκοῦν κτλ.

culo vel aqua iudicium suum exprimens oris fluxione: annon videtur tibi tale quid oratio esse?

Theae. Mihi vero.

So. Qui igitur id facit, eum loqui dicimus.

Theae. Dicimus vero.

So. Iam vero hoc quivis facere potest vel citius vel tardius, ostendere videlicet, quid sibi videatur de quaque re, nisi mutus vel surdus omnino est; et ita quicumque recti quid iudicant, hi reperientur hoc cum ratione habentes, nec iam usquam rectum iudicium sine scientia consistet.

Theae. Vera.

So. Ne autem facile iudicemus nihil dixisse eum qui scientiam id esse declaraverit de quo nunc quaerimus. fortasse enim qui id dixit non illud intellexit, sed hoc: interrogatum, quid sit quidque, posse responsum per elementa dare interroganti.

Theae. Quale verbi causa istud dicis, Socrate?

So. Quale etiam Hesiodus de curru dicit:

currus centenaque ligna.

quae ego quidem non possim enumerare, arbitror vero neque te posse, sed contenti erimus interrogati, quid sit currus, si potuerimus dicere, rotas, axem, sirpeam, orbiculos, iugum.

Theae. Sane quidem.

So. Ille vero forsitan arbitretur nos, veluti de tuo nomine rogatos et respondentes per syllabas, ridiculos esse, recte quidem iudicantes et dicentes quae dicamus, opinantes vero grammaticos esse et tenere atque dicere grammatice Theaeteti nominis explicationem: potius vero nihil posse scienter dici, priusquam per elementa cum vero iudicio quidque absolvat quispiam, quod etiam in praegressis, ni fallor, dictum est.

Theae. Dictum vero est.

So. Ita igitur etiam de curru nos quidem rectum habere iudicium, eum vero qui per centena illa possit

διελθεῖν αὐτῆς τὴν οὐ*σίαν, προςλαβόντα τοῦτο, λόγον τε C
προςειληφέναι τῇ ἀληθεῖ δόξῃ καὶ ἀντὶ δοξαστικοῦ τεχνικόν τε καὶ ἐπιστήμονα περὶ ἁμάξης οὐσίας γεγονέναι, διὰ στοιχείων τὸ ὅλον περάναντα.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν εὖ δοκεῖ σοι, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Εἴ σοί, ὦ ἑταῖρε, δοκεῖ, καὶ ἀποδέχει τὴν διὰ τοῦ στοιχείου διέξοδον περὶ ἑκάστου λόγον εἶναι, τὴν δὲ κατὰ ξυλλαβὰς ἢ καὶ κατὰ μεῖζον ἔτι ἀλογίαν, τοῦτό μοι λέγε, ἵν' αὐ*τὸ ἐπισκοπῶμεν. D

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ πάνυ ἀποδέχομαι.

ΣΩ. Πότερον ἡγούμενος ἐπιστήμονα εἶναι ὁντινοῦν ὁτουοῦν, ὅταν τὸ αὐτὸ τοτὲ μὲν τοῦ αὐτοῦ δοκῇ αὐτῷ εἶναι, τοτὲ δὲ ἑτέρου, ἢ καὶ ὅταν τοῦ αὐτοῦ τοτὲ μὲν ἕτερον, τοτὲ δὲ ἕτερον δοξάζῃ;

ΘΕΑΙ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Εἶτα ἀμνημονεῖς ἐν τῇ τῶν γραμμάτων μαθήσει κατ' ἀρχὰς σαυτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους δρῶντας αὐτά;

ΘΕΑΙ. Ἆρα λέγεις τῆς αὐτῆς ξυλλαβῆς τοτὲ μὲν ἕτερον, τοτὲ δὲ * ἕτερον ἡγουμένους γράμμα, καὶ τὸ αὐτὸ E
τοτὲ μὲν εἰς τὴν προςήκουσαν, τοτὲ δὲ εἰς ἄλλην τιθέντας ξυλλαβήν;

ΣΩ. Ταῦτα λέγω.

ΘΕΑΙ. Μὰ Δί' οὐ τοίνυν ἀμνημονῶ, οὐδέ γέ πω ἡγοῦμαι ἐπίστασθαι τοὺς οὕτως ἔχοντας.

ΣΩ. Τί οὖν; ὅταν ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ Θεαίτητον γράφων τις θῆτα καὶ εἶ οἴηταί τε δεῖν γράφειν καὶ γράψῃ,
καὶ αὖ * Θεόδωρον ἐπιχειρῶν γράφειν ταῦ καὶ εἶ οἴηταί 208
τε δεῖν γράφειν καὶ γράψῃ, ἆρ' ἐπίστασθαι φήσομεν αὐτὸν τὴν πρώτην τῶν ὑμετέρων ὀνομάτων ξυλλαβήν;

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἄρτι ὡμολογήσαμεν τὸν οὕτως ἔχοντα μήπω εἰδέναι.

ΣΩ. Κωλύει οὖν τι καὶ περὶ τὴν δευτέραν ξυλλαβὴν καὶ τρίτην καὶ τετάρτην οὕτως ἔχειν τὸν αὐτόν;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν γε.

perſequi eius naturam, hoc aſſumpto, et explicationem adiungere vero iudicio et pro opinatore artificioſum ac ſcientem currus naturae exſiſtere, per elementa totum perſequentem.

Theae. Nonne bene videtur tibi, Socrate?

So. Num tibi, mi care, videatur et amplectare cuiusque rei explicationem per elementa orationem eſſe, illam vero per ſyllabas vel etiam maius quid ab oratione alienam, hoc mihi dic, ut perſcrutemur.

Theae. Sane quidem id amplector.

So. Utrum arbitrans ſcientem eſſe quemlibet cuiuslibet rei, quando idem modo ad idem ipſi videatur pertinere, modo ad diverſum quid, vel etiam quando ad eandem rem modo hoc modo illud pertinere iudicet?

Theae. Non mehercule.

So. Itane non recordaris in litteris percipiendis initio te ipſum et ceteros fęciſſe idem?

Theae. Num hoc dicis eiusdem nos ſyllabae modo hanc modo illam exiſtimaſſe litteram eſſe, et eandem litteram modo convenienti, modo alii adiunxiſſe ſyllabae?

So. Haec dico.

Theae. Nec hercle non recordor, necdum exiſtimo ſcire eos qui ita ſe habeant.

So. Quid igitur? quum tali tempore Theaetetum ſcribens aliquis Th et e arbitretur ſcribendum eſſe atque etiam ſcribat, rurſusque Theodorum ſcripturus T et e arbitretur ſcribendum eſſe atque ſcribat, num ſcire dicemus eum primam nominum veſtrorum ſyllabam?

Theae. At modo confeſſi ſumus eum qui ita ſe habeat nondum ſcire.

So. Iamne obſtat quid quominus etiam de ſecunda ſyllaba et tertia et quarta ita ſe habeat idem?

Theae. Nihil vero.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν τότε τὴν διὰ στοιχείου διέξοδον ἔχων γράφει Θεαίτητον μετὰ ὀρθῆς δόξης, ὅταν ἑξῆς γράφῃ;

ΘΕΑΙ. Δῆλον δή.

ΣΩ. * Οὐκοῦν ἔτι ἀνεπιστήμων ὤν, ὀρθὰ δὲ δοξά- B
ζων, ὡς φαμέν;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Λόγον γε ἔχων μετὰ ὀρθῆς δόξης· τὴν γὰρ διὰ τοῦ στοιχείου ὁδὸν ἔχων ἔγραψεν, ἣν δὴ λόγον ὡμολογήσαμεν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Ἔστιν ἄρα, ὦ ἑταῖρε, μετὰ λόγου ὀρθὴ δόξα, ἣν οὔπω δεῖ ἐπιστήμην καλεῖν.

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύει.

ΣΩ. Ὄναρ δή, ὡς ἔοικεν, ἐπλουτήσαμεν οἰηθέντες ἔχειν τὸν ἀληθέστατον ἐπιστήμης λόγον. ἢ μήπω κατηγορῶμεν; ἴσως γὰρ οὐ τοῦτό τις αὐτὸν ὁριεῖται, * ἀλλὰ C
τὸ λοιπὸν εἶδος τῶν τριῶν, ὧν ἕν γέ τι ἔφαμεν λόγον θήσεσθαι τὸν ἐπιστήμην ὁριζόμενον δόξαν εἶναι ὀρθὴν μετὰ λόγου.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς ὑπέμνησας· ἔτι γὰρ ἓν λοιπόν. τὸ μὲν γὰρ ἦν διανοίας ἐν φωνῇ ὥσπερ εἴδωλον, τὸ δ' ἄρτι λεχθὲν διὰ στοιχείου ὁδὸς ἐπὶ τὸ ὅλον· τὸ δὲ δὴ τρίτον τί λέγεις;

ΣΩ. Ὅπερ ἂν οἱ πολλοὶ εἴποιεν, τὸ ἔχειν τι σημεῖον εἰπεῖν ᾧ τῶν ἁπάντων διαφέρει τὸ ἐρωτηθέν.

ΘΕΑΙ. Οἷον τίνα τίνος ἔχεις μοι λόγον εἰπεῖν;

ΣΩ. * Οἷον, εἰ βούλει, ἡλίου πέρι ἱκανὸν οἶμαί σοι D
εἶναι ἀποδέξασθαι, ὅτι τὸ λαμπρότατόν ἐστι τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ἰόντων περὶ γῆν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Λαβὲ δὴ οὗ χάριν εἴρηται. ἔστι δέ, ὅπερ ἄρτι ἐλέγομεν, ὡς ἄρα, τὴν διαφορὰν ἑκάστου ἂν λαμβάνῃς

So. Nonne vero tum explicationem per elementa habens ſcribet Theaetetum recto cum iudicio, quum ordine ſcribet?

Theae. Perſpicuum ſane.

So. Nonne adhuc inſciens ille, recta vero iudicans, ut dicimus?

Theae. Ita.

So. Et quidem expoſitionem habens recto cum iudicio; explicationem enim per elementa habens ſcripſit, quam ſcilicet expoſitionem eſſe conceſſimus.

Theae. Vera.

So. Eſt igitur, amice, rectum cum expoſitione iudicium, quod nondum oportet ſcientiam dici.

Theae. Videtur ſane.

So. In ſomnis igitur, ut patet, divitiis aucti ſumus arbitrantes veriſſimam nos tenere ſcientiae expoſitionem. an nondum id condemnemus? forſitan enim non hoc quisquam orationem definierit, ſed reliquam intellexerit ſpeciem ex tribus illis, quarum unam aliquam diximus orationem exiſtimaturum eſſe qui ſcientiam definierit iudicium verum cum oratione coniunctum.

Theae. Recte admonuiſti; adhuc enim unum eſt reliquum. unum enim erat cogitationis imago quaſi in voce expreſſa, alterum modo dictum progreſſio per elementa ad totum; tertium autem quid dicis?

So. Quod quidem plerique dicturi ſint, poſſe iudicium afferre eius quo ab omnibus reliquis differat id de quo quaeſtio habeatur.

Theae. Quamnam et cuiusnam rei exempli cauſa afferre mihi potes orationem?

So. Velut, ſi vis, de ſole ſatis tibi fore arbitror accipere, eum eſſe ſplendidiſſimum eorum quae in caelo volvantur circum terram.

Theae. Sane quidem.

So. Accipe dum cuius rei gratia hoc dictum ſit. eſt enim, quod modo diximus, ut, differentiam cuiusque

ᾗ τῶν ἄλλων διαφέρει, λόγον, ὥς φασί τινες, λήψει· ἕως
δ' ἂν κοινοῦ τινος ἐφάπτῃ, ἐκείνων πέρι σοι ἔσται ὁ λό-
γος ὧν ἂν ἡ κοινότης ᾖ.

ΘΕΑΙ. Μανθάνω· * καί μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν λό- E
γον τὸ τοιοῦτον καλεῖν.

ΣΩ. Ὃς δ' ἂν μετ' ὀρθῆς δόξης περὶ ὁτουοῦν τῶν
ὄντων τὴν διαφορὰν τῶν ἄλλων προςλάβῃ, αὐτοῦ ἐπιστή-
μων γεγονὼς ἔσται οὗ πρότερον ἦν δοξαστής.

ΘΕΑΙ. Φαμέν γε μὴν οὕτως.

ΣΩ. Νῦν δῆτα, ὦ Θεαίτητε, παντάπασί γε ἔγωγε,
ἐπειδὴ ἐγγὺς ὥςπερ σκιαγραφήματος γέγονα τοῦ λεγομένου,
ξυνίημι οὐδὲ σμικρόν, ἕως δὲ ἀφεστήκη πόῤῥωθεν, ἐφαί-
νετό τί μοι λέγεσθαι.

ΘΕΑΙ. Πῶς τί τοῦτο;

ΣΩ. * Φράσω, ἐὰν οἷός τε γένωμαι. ὀρθὴν ἔγωγε 209
ἔχων δόξαν περὶ σοῦ, ἐὰν μὲν προςλάβω τὸν σὸν λόγον,
γιγνώσκω δή σε, εἰ δὲ μή, δοξάζω μόνον.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Λόγος δέ γε ἦν ἡ τῆς σῆς διαφορότητος ἑρ-
μηνεία.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἡνίκ' οὖν ἐδόξαζον μόνον, ἄλλο τι, ᾧ τῶν ἄλ-
λων διαφέρεις, τούτων οὐδενὸς ἡπτόμην τῇ διανοίᾳ;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔοικεν.

ΣΩ. Τῶν κοινῶν τι ἄρα διενοούμην, ὧν οὐδὲν σὺ
μᾶλλον ἤ τις ἄλλος ἔχει.

ΘΕΑΙ. Ἀ*νάγκη. B

ΣΩ. Φέρε δὴ πρὸς Διός· πῶς ποτ' ἐν τῷ τοιούτῳ
σὲ μᾶλλον ἐδόξαζον ἢ ἄλλον ὁντινοῦν; θές γάρ με διανο-
ούμενον ὡς ἔστιν οὗτος Θεαίτητος, ὃς ἂν ᾖ τε ἄνθρωπος
καὶ ἔχῃ ῥῖνα καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ στόμα καὶ οὕτω δὴ ἓν
ἕκαστον τῶν μελῶν. αὕτη οὖν ἡ διάνοια ἔσθ' ὅ τι μᾶλλον
ποιήσει με Θεαίτητον ἢ Θεόδωρον διανοεῖσθαι ἤ, τὸ λε-
γόμενον, Μυσῶν τὸν ἔσχατον;

rei quum perceperis qua a reliquis differat, orationem, ut dicunt nonnulli, nancifcaris; dum vero commune quid attigeris, de illis tibi erit oratio quorum eft haec communitas.

Theae. Intelligo; et mihi videtur bene habere orationem hoc vocare.

So. Qui igitur cum recto iudicio de quavis re differentiam fimul eius a reliquis perceperit, is fciens exfiftet eius cuius ante erat opinator.

Theae. Sane ita dicimus.

So. Nunc profecto, Theaetete, equidem, ubi tamquam ad picturam verum fimulantem ita ad dictum appropinquavi, ne tantulum quidem perfpicio, dum vero procul fteteram, videbatur mihi aliquid dici.

Theae. Quomodo hoc?

So. Dicam fi potuero. rectum equidem habens iudicium de te, fi adiungo tui explicationem, cognofco iam te, fin minus, iudico tantum.

Theae. Ita.

So. Explicatio vero erat differentiae tuae explanatio.

Theae. Ita.

So. Quum igitur iudicarem tantum, nonne nihil eorum, quibus a reliquis differs, attingebam cogitatione?

Theae. Nihil vero.

So. Communium ergo aliquid cogitabam, quorum nihil tu magis quam alius quispiam habet?

Theae. Neceffe eft.

So. Agedum per Iovem: quomodo tandem ita te magis complectebar quam alium quempiam? pone enim me cogitare hunc effe Theaetetum qui fit homo, qui habeat nafum et oculos et os et fic unumquodque membrum. haec cogitatio num efficiet magis ut Theaetetum quam ut Theodorum cogitem vel, ut in proverbio eft, Myforum ultimum?

ΘΕΑΙ. Τί γάρ;

ΣΩ. Ἀλλ' ἐὰν δὴ μὴ μόνον τὸν ἔχοντα ῥῖνα καὶ ὀφθαλμοὺς διανοηθῶ, ἀλλὰ καὶ τὸν σιμόν τε καὶ ἐξόφθαλμον, μή τι σὲ αὖ μᾶλλον δοξάσω ἢ ἐμαυτὸν ἢ ὅσοι τοιοῦτοι; C

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΣΩ. Ἀλλ' οὐ πρότερόν γε, οἶμαι, Θεαίτητος ἐν ἐμοὶ δοξασθήσεται, πρὶν ἂν ἡ σιμότης αὕτη τῶν ἄλλων σιμοτήτων ὧν ἐγὼ ἑώρακα διάφορόν τι μνημεῖον παρ' ἐμοὶ ἐνσημηναμένη καταθῆται, καὶ τἆλλα οὕτως ἐξ ὧν εἶ σύ, ἣ *) ἐμὲ καὶ ἐὰν αὔριον ἀπαντήσω, ἀναμνήσει καὶ ποιήσει ὀρθὰ δοξάζειν περὶ σοῦ.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Περὶ τὴν * διαφορότητα ἄρα καὶ ἡ ὀρθὴ δόξα ἂν εἴη ἑκάστου πέρι. D

ΘΕΑΙ. Φαίνεταί γε.

ΣΩ. Τὸ οὖν προσλαβεῖν λόγον τῇ ὀρθῇ δόξῃ τί ἂν ἔτι εἴη; εἰ μὲν γὰρ προσδοξάσαι λέγει ᾗ διαφέρει τι τῶν ἄλλων, πάνυ γελοία γίγνεται ἡ ἐπίταξις.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΣΩ. Ὧν ὀρθὴν δόξαν ἔχομεν ᾗ τῶν ἄλλων διαφέρει, τούτων προσλαβεῖν κελεύει ἡμᾶς ὀρθὴν δόξαν ᾗ τῶν ἄλλων διαφέρει. καὶ οὕτως ἡ μὲν σκυτάλης ἢ ὑπέρου ἢ ὅτου δὴ λέγεται περιτροπὴ πρὸς * ταύτην τὴν ἐπίταξιν οὐδὲν ἂν λέγοι, τυφλοῦ δὲ παρακέλευσις ἂν καλοῖτο δικαιότερον· τὸ γάρ, ἃ ἔχομεν, ταῦτα προσλαβεῖν κελεύειν, ἵνα μάθωμεν ἃ δοξάζομεν, πάνυ γενναίως ἔοικεν ἐσκοτωμένῳ. E

ΘΕΑΙ. Εἰπὲ δή, τί νῦν δὴ ὡς ἐρῶν ἐπύθου;

---

*) Ia. ᾗ.

Theae. Qui aliter?

So. At ſi non ſolum talem qui naſum et oculos habeat cogito, verum etiam ſimum oculosque exſtantes habentem, numquid te magis cogitatione complectar quam me ipſum vel quicumque ita ſe habent?

Theae. Minime vero.

So. Sed non prius, opinor, Theaetetum animo complectar, quam naſus hic ſimus ab aliis ſimis quos vidi differens quoddam ſignum memoriae meae impreſſerit idque apud me depoſuerit, et ſic reliqua quibus tu conſtas: quod quidem me etiam ſi cras tibi obviam factus fuerim admoniturum ſit atque id effecturum, ut recte te complectar.

Theae. Veriſſime.

So. In differentia ergo etiam rectum de quacumque re iudicium verſabitur.

Theae. Ac videtur quidem.

So. Aſſumere igitur explicationem ad rectum iudicium quid iam erit? nam ſi iuſſerit nos praeterea animo complecti quid differat aliquid a reliquis, prorſus ridiculum erit hoc mandatum.

Theae. Quomodo?

So. Quibus de rebus rectum habemus iudicium quid a ceteris differant, de his aſſumere nos iubet rectum iudicium de eo quid a ceteris differant. ita vero ſcytalae vel piſtilli vel cuiuscumque rei dicitur converſio ad hocce mandatum nihil erit, ſed caeci adhortatio rectius dicetur; nam quae habemus haec nos ſumere iubere ut diſcamus quae complectimur, egregie ſane id convenit occaecato.

Theae. Dic quaeſo: quid modo dicere inſtituens ſciſcitabare?

ΣΩ. Εἰ τὸ λόγον, ὦ παῖ, προςλαβεῖν γνῶναι κελεύει, ἀλλὰ μὴ δοξάσαι τὴν διαφορότητα, ἡδὺ χρῆμ' ἂν εἴη τοῦ καλλίστου τῶν περὶ ἐπιστήμης λόγου· τὸ γὰρ γνῶναι ἐπιστήμην που λαβεῖν ἐστίν· ἢ * γάρ; 210

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐρωτηθείς, ὡς ἔοικε, τί ἐστιν ἐπιστήμη, ἀποκρινεῖται ὅτι δόξα ὀρθὴ μετὰ ἐπιστήμης διαφορότητος· λόγου γὰρ πρόςληψις τοῦτ' ἂν εἴη κατ' ἐκεῖνον.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Καὶ παντάπασί γε εὔηθες, ζητούντων ἡμῶν ἐπιστήμην, δόξαν φάναι ὀρθὴν εἶναι μετ' ἐπιστήμης εἴτε διαφορότητος εἴτε ὁτουοῦν. Οὔτε ἄρα αἴσθησις, ὦ Θεαίτητε, οὔτε δόξα ἀληθὴς οὔτε μετ' ἀληθοῦς δόξης λόγος προς*γιγνόμενος ἐπιστήμη ἂν εἴη. B

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔοικεν.

ΣΩ. Ἦ οὖν ἔτι κυοῦμέν τι καὶ ὠδίνομεν, ὦ φίλε, περὶ ἐπιστήμης, ἢ πάντα ἐκτετόκαμεν;

ΘΕΑΙ. Καὶ ναὶ μὰ Δί' ἔγωγε πλείω ἢ ὅσα εἶχον ἐν ἐμαυτῷ διὰ σὲ εἴρηκα.

ΣΩ. Οὐκοῦν ταῦτα μὲν ἅπαντα ἡ μαιευτικὴ ἡμῖν τέχνη ἀνεμιαῖά φησι γεγενῆσθαι καὶ οὐκ ἄξια τροφῆς;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἐὰν τοίνυν ἄλλων μετὰ ταῦτα ἐγκύμων ἐπιχειρῇς γίγνεσθαι, ὦ Θεαίτητε, ἐάν τε * γίγνῃ, βελτιόνων ἔσει πλήρης διὰ τὴν νῦν ἐξέτασιν, ἐάν τε κενὸς ᾖς, ἧττον ἔσει βαρὺς τοῖς ξυνοῦσι καὶ ἡμερώτερος σωφρόνως *), οὐκ οἰόμενος εἰδέναι ἃ μὴ οἶσθα. τοσοῦτον γὰρ μόνον ἡ ἐμὴ τέχνη δύναται, πλέον δὲ οὐδέν, οὐδέ τι οἶδα ὧν οἱ ἄλλοι, ὅσοι μεγάλοι καὶ θαυμάσιοι ἄνδρες εἰσί τε καὶ γεγόνασι. C

---

*) Ισ. ἡμερώτερος, σεσωφρονηκὼς οὐκ οἰόμενος κτλ.

So. Si explicationem, o puer, asſumere nos cognoſcere iubet, non cogitatione complecti differentiam, lepidum ſane negotium erit pulcherrima haec omnium ſcientiae definitionum; etenim cognoſcere ſcientiam eſt certe accipere; nonne?

Theae. Ita.

So. Igitur rogata illa, ut patet, quid ſit ſcientia, reſpondebit, iudicium eſſe rectum cum ſcientia differentiae coniunctum; explicationis enim asſumptio hoc erit ſecundum illam.

Theae. Patet.

So. Quin etiam prorſus fatuum eſt, quod nos de ſcientia quaerentes iudicium dicimus eam rectum eſſe cum ſcientia coniunctum ſive differentiae ſive alius cuiuspiam rei. Ergo neque ſenſus, Theaetete, neque iudicium verum, neque explicatio ad verum iudicium accedens ſcientia erit.

Theae. Non videtur.

So. Ecquid adhuc gravidi ſumus et parturimus, amice, de ſcientia, an omnia in lucem edidimus?

Theae. At mehercule equidem plura quam in me habueram propter te dixi.

So. Nonne haec omnia obſtetricia noſtra ars irrita dicit edita eſſe nec digna quae educentur?

Theae. Sane quidem.

So. Si igitur aliis rebus poſthac praegnans conaris fieri, Theaetete, ſi factus es, melioribus eris impletus per hanc quam nunc inſtituimus explicationem, ſin vacuus eris, minus eris gravis inter quos es verſaturus, atque manſuetior, modeſtia mitigatus non te arbitrans ſcire quae neſcis. hoc enim tantum mea ars poteſt, nihil amplius, neque quid ſcio eorum quae ceteri, quicumque magni et admirabiles viri et ſunt, et fuerunt.

τὴν δὲ μαιείαν ταύτην ἐγώ τε καὶ ἡ μήτηρ ἐκ θεοῦ ἐλάχομεν, ἡ μὲν τῶν γυναικῶν, ἐγὼ δὲ τῶν νέων τε * καὶ D
γενναίων καὶ ὅσοι καλοί. νῦν μὲν οὖν ἀπαντητέον μοι εἰς τὴν τοῦ βασιλέως στοὰν ἐπὶ τὴν Μελίτου γραφὴν ἥν με γέγραπται· ἕωθεν δέ, ὦ Θεόδωρε, δεῦρο πάλιν ἀπαντῶμεν.

---

munus autem hoc obſtetriciae opis ſerendae ego et mater a deo nacti ſumus, illa quidem mulieribus, ego vero iuvenibus et generoſis et quicumque pulchri ſunt. nunc pergendum mihi eſt ad regis porticum actionis cauſa quam Melitus mihi intendit; cras mane vero, Theodore, huc rurſus veniamus.

ΣΟΦΙΣΤΗΣ

ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΞΕΝΟΣ ΕΛΕΑΤΗΣ ΘΕΑΙΤΗΤΟΣ

ΘΕΟ. Κατὰ τὴν χθὲς ὁμολογίαν, ὦ Σώκρατες, ἥκομεν 216
αὐτοί τε κοσμίως καὶ τόνδε τινὰ ξένον ἄγομεν, τὸ μὲν γένος ἐξ Ἐλέας, ἑταῖρον δὲ τῶν ἀμφὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα *), μάλα δὲ ἄνδρα φιλόσοφον.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὦ Θεόδωρε, οὐ ξένον, ἀλλά τινα θεὸν ἄγων κατὰ τὸν Ὁμήρου λόγον λέληθας; ὅς φησιν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, * ὁπόσοι μετέχουσιν αἰ- B
δοῦς δικαίας, καὶ δὴ καὶ τὸν ξένιον οὐχ ἥκιστα θεὸν ξυνοπαδὸν γιγνόμενον ὕβρεις τε καὶ εὐνομίας τῶν ἀνθρώπων καθορᾶν. τάχ' οὖν ἂν καὶ σοί τις οὗτος τῶν κρειττόνων ξυνέποιτο, φαύλους ἡμᾶς ὄντας ἐν τοῖς λόγοις ἐποψόμενός τε καὶ ἐλέγξων, θεὸς ὤν τις ἐλεγκτικός.

ΘΕΟ. Οὐχ οὗτος ὁ τρόπος, ὦ Σώκρατες, τοῦ ξένου, ἀλλὰ μετριώτερος τῶν περὶ τὰς ἔριδας ἐσπουδακότων. καί μοι δοκεῖ θεὸς μὲν ἀνὴρ οὐδαμῶς εἶναι, θεῖος μήν· πάντας γὰρ ἐ*γὼ τοὺς φιλοσόφους τοιούτους προσαγορεύω. C

ΣΩ. Καὶ καλῶς γε, ὦ φίλε. τοῦτο μέντοι κινδυνεύει τὸ γένος οὐ πολύ τι ῥᾷον ὡς ἔπος εἰπεῖν εἶναι διακρίνειν, ἢ τὸ τοῦ θεοῦ· πάνυ γὰρ ἄνδρες οὗτοι παντοῖοι φανταζόμενοι διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν ἐπι-

*) γρ. τῶν περὶ — Ζήνωνα ἑταίρων.

THEODORUS SOCRATES HOSPES ELEATES THEAETETUS

Theo. Ut heri inter nos convenimus, Socrate, venimus et ipsi ut par est et hospitem quendam hic adducimus, oriundum illum quidem ab Elea, familiarem eis qui Parmenidem et Zenonem sequuntur, virumque admodum philosophum.

So. Num vero, Theodore, non hospitem, sed deum quendam, ut apud Homerum est, insciens adducis? qui quidem dicit quum alios deos hominibus quicumque utantur pudore debito, tum maxime etiam hospitalem deum comitem se praebentem insolentias et aequitates hominum adspicere. forsitan igitur etiam tibi hic unus e superis comitem se adiunxerit, nos qui pro nihilo sumus in sermonibus inspecturus et redarguturus, quum sit deus quidam redarguens.

Theo. Non hic est mos, Socrate, hospitis, sed modestior est eis qui ad contentiones studium contulerunt. atque videtur mihi vir deus quidem neutiquam esse, at divinus: omnes enim ego philosophos ita appello.

So. Ac praeclare quidem, amice. hoc tamen videtur genus non multo facilius propemodum esse ad discernendum quam dei; omnino enim hi viri omnigeni apparentes propter reliquorum hominum inscientiam

στρωφῶσι πόληας, οἱ μὴ πλαστῶς, ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι, καθορῶντες ὑψόθεν τὸν τῶν κάτω βίον, καὶ τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δ' ἄξιοι τοῦ παντός, καὶ τοτὲ μὲν πολιτικοὶ φαντάζονται, * τοτὲ δὲ σοφισταί, D
τοτὲ δ' ἔστιν οἷς δόξαν παράσχοιντ' ἂν ὡς παντάπασιν ἔχοντες μανικῶς. τοῦ μέντοι ξένου ἡμῖν ἡδέως ἂν πυνθανοίμην, εἰ φίλον αὐτῷ, τί ταῦθ' οἱ περὶ τὸν ἐκεῖ τόπον
* ἡγοῦντο καὶ ὠνόμαζον. 217

ΘΕΟ. Τὰ ποῖα δή;

ΣΩ. Σοφιστήν, πολιτικόν, φιλόσοφον.

ΘΕΟ. Τί δὲ μάλιστα καὶ τὸ ποῖόν τι περὶ αὐτῶν διαπορηθεὶς ἐρέσθαι διενοήθης;

ΣΩ. Τόδε· πότερον ἓν πάντα ταῦτα ἐνόμιζον ἢ δύο, ἤ, καθάπερ τὰ ὀνόματα τρία, τρία καὶ γένη διαιρούμενοι καθ' ἓν ὄνομα [γένος] ἑκάστῳ προσῆπτον;

ΘΕΟ. 'Αλλ' οὐδείς, ὡς ἐγῷμαι, φθόνος αὐτῷ διελθεῖν αὐτά. Ἢ πῶς, ὦ ξένε, λέγο*μεν *); B

ΞΕ. Οὕτως, ὦ Θεόδωρε· φθόνος μὲν γὰρ οὐδεὶς οὐδὲ χαλεπὸν εἰπεῖν ὅτι γε τρία ἡγοῦντο, καθ' ἕκαστον μὴν διορίσασθαι σαφῶς, τί ποτ' ἐστίν, οὐ σμικρὸν οὐδὲ ῥᾴδιον ἔργον.

ΘΕΟ. Καὶ μὲν δὴ κατὰ τύχην γε, ὦ Σώκρατες, λόγων ἐπελάβου παραπλησίων ὧν καὶ πρὶν ἡμᾶς δεῦρ' ἐλθεῖν διερωτῶντες αὐτὸν ἐτυγχάνομεν· ὁ δὲ ταῦτα, ἅπερ πρὸς σὲ νῦν, καὶ τότε ἐσκήπτετο πρὸς ἡμᾶς. ἐπεὶ διακηκοέναι γέ φησιν ἱκανῶς καὶ οὐκ ἀμνημονεῖν.

ΣΩ. * Μὴ τοίνυν ἡμῶν, ὦ ξένε, τήν γε πρώτην C
αἰτησάντων χάριν ἀπαρνηθεὶς γένῃ. τοσόνδε δ' ἡμῖν φράζε· πότερον εἴωθας ἥδιον αὐτὸς ἐπὶ σαυτοῦ μακρῷ λόγῳ διεξιέναι λέγων τοῦτο, ὃ ἂν ἐνδείξασθαί τῳ βουληθῇς, ἢ δι' ἐρωτήσεων; οἷόν ποτε καὶ Παρμενίδῃ χρωμένῳ καὶ διεξιόντι λόγους παγκάλους παρεγενόμην ἐγὼ νέος ὢν ἐκείνου μάλα δὴ τότε ὄντος πρεσβύτου.

ΞΕ. Τῷ μέν, ὦ Σώκρατες, ἀλύπως τε καὶ εὐηνίως

*) ἀλλ. λέγωμεν.

invisunt urbes, qui quidem non simulate, sed vere sunt philosophi, despicientes desuper inferiorum vitam, et aliis videntur nihili faciendi esse, aliis vero plurimi, et modo civiles se exhibent, modo sophistas, nonnullis etiam opinionem excitaverint se prorsus esse insanos. ex hospite autem nostro libenter audierim, si ipsi commodum est, quomodo de his ii qui illo loco commorati sunt existimaverint eosque appellaverint.

Theo. De quibusnam?

So. De sophista, civili, philosopho.

Theo. Quid potissimum et quale de iis dubitans quaerere in animo habes?

So. Hoc: utrum unum haec omnia existimaverint an duo, an, quemadmodum nomina sunt tria, ita etiam tria genera distinguentes singula nomina eis assignaverint?

Theo. At neutiquam, ut arbitror, recusabit quominus de his exponat. an quomodo, hospes, dicamus?

Hosp. Ita, Theodore; neque enim recusabo neque difficile est dictu tria illos posuisse genera; singillatim tamen definire accurate quid quidque sit neque exiguum neque facile negotium.

Theo. Quin etiam forte fortuna, Socrate, orationes attigisti similes eis de quibus etiam priusquam huc pergeremus ipsum interrogavimus; is vero haec, quae tibi nunc, etiam tum praetexuit nobis. ceterum se audisse de illis satis fatetur nec ea non recordari.

So. Ne igitur nobis, hospes, primam quam petimus gratiam denegato. hoc vero nobis dic: utrum consuevisti libentius ipse per te longa oratione persequi exponens id quod demonstrare alicui volueris, an interrogando? quemadmodum olim etiam Parmenidi facienti sermonesque perpulchros habenti interfui ego adhuc iuvenis illi tum aetate iam valde provecto.

Hosp. Si quis respondentis personam ita sustinet

προςδιαλεγομένῳ, ῥᾷον οὕτω τὸ * πρὸς ἄλλον, εἰ δὲ μή, D
τὸ καθ' αὑτόν.

ΣΩ. Ἔξεστι τοίνυν τῶν παρόντων ὃν ἂν βουληθῇς ἐκλέξασθαι· πάντες γὰρ ὑπακούσονταί σοι πράως. ξυμβούλῳ μὴν ἐμοὶ χρώμενος τῶν νέων τινὰ αἱρήσει, Θεαίτητον τόνδε, ἢ καὶ τῶν ἄλλων εἴ τίς σοι κατὰ νοῦν.

ΞΕ. Ὦ Σώκρατες, αἰδώς τίς μ' ἔχει τὸ νῦν πρῶτον *) ξυγγενόμενον ὑμῖν μὴ κατὰ σμικρὸν ἔπος πρὸς ἔπος ποιεῖσθαι τὴν ξυνουσίαν, ἀλλ' ἐκτείναντα ἀπομηκύνειν λόγον συχνόν, κατ' ἐμαυτὸν εἴτε καὶ * πρὸς ἕτερον, οἷον E
ἐπίδειξιν ποιούμενον· τῷ γὰρ ὄντι τὸ νῦν ῥηθὲν οὐχ, ὅσον **) ὧδε ἐρωτηθὲν ἐλπίσειεν ἂν αὐτὸ εἶναί τις, ἀλλὰ τυγχάνει λόγου παμμήκους ὄν. τὸ δὲ αὖ σοὶ μὴ χαρίζεσθαι ***) καὶ τοῖσδε, ἄλλως τε καὶ σοῦ λέξαντος ὡς εἶπες, ἄξενόν τι καταφαίνεταί μοι καὶ ἄγριον. ἐπεὶ Θεαίτητόν γε
τὸν προς*διαλεγόμενον εἶναι δέχομαι παντάπασιν, ἐξ ὧν 218
αὐτός τε πρότερον διείλεγμαι καὶ σὺ τὰ νῦν μοι διακελεύει.

ΘΕΑΙ. Ἆρα τοίνυν, ὦ ξένε, οὕτω καί, καθάπερ εἶπε Σωκράτης, πᾶσι κεχαρισμένος ἔσει.

ΞΕ. Κινδυνεύει πρὸς μὲν ταῦτα οὐδὲν ἔτι λεκτέον εἶναι, Θεαίτητε, πρὸς δὲ σὲ ἤδη τὸ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, γίγνοιτ' ἂν ὁ λόγος· ἂν δ' ἄρα τι τῷ μήκει πονῶν ἄχθῃ, μὴ ἐμὲ αἰτιᾶσθαι τούτων, ἀλλὰ τούςδε τοὺς σοὺς ἑταίρους.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' οἶμαι μὲν δὴ νῦν * οὕτως οὐκ ἀπε- B
ρεῖν· ἂν δ' ἄρα τι τοιοῦτον γίγνηται, καὶ τόνδε παραληψόμεθα Σωκράτη, τὸν Σωκράτους μὲν ὁμώνυμον, ἐμὸν δὲ ἡλικιώτην καὶ ξυγγυμναστήν, ᾧ ξυνδιαπονεῖν μετ' ἐμοῦ τὰ πολλὰ οὐκ ἄηθες.

ΞΕ. Εὖ λέγεις, καὶ ταῦτα μὲν ἰδίᾳ βουλεύσει προϊόντος τοῦ λόγου· κοινῇ δὲ μετ' ἐμοῦ σοι ξυσκεπτέον ἀρχομένῳ πρῶτον, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, νῦν ἀπὸ

---

*) ἴσ. νῦν τὸ πρῶτον.
**) ἴσ. οἷον.
***) ἄλλ. χαρίσασθαι.

ut non gravetur et flexibilem se praebeat, facilius est ita disserere ut cum altero colloquamur, sin minus, ita ut per nos exponamus.

So. Licet igitur tibi e praesentibus quemcumque vis eligere; omnes enim obtemperabunt tibi placide. mihi tamen si auscultaveris, iuvenem aliquem elegeris, Theaetetum huncce vel de ceteris quicumque tibi placuerit.

Hosp. O Socrate, pudor est mihi qui nunc primum vobiscum sim non breviter verbum pro verbo reddendo conferre sermonem, sed eum producere longamque orationem exprimere, sive per me sive etiam cum alio, mei quasi ostentandi causa; revera enim quod nunc in quaestionem venit non est tale quale sic interrogatum quispiam existimaverit esse, sed longissimam exquirit expositionem. contra autem tibi gratum non facere et hisce, praesertim illud dicenti quod protulisti, inhospitalitatis puto esse atque rusticitatis. ceterum Theaetetum esse qui respondentis personam sustineat plane probo, quippe quum et ipse ante cum eo colloquutus sim et tu nunc me adhortere.

Theae. Iam igitur, hospes, ita scilicet, quemadmodum dixit Socrates, ab omnibus gratiam inibis.

Hosp. Videtur nihil amplius hac de re dicendum esse, Theaetete, ad te autem iam, ut patet, convertetur oratio mea; si vero longitudine confectus gravari coeperis, ne mihi causam eius rei attribuas, sed his tuis amicis.

Theae. Neque tamen arbitror fore ut sic statim deficiam. sin autem hoc acciderit, etiam hunc adsciscemus Socratem, Socratis cognominem, meumque aequalem et exercitationis socium, qui mecum exerceri plerumque solet.

Hosp. Bene dicis: et de hoc quidem per te consilium inibis procedente disputatione; una vero mecum tibi spectandum est initio ducto, ut mihi videtur, nunc

τοῦ σοφιστοῦ, ζητοῦντι καὶ ἐμφανίζοντι λόγῳ τί ποτ' ἐστί.
νῦν γὰρ δὴ σὺ * κἀγὼ τούτου πέρι τοὔνομα μόνον ἔχο- C
μεν κοινῇ· τὸ δὲ ἔργον, ἐφ' ᾧ καλοῦμεν, ἑκάτερος τάχ'
ἂν ἰδίᾳ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἔχοιμεν· δεῖ δὲ ἀεὶ παντὸς πέρι
τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μᾶλλον διὰ λόγων ἢ τοὔνομα μόνον ξυνο-
μολογεῖσθαι *) χωρὶς λόγου. τὸ δὲ φῦλον, ὃ νῦν ἐπινοοῦ-
μεν ζητεῖν, οὐ πάντων ῥᾷστον ξυλλαβεῖν τί ποτ' ἐστίν, ὁ
σοφιστής· ὅσα δ' αὖ τῶν μεγάλων δεῖ διαπονεῖσθαι καλῶς,
περὶ τῶν τοιούτων δέδοκται πᾶσι καὶ πάλαι τὸ πρότερον
ἐν σμικροῖς * καὶ ῥᾴοσιν αὐτὰ δεῖν μελετᾶν, πρὶν ἐν αὐ- D
τοῖς τοῖς μεγίστοις. νῦν οὖν, ὦ Θεαίτητε, ἔγωγε καὶ νῷν
οὕτω ξυμβουλεύω, χαλεπὸν καὶ δυσθήρατον **) ἡγησαμέ-
νοις εἶναι τὸ τοῦ σοφιστοῦ γένος, πρότερον ἐν ἄλλῳ ῥᾴονι
τὴν μέθοδον αὐτοῦ προμελετᾶν, εἰ μὴ σύ ποθεν εὐπετε-
στέραν ἔχεις εἰπεῖν ἄλλην ὁδόν.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' οὐκ ἔχω.

ΞΕ. Βούλει δῆτα περί τινος τῶν φαύλων μετιόντες πειραθῶμεν παράδειγμα αὐτὸ θέσθαι τοῦ μείζονος;

ΘΕΑΙ. * Ναί. E

ΞΕ. Τί δῆτα προταξαίμεθ' ἂν εὔγνωστον μὲν καὶ σμικρόν, λόγον δὲ μηδενὸς ἐλάττονα ἔχον τῶν μειζόνων; οἷον ἀσπαλιευτής· ἆρ' οὐ πᾶσί τε γνώριμον καὶ σπουδῆς οὐ πάνυ τι πολλῆς τινὸς ἐπάξιον;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Μέθοδον μὴν αὐτὸν * ἐλπίζω καὶ λόγον οὐκ 219
ἀνεπιτήδειον ἡμῖν ἔχειν πρὸς ὃ βουλόμεθα.

ΘΕΑΙ. Καλῶς τοίνυν ἂν ἔχοι.

ΞΕ. Φέρε δή, τῇδε ἀρχώμεθα αὐτοῦ. καί μοι λέγε· πότερον ὡς τεχνίτην αὐτὸν ἤ τινα ἄτεχνον, ἄλλην δὲ δύναμιν ἔχοντα θήσομεν;

---

*) ἄλλ. συνομολογῆσθαι, συνομολογήσασθαι.

**) ἄλλ. δυσθήρευτον.

a sophista, quaerenti et declaranti oratione quid tandem sit. nunc enim tu et ego de hoc nomen tantum habemus communiter, rem vero quam eo nuncupamus, uterque nostrûm forsitan separatim animo complectetur; oportet vero semper quaque in causa rem ipsam potius per orationem quam nomen tantum convenire sine oratione. familia autem de qua nunc cogitamus quaerere non facillima est ad comprehendendum qualis tandem sit, sophista videlicet; quaecumque porro res magnae conficiendae sunt recte, de his statuerunt omnes iam dudum ante in parvis ac facilibus eas esse exercendas, quam in ipsis maximis. nunc igitur, Theaetete, etiam nobis ita auctor sum, quum grave et difficile indagatu arbitremur esse sophistae genus, prius in alio faciliore eius investigationis praemeditandae, nisi si tu procliviorem habes dicere aliam viam.

Theae. At non habeo.

Hosp. Visne igitur de rerum aliqua levium exponentes conemur exemplum hoc ponere maioris?

Theae. Etiam.

Hosp. Quid tandem proponemus quod et facile cognitu et vile sit, expositionem vero haud minorem habeat quam alia ulla rerum maiorum? exempli causa piscator; annon omnibus notum quid est nec dignum fere in quod multum operae impendamus?

Theae. Ita.

Hosp. Investigationem tamen ipsum arbitror et expositionem nobis habere haud alienam ab eo quod volumus.

Theae. Praeclare igitur habebit.

Hosp. Agedum, ita ordiamur de illo. iam mihi dic: utrum artificem eum an artis quendam expertem, alia vero facultate praeditum ponamus esse?

ΘΕΑΙ. Ἥκιστά γε ἄτεχνον.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τῶν γε τεχνῶν πασῶν σχεδὸν εἴδη δύο.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Γεωργία μὲν καὶ ὅση περὶ τὸ θνητὸν πᾶν σῶμα θεραπεία, τό τε αὖ περὶ τὸ ξύνθετον καὶ πλαστόν, ὃ δὴ σκεῦος * ὠνομάκαμεν, ἥ τε μιμητική, ξύμπαντα ταῦτα B δικαιότατ' ἂν ἑνὶ προςαγορεύοιτ' ὀνόματι.

ΘΕΑΙ. Πῶς καὶ τίνι;

ΞΕ. Πᾶν ὅπερ ἂν μὴ πρότερόν τις ὂν ὕστερον εἰς οὐσίαν ἄγῃ, τὸν μὲν ἄγοντα ποιεῖν, τὸ δὲ ἀγόμενον ποιεῖσθαί πού φαμεν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Τὰ δέ γε νῦν δὴ ἃ *) διήλθομεν ἅπαντα, εἶχεν εἰς τοῦτο τὴν αὑτῶν δύναμιν.

ΘΕΑΙ. Εἶχε γὰρ οὖν.

ΞΕ. Ποιητικὴν τοίνυν αὐτὰ ξυγκεφαλαιωσάμενοι προςείπωμεν.

ΘΕΑΙ. * Ἔστω. C

ΞΕ. Τὸ δὴ **) μαθητικὸν αὖ μετὰ τοῦτο εἶδος ὅλον καὶ τὸ τῆς γνωρίσεως τό τε χρηματιστικὸν καὶ ἀγωνιστικὸν καὶ θηρευτικόν, ἐπειδὴ δημιουργεῖ μὲν οὐδὲν τούτων, τὰ δὲ ὄντα καὶ γεγονότα τὰ μὲν χειροῦται λόγοις καὶ πράξεσι, τὰ δὲ τοῖς χειρουμένοις οὐκ ἐπιτρέπει, μάλιστ' ἄν που διὰ ταῦτα ξύμπαντα ***) τὰ μέρη τέχνη τις κτητικὴ λεχθεῖσα ἂν διαπρέψειεν ****).

ΘΕΑΙ. Ναί· πρέποι γὰρ ἄν.

ΞΕ. Κτητικῆς δὴ καὶ ποιητικῆς ξυμπασῶν * οὐσῶν D τῶν τεχνῶν ἐν ποτέρᾳ τὴν ἀσπαλιευτικήν, ὦ Θεαίτητε, τιθῶμεν;

ΘΕΑΙ. Ἐν κτητικῇ που δῆλον.

---

*) ἀλλ. νῦν ἃ δή. **) ἴσ. Τὸ δὲ μαθ.
***) ἀλλ. ξυνάπαντα.
****) γρ. διαγράψειε, ἐκπρέψειεν.

Theae. Minime vero artis expertem.

Hosp. Iam vero artium quidem omnium fere species sunt duae.

Theae. Quomodo?

Hosp. Agricultura et quaecumque mortalis cuiusque corporis curatio, itemque compositi ac formati, quod quidem supellectilis nomen invenit, et ea quae in imitando versatur: hae ad unam omnes rectissime uno nuncupabuntur nomine.

Theae. Quomodo et quonam?

Hosp. Quicquid aliquis, quum ante non fuerit, postea in rerum naturam profert, hoc eum qui profert facere, id vero quod profertur fieri sine dubio dicimus.

Theae. Recte vero.

Hosp. Quas autem nunc enumeravimus omnes, earum facultas huc spectat.

Theae. Spectat vero.

Hosp. Fictrices igitur istas, ut generatim amplectamur omnes, appellemus.

Theae. Esto.

Hosp. Speciem contra universam ad disciplinas spectantem et ad cognitionem itemque peritiam quaestus faciendi, certandi ac venandi, quoniam nihil horum fabricatur, sed eis quae exstant et facta sunt partim potitur verbis et actionibus, partim eis potiri conantibus non concedit, maxime propterea has omnes partes artem quandam acquirendi dici decebit.

Theae. Sane quidem decebit.

Hosp. Acquirendi igitur et efficiendi peritiae quum omnes sint artes, in utram piscium tractum, Theaetete, referamus?

Theae. In acquirendi haud dubie peritiam.

ΞΕ. Κτητικῆς δὲ ἆρ' οὐ δύο εἴδη; τὸ μὲν ἑκόντων πρὸς ἑκόντας μεταβλητικὸν ὂν διά τε δωρεῶν καὶ ἀγοράσεων καὶ μισθώσεων, τὸ δὲ λοιπὸν ἢ κατ' ἔργα ἢ κατὰ λόγους χειρούμενον ξύμπαν χειρωτικὸν ἂν εἴη;

ΘΕΑΙ. Φαίνεται γοῦν ἐκ τῶν εἰρημένων.

ΞΕ. Τί δέ; τὴν χειρωτικὴν ἆρ' οὐ διχῇ τμητέον;

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Τὸ μὲν ἀναφανδὸν ὅλον ἀγωνιστικὸν θέντας, E
τὸ δὲ κρυφαῖον αὐτῆς πᾶν θηρευτικόν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τήν γε μὴν θηρευτικὴν ἄλογον τὸ μὴ οὐ τέμνειν διχῇ.

ΘΕΑΙ. Λέγε ὅπῃ.

ΞΕ. Τὸ μὲν ἀψύχου γένους διελομένους, τὸ δ' ἐμψύχου.

ΘΕΑΙ. Τί μήν; εἴπερ ἔστον γε ἄμφω.

ΞΕ. Πῶς δὲ οὐκ ἔστον; καὶ δεῖ γε ἡμᾶς τὸ μὲν 220
τῶν ἀψύχων, ἀνώνυμον ὂν *) πλὴν κατ' ἔνια τῆς κολυμβητικῆς ἄττα μέρη καὶ τοιαῦτ' ἄλλα βραχέα, χαίρειν ἐᾶσαι, τὸ δέ, τῶν ἐμψύχων ζώων οὖσαν θήραν, προςειπεῖν ζωοθηρικήν.

ΘΕΑΙ. Ἔστω.

ΞΕ. Ζωοθηρικῆς δὲ ἆρ' οὐ διπλοῦν εἶδος ἂν λέγοιτο ἐν δίκῃ; τὸ μὲν πεζοῦ γένους, πολλοῖς εἴδεσι καὶ ὀνόμασι διῃρημένον, πεζοθηρικόν, τὸ δ' ἕτερον νευστικοῦ ζώου πᾶν ἐνυγροθηρικόν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Νευστικοῦ μὴν τὸ μὲν πτηνὸν φῦλον ὁρῶμεν, B
τὸ δὲ ἔνυδρον.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Καὶ τοῦ πτηνοῦ μὲν γένους πᾶσα ἡμῖν ἡ θήρα λέγεταί πού τις ὀρνιθοθηρευτική **).

---

*) γρ. ἐᾶν.
**) ἄλλ. ὀρνιθευτική.

Hosp. Acquirendi vero peritiae nonne duae sunt species? una volentium cum volentibus permutatio in muneribus, emptionibus et conductionibus illa quidem continens, altera vero quae vel factis vel dictis potitur nonne universa potiundi erit facultas?

Theae. Videtur certe ex eis quae dicta sunt.

Hosp. Quid vero? potiundi facultas nonne bifariam est distribuenda?

Theae. Quomodo?

Hosp. Ita ut apertam quidem universam concertatoriam esse artem ponamus, occultam vero totam venatoriam.

Theae. Etiam.

Hosp. Venatoriam autem consentaneum est dividere bifariam.

Theae. Dic quo pacto.

Hosp. Ita ut eam quae ad inanimatum genus pertinet et quae ad animatum, distinguamus.

Theae. Quidni? certe si est utraque.

Hosp. Quidni sit? et oportet nos inanimatorum venationem, quae nomine caret, quum a nonnullis urinandi peritiae partibus et aliis paucis id genus facultatibus discesseris, missam facere, eam vero quae ad animantia spectat appellare animantium venationem.

Theae. Esto.

Hosp. Animantium vero venationis nonne duplex species ponetur iure? una quidem terrestris generis, multis illa quidem formis et nominibus distincta, terrestris venatio, altera vero natatilis animalis universa aquatilis?

Theae. Sane quidem.

Hosp. Natatilis vero generis unam esse speciem volatilem, alteram aquatilem videmus.

Theae. Quidni?

Hosp. Et volatilis quidem speciei omnis nobis venatio dicitur fere aucupium.

ΘΕΑΙ. Λέγεται γὰρ οὖν.

ΞΕ. Τοῦ δὲ ἐνύδρου σχεδὸν τὸ ξύνολον ἁλιευτική.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τί δέ; ταύτην αὖ τὴν θήραν ἆρ' οὐκ ἂν κατὰ τὰ μέγιστα *) μέρη δύο διέλοιμεν;

ΘΕΑΙ. Κατὰ ποῖα;

ΞΕ. Καθ' ἃ τὸ μὲν ἕρκεσιν αὐτόθι **) ποιεῖται τὴν θήραν, τὸ δὲ πληγῇ.

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις, καὶ πῇ διαιρούμενος ἑκάτερον;

ΞΕ. Τὸ μέν, ὅτι πᾶν ὅσον ἂν ἕνεκα κωλύσεως εἴρ-*γῃ τι περιέχον, ἕρκος εἰκὸς ὀνομάζειν. C

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Κύρτους δὴ καὶ δίκτυα καὶ βρόχους καὶ πόρκους καὶ τὰ τοιαῦτα μῶν ἄλλο τι πλὴν ἕρκη χρὴ προσαγορεύειν;

ΘΕΑΙ. Οὐδὲν ἄλλο.

ΞΕ. Τοῦτο μὲν ἄρα ἑρκοθηρικὸν τῆς ἄγρας τὸ μέρος φήσομεν ἤ τι τοιοῦτον.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δὲ ἀγκίστροις καὶ τριόδουσι πληγῇ γιγνόμενον, ἕτερον μὲν ἐκείνου, πληκτικὴν δέ τινα ***) θήραν ἡμᾶς προσειπεῖν ἑνὶ λόγῳ νῦν χρεών· * ἢ τί τις ἄν, ὦ D Θεαίτητε, εἴποι κάλλιον;

ΘΕΑΙ. Ἀμελῶμεν τοῦ ὀνόματος· ἀρκεῖ γὰρ καὶ τοῦτο.

ΞΕ. Τῆς τοίνυν πληκτικῆς τὸ μὲν νυκτερινόν, οἶμαι, πρὸς πυρὸς φῶς γιγνόμενον ὑπ' αὐτῶν τῶν περὶ τὴν θήραν πυρευτικὴν ῥηθῆναι ξυμβέβηκεν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τὸ δέ γε μεθημερινόν, ὡς ἐχόντων ἐν ἄκροις ἄγκιστρα καὶ τῶν τριοδόντων, πᾶν ἀγκιστρευτικόν.

ΘΕΑΙ. Λέγεται * γὰρ οὖν. E

---

*) ἄλλ. κατὰ μέγιστα.
**) ἴσ. αὐτόθεν.
***) ἴσ. δή τινα.

Theae. Dicitur vero.

Hosp. Aquatilis vero universa venatio piscatus.

Theae. Ita.

Hosp. Quid vero? hanc etiam venationem nonne in duas maximas partes dividemus?

Theae. In quasnam?

Hosp. In hanc, quae septis per se peragit venationem, et in hanc, quae ictu.

Theae. Quomodo dicis et quo pacto distinguis utramque?

Hosp. Hanc quidem, quia, quicquid coercendi causa sepit aliquid cingens, septum par est appellari.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Nassas igitur et retia et laqueos et verricula et alia generis eiusdem num alio nisi septi nomine oportet nuncupari?

Theae. Nullo vero alio.

Hosp. Hanc igitur capturae partem piscatum septis peragendum dicemus, vel tale aliquid.

Theae. Etiam.

Hosp. Eam vero quae per hamos et fuscinas ictu peragitur, diversam ab illa, icentem quandam venationem nos appellare uno verbo nunc oportet: an quomodo quisquam, Theaetete, dicet rectius?

Theae. Non curemus nomen; satisfacit iam hoc.

Hosp. Venationis vero icentis parti nocturnae, uti arbitror, quae ad ignis lucem peragitur, ab ipsis qui in hac venatione versantur igni collustrata ut diceretur contigit.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Diurna vero, quia habent in extremitatibus hamos etiam fuscinae, universa dicta est hamatilis.

Theae. Dicitur vero ita.

ΞΕ. Τοῦ τοίνυν ἀγκιστρευτικοῦ τῆς πληκτικῆς τὸ μὲν ἄνωθεν εἰς τὸ κάτω γιγνόμενον, διὰ τὸ τοῖς τριόδουσιν οὕτω μάλιστα χρῆσθαι, τριοδοντία τις, οἶμαι, κέκληται.

ΘΕΑΙ. Φασὶ γοῦν τινές.

ΞΕ. Τὸ δέ γε λοιπόν ἐστιν ἓν ἔτι μόνον ὡς εἰπεῖν εἶδος.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τὸ τῆς ἐναντίας ταύτῃ πληγῆς, ἀγκίστρῳ τε γιγνόμενον καὶ τῶν ἰχθύων οὐχ ᾗ τις ἂν τύχῃ * τοῦ σώ- 221
ματος, ὥσπερ τοῖς τριόδουσιν, ἀλλὰ περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ στόμα τοῦ θηρευθέντος ἑκάστοτε, καὶ κάτωθεν εἰς τοὐναντίον ἄνω ῥάβδοις καὶ καλάμοις ἀνασπώμενον· οὗ τί φήσομεν, ὦ Θεαίτητε, δεῖν τοὔνομα λέγεσθαι;

ΘΕΑΙ. Δοκῶ μέν, ὅπερ ἄρτι προὐθέμεθα δεῖν ἐξευρεῖν, τοῦτ' αὐτὸ νῦν ἀποτετελέσθαι.

ΞΕ. Νῦν ἄρα τῆς ἀσπαλιευτικῆς πέρι σύ τε κἀγὼ ξυνωμολογήκαμεν οὐ μόνον * τοὔνομα, ἀλλὰ καὶ τὸν λόγον B
περὶ αὐτὸ τοὔργον εἰλήφαμεν ἱκανῶς. ξυμπάσης γὰρ τέχνης τὸ μὲν ἥμισυ μέρος κτητικὸν ἦν, κτητικοῦ δὲ χειρωτικόν, χειρωτικοῦ δὲ θηρευτικόν, τοῦ δὲ θηρευτικοῦ ζωοθηρικόν, ζωοθηρικοῦ δὲ ἐνυγροθηρικόν, ἐνυγροθηρικοῦ δὲ τὸ κάτωθεν τμῆμα ὅλον ἁλιευτικόν, ἁλιευτικῆς δὲ πληκτικόν, πληκτικῆς δὲ ἀγκιστρευτικόν· τούτου δὲ τὸ περὶ τὴν κάτωθεν ἄνω πληγὴν ἀνασπωμένην *), ἀπ' αὐτῆς τῆς πράξεως ἀφο-
*μοιωθὲν τοὔνομα, ἡ νῦν ἀσπαλιευτικὴ ζητηθεῖσα ἐπίκλην C
γέγονεν.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν τοῦτό γε ἱκανῶς δεδήλωται.

ΞΕ. Φέρε δή, κατὰ τοῦτο τὸ παράδειγμα καὶ τὸν σοφιστὴν ἐπιχειρῶμεν εὑρεῖν, ὅ τί ποτ' ἐστίν;

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐκεῖνό γ' ἦν τὸ ζήτημα πρῶτον, πότε-

---

*) Ἴσ. ἀνασπώμενον.

Hosp. Hamatilis vero ad venationem icentem pertinentis piscatus ea pars quae a summo ad imum fit, propterea quod fuscinis ita maxime utitur; fuscinis, uti arbitror, peragenda appellatur.

Theae. Sunt certe qui ita dicant.

Hosp. Quae vero relinquitur, est una adhuc tantum omnino species.

Theae. Qualis autem?

Hosp. Ea quae contrario quam illa ictu eaque hamo peragitur, nec quamvis piscium corporis partem, quemadmodum fuscinis, sed caput et os capti cuiusque ferit, et ab imo contra ad summum virgis et calamis sursum trahit: quam quonam, dicemus, Theaetete, nomine esse nuncupandam?

Theae. Arbitror equidem, cuius nobis modo proposueramus investigationem, id ipsum nunc ad exitum esse adductum.

Hosp. Nunc igitur piscium tractus non solum nomen inter nos convenit, verum etiam definitionem ipsius rei percepimus satis. universae enim artis dimidia pars erat acquirendi facultas, acquirendi facultatis potiundi facultas, potiundi facultatis venatoria, venatoriae animantium venatio, animantium venationis aquatilis captura, aquatilis capturae inferior particula universa piscatus, piscatus icens venatio, icentis venationis hamatilis, huius vero pars quae ictu ab imo ad summum peragitur sursum illa quidem trahens, cognomine ex ipso negotio ficto, is de quo nunc quaerimus, piscium tractus est appellatus.

Theae. Ac prorsus quidem hoc satis declaratum est.

Hosp. Agedum, ad hoc exemplum etiam sophistam conemur indagare, qualis tandem sit.

Theae. Ita sane videtur.

Hosp. Iam vero haec quidem erat quaestio prima,

ρον ἰδιώτην ἤ τινα τέχνην ἔχοντα θετέον εἶναι τὸν ἀσπαλιευτήν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ νῦν δὴ τοῦτον ἰδιώτην θήσομεν, ὦ Θεαίτητε, ἢ * παντάπασιν ὡς ἀληθῶς σοφιστήν; D

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς ἰδιώτην· μανθάνω γὰρ ὃ λέγεις, ὡς πάντως δεῖ τοιοῦτον εἶναι τό γε *) ὄνομα τοῦτ' ἔχοντα· ἀλλά τινα τέχνην αὐτὸν ἡμῖν ἔχοντα, ὡς ἔοικε, θετέον.

ΞΕ. Τίνα ποτ' οὖν δὴ ταύτην; ἆρ' **) ὦ πρὸς θεῶν ἠγνοήκαμεν τἀνδρὸς τὸν ἄνδρα ὄντα ξυγγενῆ;

ΘΕΑΙ. Τίνα τοῦ;

ΞΕ. Τὸν ἀσπαλιευτὴν τοῦ σοφιστοῦ.

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Θηρευτά τινε καταφαίνεσθον ἄμφω μοι.

ΘΕΑΙ. * Τίνος θήρας ἅτερος; τὸν μὲν γὰρ ἕτερον E εἴπομεν.

ΞΕ. Δίχα που νῦν δὴ διείλομεν τὴν ἄγραν πᾶσαν, νευστικοῦ μέρους, τὸ δὲ πεζοῦ τέμνοντες.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τὸ μὲν διήλθομεν, ὅσον περὶ τὰ νευστικὰ τῶν ἐνύδρων, τὸ δὲ πεζὸν εἰάσαμεν ἄσχιστον, εἰπόντες ὅτι πολυειδὲς εἴη.

ΘΕΑΙ. * Πάνυ γε. 222

ΞΕ. Μέχρι μὲν τοίνυν ἐνταῦθα ὁ σοφιστής τε καὶ ὁ ἀσπαλιευτὴς ἅμα ἀπὸ τῆς κτητικῆς τέχνης πορεύεσθον.

ΘΕΑΙ. Ἐοίκατον γοῦν.

ΞΕ. Ἐκτρέπεσθον δέ γε ἀπὸ τῆς ζωοθηρικῆς ὁ μὲν ἐπὶ θάλατταν που καὶ ποταμοὺς καὶ λίμνας, τἀν τούτοις ζῶα θηρευσόμενος.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Ὁ δέ γε ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποταμοὺς ἑτέρους αὖ

*) ἴσ. τόν γε.

**) ἄλλ. ἔχοντα. ΞΕ. Ἀλλά τινα — θετέον. ΘΕΑΙ. Τίνα — ταύτην; ΞΕ. Ἆρ' κτλ.

utrum imperitus an artis fere gnarus exiſtimandus eſſet piſcator.

Theae. Etiam.

Hoſp. Igitur nunc quoque hunc num imperitum indicabimus, Theaetete, an omnino verum ſophiſtam?

Theae. Minime vero imperitum: intelligo enim quid dicas, omni modo oportere talem eſſe, quippe cui hoc ſit nomen. ſed artis fere gnarum, ut patet, eum nos exiſtimare oportet.

Hoſp. Cuiusnam autem? num, per deos, nos fugit viro virum eſſe cognatum?

Theae. Quemnam cuinam?

Hoſp. Piſcatorem ſophiſtae.

Theae. Quomodo?

Hoſp. Venatores quidem videntur utrique.

Theae. Cuiusnam venationis alter? de altero enim iam diximus.

Hoſp. Bifariam certe nunc distribuimus capturam omnem, unam natatilem, alteram terreſtrem partem diſtinguentes.

Theae. Ita.

Hoſp. Et de eo natatilium genere expoſuimus quod eſt aquatile, terreſtre vero reliquimus indiviſum, dicentes multiforme eſſe.

Theae. Sane quidem.

Hoſp. Hactenus igitur ſophiſta et piſcator ſimul ab acquirendi arte profecti ſunt.

Theae. Videntur certe.

Hoſp. Digrediuntur vero inde ab animantium venatione ille quidem ad mare et fluvios et lacus, quae in his inſunt animalia venaturus.

Theae. Quidni?

Hoſp. Hic vero ad terram ac fluvios alios quos-

τινάς, πλούτου καὶ νεότητος οἷον λειμῶνας ἀφθόνους, τῶν τούτοις θρέμματα χειρωσόμενος.

ΘΕΑΙ. Πῶς * λέγεις; B

ΞΕ. Τῆς πεζῆς θήρας γίγνεσθον δύο μεγίστω τινὲ μέρη.

ΘΕΑΙ. Ποῖον ἑκάτερον;

ΞΕ. Τὸ μὲν τῶν ἡμέρων, τὸ δὲ τῶν ἀγρίων.

ΘΕΑΙ. Εἶτ' ἔστι τις θήρα τῶν ἡμέρων;

ΞΕ. Εἴπερ γέ ἐστιν ἄνθρωπος ἥμερον ζῶον. θὲς δὲ ὅπῃ χαίρεις, εἴτε μηδὲν τιθεὶς ἥμερον, εἴτε ἄλλο μὲν ἥμερόν τι, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἄγριον, εἴτε ἥμερον μὲν λέγεις αὖ τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρώπων δὲ μηδεμίαν ἡγεῖ θήραν· τούτων ὁπότερ' ἂν ἡγεῖ *) φίλον εἰρῆσθαί σοι, τοῦτο ἡμῖν διόρισον.

ΘΕΑΙ. * Ἀλλ' ἡμᾶς τε ἥμερον, ὦ ξένε, ἡγοῦμαι ζῶον, θήραν τε ἀνθρώπων εἶναι λέγω. C

ΞΕ. Διττὴν τοίνυν καὶ τὴν ἡμεροθηρικὴν εἴπωμεν.

ΘΕΑΙ. Κατὰ τί λέγοντες;

ΞΕ. Τὴν μὲν λῃστικὴν καὶ ἀνδραποδιστικὴν καὶ τυραννικὴν καὶ ξύμπασαν τὴν πολεμικήν, ἓν πάντα, βίαιον θήραν ὁρισάμενοι.

ΘΕΑΙ. Καλῶς.

ΞΕ. Τὴν δέ γε δικανικὴν καὶ δημηγορικὴν καὶ προσομιλητικήν, ἓν αὖ τὸ ξύνολον, πιθανουργικήν τινα μίαν τέχνην * προσειπόντες. D

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Τῆς δὲ πιθανουργικῆς διττὰ λέγομεν γένη.

ΘΕΑΙ. Ποῖα;

ΞΕ. Τὸ μὲν ἕτερον ἰδίᾳ, τὸ δὲ δημοσίᾳ γιγνόμενον.

ΘΕΑΙ. Γίγνεσθον γὰρ οὖν εἶδος ἑκάτερον.

ΞΕ. Οὐκοῦν αὖ τῆς ἰδιοθηρευτικῆς τὸ μὲν μισθαρνευτικόν **) τί ἐστι, τὸ δὲ δωροφορικόν;

---

*) γρ. ἡγῇ.

**) ἴσ. μισθαρνητικόν.

dam, opulentiae et iuventutis tamquam prata quaedam fecunda, quae in his pafcuntur eis potiturus.

Theae. Quomodo dicis?

Hofp. Terreftris venationis funt duae quaedam maximae partes.

Theae. Qualis utraque?

Hofp. Una eft cicurum beftiarum, altera immanium.

Theae. Itane eft quaedam venatio cicurum?

Hofp. Siquidem eft homo cicur animal. pone vero quomodo tibi lubet, five nullum fumens cicur genus, five aliud quid cicur, hominem autem ferum, five etiam cicurem quidem dicis hominem effe, hominum vero nullam fumis venationem: horum utrum putes te approbante dictum iri, id nobis declara.

Theae. Itaque nos effe, amice, cicura puto animalia, et venationem hominum effe aio.

Hofp. Duplicem igitur etiam cicurum venationem dicamus.

Theae. Quomodo?

Hofp. Latrocinium, hominum raptum et tyrannida et univerfam rem militarem, unum omnia, violentam definientes venationem.

Theae. Praeclare.

Hofp. Iudicialem vero, concionalem et fermocinandi peritiam, unum rurfus hoc totum, perfuadendi unam artem appellantes.

Theae. Recte.

Hofp. Perfuadendi vero artis bina fumimus genera.

Theae. Qualia?

Hofp. Unum quod privatim, alterum quod publice fit.

Theae. Eft certe genus utrumque.

Hofp. Nonne etiam privatae venationis una pars eft opera mercenaria, altera donatio?

ΘΕΑΙ. Οὐ μανθάνω.

ΞΕ. Τῇ τῶν ἐρώντων θήρᾳ τὸν νοῦν, ὡς ἔοικας, οὔπω προςέσχες.

ΘΕΑΙ. Τοῦ πέρι;

ΞΕ. * Ὅτι τοῖς θηρευθεῖσι δῶρα προςεπιδιδόασιν. E

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΞΕ. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἐρωτικῆς τέχνης ἔστω εἶδος.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τοῦ δέ γε μισθαρνευτικοῦ τὸ μὲν προςομιλοῦν διὰ χάριτος καὶ παντάπασι δι' ἡδονῆς τὸ δέλεαρ πεποιημένον καὶ τὸν μισθὸν πραττόμενον τροφὴν ἑαυτῷ μόνον κολακικήν, ὡς ἐγῷμαι, * πάντες φαῖμεν ἂν ἡδυντικήν 223 τινα *) τέχνην εἶναι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τὸ δὲ ἐπαγγελλόμενον μὲν ὡς ἀρετῆς ἕνεκα τὰς ὁμιλίας ποιούμενον, μισθὸν δὲ νόμισμα πραττόμενον, ἆρα οὐ τοῦτο τὸ γένος ἑτέρῳ προςειπεῖν ἄξιον ὀνόματι;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τίνι δὴ τούτῳ; πειρῶ λέγειν.

ΘΕΑΙ. Δῆλον δή· τὸν γὰρ σοφιστήν μοι δοκοῦμεν ἀνευρηκέναι. τοῦτ' οὖν ἔγωγε εἰπὼν τὸ προςῆκον ὄνομ' ἂν ἡγοῦμαι καλεῖν αὐτόν.

ΞΕ. Κατὰ * δὴ τὸν νῦν, ὦ Θεαίτητε, λόγον, ὡς B ἔοικεν, ἡ τέχνης οἰκειωτικῆς, χειρωτικῆς [κτητικῆς], θηρευτικῆς, ζωοθηρίας [πεζοθηρίας], χερσαίας [ἡμερυθηρικῆς], ἀνθρωποθηρίας, **) ἰδιοθηρίας [μισθαρνικῆς], νομισματοπωλικῆς, δοξαπαιδευτικῆς, νέων, πλουσίων καὶ ἐνδόξων γιγνομένη θήρα προςρητέον, ὡς ὁ νῦν λόγος ξυμβαίνει ***) ἡμῖν, σοφιστική.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἔτι δὲ καὶ τῇδε ἴδωμεν· οὐ γάρ τι φαύλης μέτοχόν ἐστι τέχνης τὸ νῦν ζητούμενον, * ἀλλ' εὖ μάλα C

*) ἴσ. ἢ ἡδυντικήν τινα.

**) ἴσ. ἀνθρωποθηρίας, πιθανοθηρίας, ἰδιοθηρίας.

***) ἴσ. σημαίνει.

Theae. Non intelligo.

Hosp. Ad amantium venationem animum, ut videtur, nondum attendisti.

Theae. Quid significas?

Hosp. Hos eis quos venati sunt munera etiam afferre.

Theae. Verissime dicis.

Hosp. Haec igitur amatoriae artis esto species.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Mercenariae vero eam partem quae sermocinatur blande, omnino voluptatis illecebris utitur et mercedis loco pastum sibi ipsi tantum exigit, adulatoriam, ut arbitror, omnes dicemus vel voluptariam quandam artem esse.

Theae. Quidni?

Hosp. Quae autem profitetur virtutis causa se in sermonem dare et mercedis loco numos exigit, nonne hanc speciem alio nuncupari decet nomine?

Theae. Quidni?

Hosp. Quonam autem? conare dicere.

Theae. Manifestum est: sophistam enim, ut mihi videtur, invenimus. ita vero equidem appellans accommodato eum nomine arbitror afficere.

Hosp. Secundum hanc igitur, Theaetete, expositionem, ut patet, altera illa pars artis vindicandi, potiundi, venandi, animalia capiendi, terrestria capiendi, homines venandi, privatim venandi, numos conflandi simulateque instituendi, quae iuvenum, divitum ac nobilium est venatio, dicenda, ut oratio nunc explicata nobis ostendit, sophistica.

Theae. Prorsus ita habet.

Hosp. Praeterea etiam sic consideremus: neque enim vilis particeps est artis id de quo nunc quaerimus,

ποικίλης· καὶ γὰρ οὖν ἐν τοῖς πρόσθεν εἰρημένοις φάντασμα παρέχεται, μὴ τοῦτο, ὃ νῦν αὐτὸ ἡμεῖς φαμέν, ἀλλ' ἕτερον εἶναί τι γένος.

ΘΕΑΙ. Πῇ δή;

ΞΕ. Τὸ τῆς κτητικῆς τέχνης διπλοῦν ἦν εἶδός που, τὸ μὲν θηρευτικὸν μέρος ἔχον, τὸ δὲ ἀλλακτικόν.

ΘΕΑΙ. Ἦν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Τῆς τοίνυν ἀλλακτικῆς δύο εἴδη λέγωμεν, τὸ μὲν δωρητικόν, τὸ δὲ ἕτερον ἀγοραστικόν;

ΘΕΑΙ. Εἰρήσθω.

ΞΕ. Καὶ μὴν αὖ φήσομεν ἀγοραστικὴν διχῇ τέμνεσθαι.

ΘΕΑΙ. * Πῇ; D

ΞΕ. Τὴν μὲν τῶν αὐτουργῶν αὐτοπωλικὴν διαιρουμένην *), τὴν δὲ τὰ ἀλλότρια ἔργα μεταβαλλομένην μεταβλητικήν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τί δέ; τῆς μεταβλητικῆς οὐχ ἡ μὲν κατὰ πόλιν ἀλλαγή, σχεδὸν αὐτῆς ἥμισυ μέρος ὄν, καπηλικὴ προσαγορεύεται;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δέ γε ἐξ ἄλλης εἰς ἄλλην πόλιν διαλλαττομένων **) ὠνῇ καὶ πράσει ἐμπορική;

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὔ;

ΞΕ. Τῆς δ' ἐμπορικῆς ἆρ' οὐκ ᾐσθήμεθα ὅτι τὸ μέν, ὅ*σοις τὸ σῶμα τρέφεται καὶ χρῆται, τὸ δέ, ὅσοις E ἡ ψυχή, πωλοῦν διὰ νομίσματος ἀλλάττεται;

ΘΕΑΙ. Πῶς τοῦτο λέγεις;

ΞΕ. Τὸ περὶ τὴν ψυχὴν ἴσως ἀγνοοῦμεν, ἐπεὶ τό γε ἕτερόν που ξυνίεμεν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Μουσι*κήν τε τοίνυν ξυνάπασαν λέγωμεν, ἐκ 224 ως ἑκάστοτε εἰς πόλιν ἔνθεν μὲν ὠνηθεῖσαν, ἑτέρωσε

διαιρούμενοι.
**) Ed. διαλλαττόμενον.

ſed admodum multiplicis; etenim in eis quae ſupra explicavimus ſpeciem praebuit, quaſi non hoc, quod nunc eſſe dicimus, ſed aliud quodpiam eſſet genus.

Theae. Quo autem pacto?

Hoſp. Artis acquirendi duplex erat ſpecies, una venatoriam partem habens, altera permutatio.

Theae. Erat vero.

Hoſp. Permutationis autem duas ſpecies ſumamus, unam donationem, alteram negotiationem.

Theae. Ita dictum eſto.

Hoſp. Atque etiam mercaturam dicemus bifariam distribui.

Theae. Quomodo?

Hoſp. Ita ut eorum qui ipſi fabricantur mercaturam diſtinguamus a permutatione quae alienorum operum mercatum inſtituit.

Theae. Sane quidem.

Hoſp. Quid vero? permutationis nonne una prope dimidia pars, quae commercium eſt in urbe, inſtitoris dicitur negotiatio?

Theae. Ita.

Hoſp. Quae vero ex alia in aliam urbem transit resque emendo et vendendo mutat, mercatoria?

Theae. Qui aliter?

Hoſp. Mercatoriae vero nonne cognitum habemus unam partem ea, quibus corpus alitur et utitur, alteram ea, quibus animus, vendendo cum numis mutare?

Theae. Quomodo iſtud dicis?

Hoſp. Ea quae ad animum ſpectant fortaſſe nos fugiunt, alterum vero certe intelligimus.

Theae. Etiam.

Hoſp. Muſicam igitur univerſam dicamus, quae ex urbe quaque in urbem transiens hinc quidem ema-

δὲ ἀγομένην καὶ πιπρασκομένην, καὶ γραφικὴν καὶ θαυματοποιϊκὴν *) καὶ πολλὰ ἕτερα τῆς ψυχῆς, τὰ μὲν παραμυθίας, τὰ δὲ καὶ σπουδῆς χάριν ἀχθέντα καὶ πωλούμενα, τὸν ἄγοντα καὶ πωλοῦντα μηδὲν ἧττον τῆς τῶν σιτίων καὶ ποτῶν πράσεως ἔμπορον ὀρθῶς ἂν λεγόμενον παρασχεῖν **).

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τὸν μα*θήματα ξυνωνούμενον πόλιν τε ἐκ πόλεως νομίσματος ***) ἀμείβοντα ταὐτὸν προσερεῖς ὄνομα; B

ΘΕΑΙ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Τῆς δὴ ψυχεμπορικῆς ταύτης ἆρ᾽ οὐ τὸ μὲν ἐπιδεικτικὴ δικαιότατα λέγοιτ᾽ ἄν, τὸ δὲ γελοῖον μὲν οὐχ ἧττον τοῦ πρόσθεν, ὅμως δὲ μαθημάτων οὖσαν πρᾶσιν αὐτὴν ἀδελφῷ τινὶ τῆς πράξεως ὀνόματι προσειπεῖν ἀνάγκη;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ταύτης τοίνυν τῆς μαθηματοπωλικῆς τὸ μὲν περὶ τὰ * τῶν ἄλλων τεχνῶν μαθήματα ἑτέρῳ, τὸ δὲ περὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ἄλλῳ προσρητέον. C

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τεχνοπωλικὸν μὲν τό γε ****) περὶ τἄλλ᾽ ἂν ἁρμόττοι, τὸ δὲ περὶ ταῦτα σὺ προθυμήθητι λέγειν ὄνομα.

ΘΕΑΙ. Καὶ τί τις ἂν ἄλλο ὄνομα εἰπὼν οὐκ ἂν πλημμελοίη πλὴν τὸ νῦν ζητούμενον αὐτὸ εἶναι τὸ σοφιστικὸν γένος;

ΞΕ. Οὐδὲν ἄλλο. ἴθι δὴ νῦν ξυναγάγωμεν αὐτό, λέγοντες ὡς τὸ τῆς κτητικῆς, μεταβλητικῆς, ἀγοραστικῆς, ἐμπο*ρικῆς, ψυχεμπορικῆς περὶ λόγους καὶ μαθήματα ἀρετῆς πωλητικὸν δεύτερον ἀνεφάνη σοφιστική. D

ΘΕΑΙ. Μάλα γε.

ΞΕ. Τρίτον δέ γ᾽ οἶμαί σε, κἂν εἴ τις, αὐτοῦ κα-

---

*) ἄλλ. θαυματοποιητικήν.

**) ἄλλ. παρέχειν.

***) ἴσ. ἐκ πόλεως ἀμείβοντα.

****) ἴσ. τῷ γε.

tur, illuc vero importetur ac vendatur, et picturam et praestigias et multa alia ad animum spectantia, quae partim oblectationis, partim doctrinae studiorum causa importantur et venduntur: haec igitur omnia non minus quum esculentorum et potulentorum venditionem hoc efficere ut qui ipsa importet et vendat is mercator recte nominetur.

Theae. Verissime dicis.

Hosp. Nonne etiam eum qui disciplinas coëmit et urbem cum urbe permutat, eodem afficies nomine?

Theae. Maxime vero.

Hosp. Huius igitur ad animum spectantis mercaturae, quam ψυχεμπορικὴν dicimus, nonne una species ostentatio rectissime dicetur, alteram vero ridiculo quidem non minus, quam superius est, tamen, quum disciplinarum sit mercatus, nomine ipsi negotio accommodato nuncupari oportet?

Theae. Sane quidem.

Hosp. Huius autem disciplinarum mercaturae, quam μαθηματοπωλικὴν vocamus, una pars quae ad ceterarum artium disciplinas spectat alio, et altera quae ad virtutem refertur alio nuncupanda est.

Theae. Quidni?

Hosp. In mercaturam ad ceteras artes spectantem τεχνοπωλικῆς nomen conveniet, eius vero quae ad hanc spectat tu stude nomen dicere.

Theae. At quid aliud quisquam dicere possit non aberrans a vero nisi hoc, sophisticum id esse, de quo nunc quaeritur, genus?

Hosp. Nihil aliud. age nunc id complectamur dicentes artis acquirendi et quidem permutationis, negotiationis, mercaturae eiusque ad animum spectantis eam partem, quae orationes et disciplinas virtutis vendat, secundo repertum esse sophisticam.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Tertio arbitror te, si quis in ipsa sedens

θιδρυμένος ἐν πόλει τὰ μὲν ὠνούμενος, τὰ δὲ καὶ τεκταινόμενος αὐτὸς μαθήματα περὶ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ πωλῶν, ἐκ τούτου τὸ ζῆν προὐτάξατο, καλεῖν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὅπερ νῦν δή.

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὐ μέλλω;

ΞΕ. Καὶ τὸ κτητικῆς ἄρα μεταβλητικόν, ἀγοραστικόν, καπηλικὸν εἴτε αὐτοπωλικόν, ἀμφοτέρως, ὅ τιπερ E
ἂν ᾖ περὶ τὰ τοιαῦτα μαθηματοπωλικὸν γένος, ἀεὶ σὺ προσερεῖς, ὡς φαίνει, σοφιστικόν.

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη· τῷ γὰρ λόγῳ δεῖ ξυνακολουθεῖν.

ΞΕ. Ἔτι δὴ σκοπῶμεν, εἴ τινι τοιῷδε προσέοικεν
ἄρα τὸ νῦν μεταδιωκόμενον γένος. 225

ΘΕΑΙ. Ποίῳ δή;

ΞΕ. Τῆς κτητικῆς ἀγωνιστική τι μέρος ἡμῖν ἦν.

ΘΕΑΙ. Ἦν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Οὐκ ἄπο τρόπου τοίνυν ἐστὶ διαιρεῖν αὐτὴν δίχα.

ΘΕΑΙ. Καθ' ὁποῖα, λέγε.

ΞΕ. Τὸ μὲν ἁμιλλητικὸν αὐτῆς τιθέντας, τὸ δὲ μαχητικόν.

ΘΕΑΙ. Ἔστιν.

ΞΕ. Τῆς τοίνυν μαχητικῆς τῷ μὲν σώματι πρὸς σώματα γιγνομένῳ σχεδὸν εἰκὸς καὶ πρέπον ὄνομα λέγειν τι τοιοῦτον τιθεμένους οἷον βιαστικόν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τῷ δὲ λόγοις πρὸς λόγους τί τις, ὦ Θεαίτητε, ἄλλο εἴπῃ πλὴν ἀμφισβητητικόν;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΞΕ. Τὸ δέ γε * περὶ τὰς ἀμφισβητήσεις θετέον B
διττόν.

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Καθ' ὅσον μὲν γὰρ γίγνεται μήκεσί τε πρὸς ἐναντία μήκη λόγων καὶ περὶ δίκαια *) καὶ ἄδικα δημοσίᾳ, δικανικόν.

---

*) ἄλλ. περὶ τὰ δίκαια.

urbe il'arum rerum ſcientias, quas partim emat partim ipſe fabricetur, vendat indeque vivere ſibi propoſuerit, hunc non alio nuncupaturum eſſe nomine niſi hoc quod nunc poſitum eſt.

Theae. Quidni nuncupaverim?

Hoſp. Artis igitur acquirendi ea pars, quae permutat ac negotiatur, ſive aliena ſive propria vendit, utroque modo quamque diſciplinarum mercaturam ſemper tu, ut videtur, appellabis ſophiſticam.

Theae. Neceſſe eſt; orationem enim oportet ſequi.

Hoſp. Praeterea videamus, num huic fere ſimile ſit genus id quod nunc inveſtigamus.

Theae. Quali autem?

Hoſp. Artis acquirendi pars quaedam nobis erat concertatoria.

Theae. Erat vero.

Hoſp. Conſentaneum igitur eſt distribuere eam biſariam.

Theae. Quo modo, dic.

Hoſp. Ita ut contentionem unam eius partem ponamus, pugnam alteram.

Theae. Eſt ita.

Hoſp. Pugnae autem ei generi, quod corpore adverſus corpora committitur, conſentaneum fere atque conveniens nomen tale imponamus quale eſt violentia.

Theae. Etiam.

Hoſp. Id vero quod orationibus adverſus [illegible]nes committitur, quo quis, Theaetete, alio [illegible]troverſiae nomine afficiat?

Theae. Nullo alio.

Hoſp. Controverſiae autem duplex [illegible]ponendum.

Theae. Quomodo?

Hoſp. Quatenus enim fit orationibus [illegible] adverſus contrarias orationes long[illegible] publice, iudicialis eſt.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δ' ἐν ἰδίοις αὖ καὶ κατακεκερματισμένον ἐρωτήσεσι πρὸς ἀποκρίσεις μῶν εἰθίσμεθα καλεῖν ἄλλο πλὴν ἀντιλογικόν;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΞΕ. Τοῦ δὲ ἀντιλογικοῦ τὸ μὲν ὅσον περὶ τὰ ξυμβόλαια ἀμφισβητεῖται μέν, εἰκῇ δὲ καὶ * ἀτέχνως περὶ αὐτὸ πράττεται, ταῦτα θετέον μὲν εἶδος, ἐπείπερ αὐτὸ διέγνωκεν ὡς ἕτερον ὂν ὁ λόγος, ἀτὰρ ἐπωνυμίας οὔθ' ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν ἔτυχεν οὔτε νῦν ὑφ' ἡμῶν τυχεῖν ἄξιον. C

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ· κατὰ σμικρὰ γὰρ λίαν καὶ παντοδαπὰ διῄρηται.

ΞΕ. Τὸ δέ γε ἔντεχνον, καὶ περὶ δικαίων αὐτῶν καὶ ἀδίκων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅλως ἀμφισβητοῦν, ἆρ' οὐκ ἐριστικὸν αὖ λέγειν εἰθίσμεθα;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τοῦ μὴν ἐριστικοῦ τὸ μὲν * χρηματοφθορικόν, D τὸ δὲ χρηματιστικὸν ὂν τυγχάνει.

ΘΕΑΙ. Παντάπασί γε.

ΞΕ. Τὴν ἐπωνυμίαν τοίνυν, ἣν ἑκάτερον δεῖ καλεῖν αὐτῶν, πειραθῶμεν εἰπεῖν.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν χρή.

ΞΕ. Δοκῶ μὴν *) τό γε δι' ἡδονὴν τῆς περὶ ταῦτα διατριβῆς ἀμελὲς τῶν οἰκείων γιγνόμενον, περὶ δὲ τὴν λέξιν τοῖς πολλοῖς τῶν ἀκουόντων οὐ μεθ' ἡδονῆς ἀκουόμενον καλεῖσθαι κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν οὐχ ἕτερον ἀδολεσχικοῦ.

ΘΕΑΙ. Λέγεται γὰρ οὖν οὕτω πως.

ΞΕ. Τούτου τοίνυν * τοὐναντίον, ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν ἐρίδων χρηματιζόμενον, ἐν τῷ μέρει σὺ πειρῶ νῦν εἰπεῖν. E

ΘΕΑΙ. Καὶ τί τις ἂν αὖ εἰπὼν ἕτερον οὐκ ἐξαμάρτοι πλήν γε τὸν θαυμαστὸν πάλιν ἐκεῖνον ἥκειν αὖ νῦν τέταρτον μεταδιωκόμενον ὑφ' ἡμῶν σοφιστήν;

---

*) ἴσ. μέν.

Theae. Ita.

Hosp. Eam contra quae inter privatos est, discerpta illa quidem in interrogationes quae responsionibus opponuntur, num consuevimus alio nuncupare nomine nisi contra dicendi facultatis?

Theae. Nullo alio.

Hosp. Contra dicendi vero facultatis ea pars qua de pactis conventis disceptatur quidem, sed sine ullo ordine et arte id peragitur, haec ponenda quidem est species, quum eam discreverit ut diversam ac propriam oratio, at appellationem neque a superioribus accepit, neque quae nunc a nobis eam accipiat, digna est.

Theae. Verum: in minuta enim nimis atque varia divisa est.

Hosp. Artificiosam vero partem, quae de iustis per se et iniustis ceterisque generatim disceptat, nonne disputandi artem appellare consuevimus?

Theae. Quidni?

Hosp. Disputandi autem artis una pars rem conficit, altera auget.

Theae. Maxime vero.

Hosp. Appellationem igitur, qua utramque oporteat allici, conemur dicere.

Theae. Decet vero.

Hosp. Videtur autem hoc genus disputandi quod, quia voluptatem capit e sermonibus de illis rebus, negligit res suas, propter dictionem vero plerisque auditorum non cum voluptate auditur, mea sententia non alio nisi garrulitatis nomine nuncupari.

Theae. Appellatur sane sic fere.

Hosp. Eius vero contrarium, quod privatis disputationibus quaestum facit, tu vicissim conare nunc dicere.

Theae. At quid quis rursus aliud dixerit non peccans nisi hoc, admirabilem illum rursus venire nunc quarto, qui investigatur a nobis, sophistem?

ΞΕ. Οὐδὲν ἀλλ' ἢ τὸ χρη*ματιστικὸν γένος, ὡς ἔοικεν, ἐριστικῆς ὂν τέχνης, τῆς ἀντιλογικῆς, τῆς ἀμφισβητητικῆς, τῆς μαχητικῆς, τῆς ἀγωνιστικῆς, τῆς κτητικῆς ἔστιν, ὡς ὁ λόγος αὖ μεμήνυκε νῦν, ὁ σοφιστής. 226

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ὁρᾷς οὖν ὡς ἀληθῆ λέγεται τὸ ποικίλον εἶναι τοῦτο τὸ θηρίον καί, τὸ λεγόμενον, οὐ τῇ ἑτέρᾳ ληπτέον;

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν ἀμφοῖν χρή.

ΞΕ. Χρὴ γὰρ οὖν, καὶ κατὰ δύναμίν γε οὕτω ποιητέον, τοιόνδε τι με*ταθέοντας ἴχνος αὐτοῦ. καί μοι λέγε· B
τῶν οἰκετικῶν ὀνομάτων καλοῦμεν ἄττα που;

ΘΕΑΙ. Καὶ πολλά· ἀτὰρ ποῖα δὴ τῶν πολλῶν πυνθάνει;

ΞΕ. Τὰ τοιάδε, οἷον διηθεῖν τε λέγομεν καὶ διαττᾶν καὶ βράττειν καὶ διακρίνειν *).

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Καὶ πρός γε τούτοις ἔτι ξαίνειν καὶ κατάγειν καὶ κερκίζειν καὶ μυρία ἐν ταῖς τέχναις ἄλλα τοιαῦτα ἐνόντα ἐπιστάμεθα· ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον αὐτῶν πέρι βουληθεὶς δηλῶσαι, πα*ραδείγματα προθεὶς ταῦτα κατὰ πάντων ἤρου; C

ΞΕ. Διαιρετικά που τὰ λεχθέντα εἴρηται ξύμπαντα.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Κατὰ τὸν ἐμὸν τοίνυν λόγον ὡς περὶ ταῦτα μίαν οὖσαν ἐν ἅπασι τέχνην ἑνὸς ὀνόματος ἀξιώσομεν αὐτήν.

ΘΕΑΙ. Τίνα προσειπόντες;

ΞΕ. Διακριτικήν.

ΘΕΑΙ. Ἔστω.

ΞΕ. Σκόπει δὴ ταύτης αὖ δύο ἄν πῃ δυνώμεθα κατιδεῖν εἴδη.

ΘΕΑΙ. Ταχεῖαν ὡς ἐμοὶ σκέψιν ἐπιτάττεις.

ΞΕ. Καὶ * μὴν ἔν γε ταῖς εἰρημέναις διακρίσεσι τὸ D

*) Ια. καὶ βράττειν, ἄνευ τοῦ καὶ διακρίνειν.

Hosp. Nihil aliud nisi genus, ut patet, quaestum faciens, quae pars est artis disputandi, contra dicendi, controversandi, pugnandi, concertandi et acquirendi, est, ut oratio rursus declaravit nunc, sophistes.

Theae. Maxime vero.

Hosp. Videsne igitur, quam vere dicatur multiplex esse haec bellua nec, ut in proverbio est, altera manu capienda.

Theae. Itaque ambabus capi oportet.

Hosp. Oportet sane, atque adeo quam maxime nobis ita faciundum est, hoc fere persequentibus eius vestigium. nimirum dic mihi: servilium vocabulorum usurpamus aliqua?

Theae. Ac multa quidem: at qualia tandem e multis illis rogas?

Hosp. Talia fere, qualia percolare dicimus, cribrare et vanno excutere.

Theae. Quidni?

Hosp. Et praeterea carminare, nere et texere, et sexcenta alia id genus in artibus esse scimus; nonne?

Theae. Quidnam de iis declaraturus exemplis hisce propositis de omnibus rogasti?

Hosp. Dirimentia certe haec quae memoravimus dicta sunt omnia.

Theae. Ita.

Hosp. Ex mea igitur oratione, quia una horum omnium ars est, uno eam nomine impertiemur.

Theae. Quomodo appellantes?

Hosp. Discernendi artem.

Theae. Esto.

Hosp. Vide igitur num huius quoque duas possimus cognoscere species.

Theae. Celeriorem quam pro mea facultate quaestionem imponis.

Hosp. Atqui in secretionibus quas memoravimus

μὲν χεῖρον ἀπὸ βελτίονος ἀποχωρίζειν ἦν, τὸ δ' ὅμοιον ἀφ' ὁμοίου.

ΘΕΑΙ. Σχεδὸν οὕτω νῦν λεχθὲν φαίνεται.

ΞΕ. Τῆς μὲν τοίνυν ὄνομα οὐκ ἔχω λεγόμενον, τῆς δὲ καταλειπούσης μὲν τὸ βέλτιον διακρίσεως, τὸ δὲ χεῖρον ἀποβαλλούσης ἔχω.

ΘΕΑΙ. Λέγε τί.

ΞΕ. Πᾶσα ἡ τοιαύτη διάκρισις, ὡς ἐγὼ ξυννοῶ, λέγεται παρὰ πάντων καθαρμός τις.

ΘΕΑΙ. Λέγεται γὰρ οὖν.

ΞΕ. * Οὐκοῦν τό γε καθαρτικὸν εἶδος αὖ διπλοῦν E
ὂν πᾶς ἂν ἴδοι;

ΘΕΑΙ. Ναί, κατὰ σχολήν γε ἴσως· οὐ μὴν ἔγωγε καθορῶ νῦν.

ΞΕ. Καὶ μὴν τὰ περὶ τὰ σώματα πολλὰ εἴδη καθάρσεων ἑνὶ περιλαβεῖν ὀνόματι προσήκει.

ΘΕΑΙ. Ποῖα καὶ τίνι;

ΞΕ. Τά τε τῶν ζώων, ὅσα ἐντὸς σωμάτων ὑπὸ γυμναστικῆς ἰατρικῆς τε ὀρθῶς διακρινόμενα κα*θαίρεται, 227
καὶ τὰ περὶ τὰ ἐκτός, ἃ εἰπεῖν μὲν φαῦλα, ὅσα βαλανευτικὴ παρέχεται, καὶ τῶν ἀψύχων σωμάτων, ὧν γναφευτικὴ καὶ ξύμπασα κοσμητικὴ τὴν ἐπιμέλειαν παρεχομένη κατὰ σμικρὰ πολλὰ καὶ γελοῖα δοκοῦντα ὀνόματα ἔσχεν.

ΘΕΑΙ. Μάλα γε.

ΞΕ. Παντάπασι μὲν οὖν, ὦ Θεαίτητε· ἀλλὰ γὰρ τῇ τῶν λόγων μεθόδῳ σπογγιστικῆς ἢ φαρμακοποσίας *) οὐδὲν ἧττον οὐδέ τι μᾶλλον τυγχάνει μέλον, εἰ τὸ μὲν σμικρά, τὸ δὲ μεγάλα ἡμᾶς ὠφελεῖ καθαῖρον· τοῦ κτήσασθαι γὰρ ἕνεκα νοῦν * πασῶν τεχνῶν τὸ ξυγγενὲς καὶ B
τὸ μὴ ξυγγενὲς κατανοεῖν πειρωμένη τιμᾷ πρὸς τοῦτο ἐξ ἴσου πάσας, καὶ θάτερα τῶν ἑτέρων κατὰ τὴν ὁμοιότητα οὐδὲν ἡγεῖται γελοιότερα, σεμνότερον δέ τι τὸν διὰ στρατηγικῆς ἢ φθειριστικῆς δηλοῦντα θηρευτικὴν οὐδὲν γενό-

---

*) Is. φαρμακοποιΐας.

una erat quae deterius a meliore separat, altera quae aequale ab aequali.

Theae. Fere ita nunc expositum perspicio.

Hosp. Illa quidem quomodo appelletur nescio, huius vero secretionis nomen, quae melius reliquum facit et deterius abiicit, teneo.

Theae. Dic quae sit.

Hosp. Omnis huiusmodi secretio, ut ego intelligo, dicitur ab omnibus purgatio quaedam.

Theae. Dicitur sane.

Hosp. Nonne purgationis etiam duas quisque cognoverit species?

Theae. Sane per otium forsitan; non tamen equidem nunc perspicio.

Hosp. At vero multa illa corporis purgandi genera uno complecti nomine convenit.

Theae. Qualia et quonam?

Hosp. Purgationes animalium, quaecumque videlicet intra corpora a gymnastica et medicina recte secreta purgantur, et externas illas viles dictu, quas balneatorum ars praebet, itemque inanimatorum corporum purgationes, de quibus fullonica universaque ornandi ars curam adhibens minutis in rebus multa quae ridicula videntur nomina invenit.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Prorsus ita habet, Theaetete; etenim secta ratioque disputationis spongià purgandi peritiam nihil minus magisve curat quam medicamentorum confectionem, si illa parum, haec vero multum nobis prodest purgando; intelligentiae enim adipiscendae causa omnium artium similitudinem ac dissimilitudinem perspicere studens aestimat hactenus pariter omnes, nec alterum altero secundum similitudinem ducit magis ridiculum, nihilo autem graviorem eum habet qui arte imperatoria quam qui pediculari illustrat venatoriam,

μιχεν, ἀλλ' ὡς τὸ πολὺ γαννότερον. καὶ δὴ καὶ νῦν, ὅπερ ἤρου, τί προσεροῦμεν ὄνομα ξυμπάσας δυνάμεις, ὅσαι σῶμα εἴτε ἔμψυχον εἴτε ἄψυχον εἰλήχασι καθαίρειν, οὐδὲν αὐτῇ διοίσει, ποῖόν τι * λεχθὲν εὐπρεπέστατον εἶναι δό- C
ξει· μόνον ἐχέτω χωρὶς τῶν τῆς ψυχῆς καθάρσεων πάντα ξυνδῆσαν ὅσα ἄλλο τι καθαίρει· τὸν γὰρ περὶ τὴν διάνοιαν καθαρμὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐπικεχείρηκεν ἀφορίσασθαι τὰ νῦν, εἴγε ὅπερ βούλεται μανθάνομεν.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μεμάθηκα καὶ ξυγχωρῶ δύο μὲν εἴδη καθάρσεως, ἓν δὲ τὸ περὶ τὴν ψυχὴν εἶδος εἶναι, τοῦ περὶ τὸ σῶμα χωρὶς ὄν.

ΞΕ. Πάντων κάλλιστα. καί μοι τὸ μετὰ τοῦτο ἐπάκουε πειρώμενος αὖ τὸ * λεχθὲν διχῇ τέμνειν. D

ΘΕΑΙ. Καθ' ὁποῖ' ἂν ὑφηγῇ, πειράσομαί σοι ξυντέμνειν.

ΞΕ. Πονηρίαν ἕτερον ἀρετῆς ἐν ψυχῇ λέγομέν τι;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Καὶ μὴν καθαρμὸς ἦν τὸ λιπεῖν μὲν θάτερον, ἐκβάλλειν δὲ ὅσον ἂν ᾖ πού τι φλαῦρον.

ΘΕΑΙ. Ἦν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Καὶ ψυχῆς ἄρα, καθ' ὅσον ἂν εὑρίσκωμεν κακίας ἀφαίρεσίν τινα, καθαρμὸν αὐτὸν λέγοντες ἐν μέλει φθεγξόμεθα.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα γε.

ΞΕ. Δύο μὲν *) εἴδη κακίας περὶ ψυχὴν ῥητέον.

ΘΕΑΙ. Ποῖα;

ΞΕ. * Τὸ μὲν οἷον νόσον ἐν σώματι, τὸ δ' οἷον 228
αἶσχος ἐγγιγνόμενον.

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔμαθον.

ΞΕ. Νόσον ἴσως καὶ στάσιν οὐ ταὐτὸν νενόμικας.

---

*) Γρ. μήν.

ſed ex maxima parte vaniorem. atque etiam nunc, quum tu rogaveris, quonam affecturi eſſemus nomine cunctas facultates, quibus munus corporis ſive animati ſive inanimati purgandi eſſet iniunctum, nihil eius intererit quale poſitum decentiſſimum ſit viſurum: modo ut contineat ſeorſum ab animi purgationibus omnia colligata quae aliud quid purgant; animi enim purgationem a reliquis inſtituit nunc ſecernere, ſi quorſum ſpectet intelligimus.

Theae. At intelligo et concedo duas eſſe ſpecies purgationis, unam vero ad animum pertinere, quae diverſa ſit a corporis purgatione.

Hoſp. Omnium pulcherrime. iam mihi id quod ſequitur attende conans rurſus quod poſitum eſt biſariam distribuere.

Theae. Ut tu praeiveris, ita conabor tecum distribuere.

Hoſp. Pravitatem diverſum quid a virtute in animo dicimus?

Theae. Quidni?

Hoſp. Atqui purgatio quaedam erat reliquum facere alterum, eiicere vero quicquid eſt malum.

Theae. Erat vero.

Hoſp. Igitur etiam animi, quatenus invenerimus improbitatis ademptionem aliquam, purgationem eam appellantes vocem haud abſonam mittemus.

Theae. Sane quidem.

Hoſp. Duas vero ſpecies animi improbitatis dici oportet.

Theae. Quales?

Hoſp. Unam, quae ſicut morbus in corpore, alteram, quae ſicut deformitas in eo exſiſtat.

Theae. Non intelligo.

Hoſp. Morbum forſitan et ſeditionem non idem exiſtumaveris.

ΘΕΑΙ. Οὐδ' αὖ πρὸς τοῦτο ἔχω τί χρή με ἀποκρίνασθαι.

ΞΕ. Πότερον ἄλλο τι στάσιν ἡγούμενος ἢ τὴν τοῦ φύσει ξυγγενοῦς ἔκ τινος διαφθορᾶς διαφοράν;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΞΕ. Ἀλλ' αἶσχος ἄλλο τι πλὴν τὸ τῆς ἀμετρίας πανταχοῦ δυςειδὲς ὂν *) γένος;

ΘΕΑΙ. Οὐ*δαμῶς ἄλλο. B

ΞΕ. Τί δέ; **) ἐν ψυχῇ δόξας ἐπιθυμίαις καὶ θυμὸν ἡδοναῖς καὶ λόγον λύπαις ***) καὶ πάντ' ἀλλήλοις ταῦτα τῶν φλαύρως ἐχόντων οὐκ ᾐσθήμεθα διαφερόμενα;

ΘΕΑΙ. Καὶ σφόδρα γε.

ΞΕ. Ξυγγενῆ γε μὴν ἐξ ἀνάγκης ξύμπαντα γέγονεν.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Στάσιν ἄρα καὶ νόσον τῆς ψυχῆς πονηρίαν ****) λέγοντες ὀρθῶς ἐροῦμεν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα μὲν οὖν.

ΞΕ. Τί δ'; ὅσα κινήσεως με*τασχόντα καὶ σκοπόν C τινα θέμενα, πειρώμενα τούτου τυγχάνειν, καθ' ἑκάστην ὁρμὴν παράφορα αὐτοῦ γίγνεται καὶ ἀποτυγχάνει, πότερον αὐτὰ φήσομεν ὑπὸ ξυμμετρίας τῆς πρὸς ἄλληλα ἢ τοὐναντίον ὑπ' ἀμετρίας αὐτὰ πάσχειν;

ΘΕΑΙ. Δῆλον ὡς ὑπ' ἀμετρίας.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν ψυχήν γε ἴσμεν ἄκουσαν πᾶσαν πᾶν ἀγνοοῦσαν.

ΘΕΑΙ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Τό γε μὴν ἀγνοεῖν ἐστιν, ἐπ' ἀλήθειαν ὁρμωμένης ψυχῆς, παρα*φόρου ξυνέσεως γιγνομένης, οὐδὲν D ἄλλο πλὴν παραφροσύνη.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ψυχὴν ἄρα ἀνόητον αἰσχρὰν καὶ ἄμετρον θετέον.

---

*) γρ. ἓν ὄν, ἑνόν. **) γρ. δαί;
***) ἴσ. λόγον ἡδοναῖς καὶ θυμὸν λύπαις.
****) ἴσ. τὴν τῆς ψυχῆς πονηρίαν.

Theae. Neque ad hoc habeo quid me oporteat respondere.

Hosp. Si quis dixerit se non loqui neque contra dicere, sed facere et agere una arte omnia posse quaecumque sint.

Theae. Quomodo omnia dicis?

Hosp. Exordium statim enunciati tu nobis non assequeris; *omnia* enim, ut videtur, non intelligis.

Theae. Minime vero.

Hosp. Dico autem te et me ad omnia pertinere, et praeter nos reliqua animantia et arbores.

Theae. Quomodo dicis?

Hosp. Si quis me et te et reliqua quae nascuntur omnia se facturum esse dicat.

Theae. Quam autem dicis confectionem? non enim sane agricolam dices aliquem; nam etiam animantium eum appellasti effectorem.

Hosp. Aio, et praeterea maris et terrae et caeli et deorum et reliquorum omnium, atque etiam celeri-

καὶ ταχὺ ποιήσας αὐτῶν ἕκαστα πάνυ σμικροῦ νομίσματος ἀποδίδοται.

ΘΕΑΙ. Παιδιάν λέγεις τινά.

ΞΕ. Τί δαί; τὴν τοῦ λέγοντος ὅτι πάντα οἶδε καὶ ταῦτα ἕτερον ἂν διδάξειεν ὀλίγου καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, μῶν οὐ παιδιὰν νομιστέον;

ΘΕΑΙ. Πάντως που.

ΞΕ. Παιδιᾶς δὲ ἔχεις τι τε*χνικώτερον [ἢ] καὶ χαριέστερον εἶδος ἢ τὸ μιμητικόν; B

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς· πάμπολυ γὰρ εἴρηκας εἶδος εἰς ἓν πάντα ξυλλαβὼν καὶ σχεδὸν ποικιλώτατον.

ΞΕ. Οὐκοῦν τόν γ' ὑπισχνούμενον δυνατὸν εἶναι μιᾷ τέχνῃ πάντα ποιεῖν γιγνώσκομέν που τοῦτο, ὅτι μιμήματα καὶ ὁμώνυμα τῶν ὄντων ἀπεργαζόμενος τῇ γραφικῇ τέχνῃ δυνατὸς ἔσται τοὺς ἀνοήτους τῶν νέων παίδων, πόῤῥωθεν τὰ γεγραμμένα ἐπιδεικνύς, λανθάνειν ὡς, ὅτι περ ἂν βου*ληθῇ δρᾷν, τοῦτο ἱκανώτατος ὢν ἀποτελεῖν ἔργῳ. C

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τί δὲ δή; *) περὶ τοὺς λόγους ἆρ' οὐ προσδοκῶμεν εἶναί τινα ἄλλην τέχνην, ᾗ δυνατὸν **) αὖ τυγχάνειν τοὺς νέους καὶ ἔτι πόῤῥω τῶν πραγμάτων τῆς ἀληθείας ἀφεστῶτας διὰ τῶν ὤτων τοῖς λόγοις γοητεύειν, δεικνύντας εἴδωλα λεγόμενα περὶ πάντων, ὥστε ποιεῖν ἀληθῆ δοκεῖν λέγεσθαι καὶ τὸν λέγοντα δὴ σοφώτατον πάντων ἅπαντ' εἶναι;

ΘΕΑΙ. Τί γὰρ * οὐκ ἂν εἴη ἄλλη τις τοιαύτη τέχνη; D

ΞΕ. Τοὺς πολλοὺς οὖν, ὦ Θεαίτητε, τῶν τότε ἀκουόντων ἆρ' οὐκ ἀνάγκη, χρόνου τε ἐπελθόντος αὐτοῖς ἱκανοῦ καὶ προϊούσης ἡλικίας, τοῖς τε οὖσι προσπίπτοντας ἐγγύθεν καὶ διὰ παθημάτων ἀναγκαζομένους ἐναργῶς ἐφάπτεσθαι τῶν ὄντων μεταβάλλειν τὰς τότε γενομένας δόξας,

---

*) γρ. Τί δαὶ δή;

**) γρ. ᾗς οὐ δυνατόν, ᾗ οὐ δυνατόν.

ter faciens liorum unumquodque admodum exigua id pecunia vendit.

Theae. Iocum dicis quendam.

Hoſp. Ain tu? iocus dicentis ſe omnia ſcire et haec alterum docere poſſe pretio parvo brevique tempore, numquid pro ioco non eſt habendus?

Theae. Omnino vero.

Hoſp. Ioci vero habesne artificioſiorem et venuſtiorem ſpeciem quam quae in imitando verſatur?

Theae. Minime. late enim patentem dixiſti ſpeciem, una comprehenſione omnia complexus, omniumque fere maxime multiplicem.

Hoſp. Itaque eum qui ſe profitetur poſſe una arte omnia facere intelligimus ſimulacra et cognominia rerum conficientem arte pingendi tantum valiturum eſſe ut, qui inſcientes ſint e teneris pueris, eos, procul picta monſtrans, fallat, quaſi, quicquid velit agere, hoc maximam habeat facultatem re perficiendi.

Theae. Quidni?

Hoſp. Quid vero? orationum nonne exiſtimamus etiam quandam eſſe artem, qua poſſis iuvenes qui longe adhuc a vera rerum cognitione abſint per aures orationibus decipere oſtendens omnium rerum ſimulacra oratione expreſſa, ita ut vera exiſtiment dici et dicentem ſcilicet pro ſapientiſſimo omnium in omnibus rebus habeant?

Theae. Quidni alia quaedam huiusmodi ars ſit?

Hoſp. Plurimos igitur, Theaetete, eorum qui tum audiverunt nonne neceſſe eſt, ſi ſatis temporis eis conſequutum fuerit aetasque proceſſerit, ad res accedentes cominus et affectionibus coactos perſpicue res attingere, mutare eas quas tum animo conceperint opiniones, ita

ὥςτε σμικρὰ μὲν φαίνεσθαι τὰ μεγάλα, χαλεπὰ δὲ τὰ ῥᾴ-
δια, καὶ πάντα πάντη ἀνατετράφθαι τὰ * ἐν τοῖς λόγοις E
φαντάσματα ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς πράξεσιν ἔργων παραγενομένων;

ΘΕΑΙ. Ὡς γοῦν ἐμοὶ τηλικῷδε ὄντι κρῖναι. *) οἶ-
μαι δὲ καὶ ἐμὲ τῶν ἔτι πόῤῥωθεν ἀφεστηκότων εἶναι.

ΞΕ. Τοιγαροῦν ἡμεῖς σε οἵδε πάντες πειρασόμεθα
καὶ νῦν πειρώμεθα ὡς ἐγγύτατα ἄνευ τῶν παθημάτων
προςάγειν. περὶ δ' οὖν τοῦ σοφιστοῦ τόδε μοι λέγε· πό-
τερον ἤδη τοῦτο σαφὲς ὅτι τῶν * γοήτων ἐστί τις, μιμη- 235
τὴς ὢν τῶν ὄντων, ἢ διστάζομεν ἔτι μὴ περὶ ὅσωνπερ ἀν-
τιλέγειν δοκεῖ δυνατὸς εἶναι, περὶ τοσούτων καὶ τὰς ἐπι-
στήμας ἀληθῶς ἔχων τυγχάνει **);

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς ἄν, ὦ ξένε; ἀλλὰ σχεδὸν ἤδη σα-
φὲς ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι τῶν τῆς παιδιᾶς μετεχόντων ἐστί
τις μερῶν ***).

ΞΕ. Εἰς γόητα μὲν δὴ καὶ μιμητὴν ἄρα θετέον αὐ-
τόν τινα.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐ θετέον;

ΞΕ. Ἄγε δή, νῦν ἡμέτερον ἔργον ἤδη τὸν θῆρα
μηκέτ' ἀνεῖναι· σχεδὸν γὰρ αὐτὸν * περιειλήφαμεν ἐν ἀμ- B
φιβληστρικῷ τινὶ τῶν ἐν τοῖς λόγοις περὶ τὰ τοιαῦτα ὀρ-
γάνων, ὥστε οὐκέτ' ἐκφεύξεται τόδε γε.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τὸ μὴ οὐ τοῦ γένους ****) εἶναι τοῦ τῶν θαυ-
ματοποιῶν τις εἷς.

ΘΕΑΙ. Κἀμοὶ τοῦτό γε οὕτω περὶ αὐτοῦ ξυνδοκεῖ.

ΞΕ. Δέδοκται τοίνυν ὅτι τάχιστα διαιρεῖν τὴν εἰδω-
λοποιϊκὴν †) τέχνην, καὶ καταβάντας εἰς αὐτήν, ἐὰν μὲν
ἡμᾶς εὐθὺς ὁ σοφιστὴς ὑπομείνῃ, ξυλλαβεῖν αὐτὸν κατὰ
τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ λόγου, * κἀκείνῳ C
παραδόντας ἀποφῆναι τὴν ἄγραν, ἐὰν δ' ἄρα κατὰ μέρη

---

*) ἴσ. τηλικῷδε ὄντι. οἶμαι.

) γρ. τυγχάνοι, τυγχάνῃ. *) ἴσ. μέρος.

****) γρ. Τὸ μὴ ἐκ τοῦ γένους.

†) γρ. εἰδωλοποιητικήν.

ut parva iam appareant magna, difficilia facilia et omnia omnibus partibus evertantur visa illa oratoria a rebus ipsis in agendo comparentibus?

Theae. Sane quidem meo ut iunioris iudicio; arbitror autem etiam me esse illorum qui longe adhuc absint.

Hosp. Iccirco nos te omnes hi conabimur et nunc conemur quam proxime sine affectionibus illis adducere. de sophista autem hoc mihi dic: utrum hoc iam manifestum est, in praestigiatoribus eum esse, quippe imitatorem rerum, an dubii adhuc sumus numquid totidem rerum, quot sint de quibus contra dicere posse videatur, etiam scientias vere habeat?

Theae. Et qui possit, hospes? at perspicuum fere iam est ex eis quae diximus eum esse illorum qui ioco utantur.

Hosp. Praestigiator igitur et imitator aliquis est existimandus.

Theae. Quidni sit?

Hosp. Agedum nunc est nostrum belluam iam non dimittere; propemodum enim eum comprehendimus reticulo quodam ex eorum genere instrumentorum quae sunt oratoria et ad hoc negotium idonea: ut iam non possit effugere hoc.

Theae. Quale?

Hosp. Ne familiae praestigiatorum sit unus aliquis.

Theae. Mihi quoque hoc ita de eo videtur.

Hosp. Placitum igitur est ut quam celerrime dividamus simulacra fingendi artem et descendentes in eam, si sophistes nos sustinuerit, statim eum comprehendamus ex praescriptione regiae orationis et in medium proferentes praedam huic tradamus, sin forte in partes

τῆς μιμητικῆς δύνηταί πη, ξυνακολουθεῖν αὐτῷ διαιροῦντας ἀεὶ τὴν ὑποδεχομένην αὐτὸν μοῖραν, ἕωςπερ ἂν ληφθῇ. πάντως οὔτε οὗτος οὔτε ἄλλο γένος οὐδὲν μήποτε ἐκφυγὸν ἐπεύξηται *) τὴν τῶν οὕτω δυναμένων μετιέναι καθ' ἕκαστά τε καὶ ἐπὶ πάντα μέθοδον.

ΘΕΑΙ. Λέγεις εὖ, καὶ ταῦτα ταύτῃ ποιητέον.

ΞΕ. Κατὰ δὴ τὸν παρεληλυθότα τρόπον τῆς διαιρέσεως ἔγωγέ μοι * καὶ νῦν φαίνομαι δύο καθορᾶν εἴδη D
τῆς μιμητικῆς, τὴν δὲ ζητουμένην ἰδέαν, ἐν ὁποτέρῳ ποθ' ἡμῖν οὖσα τυγχάνει, καταμαθεῖν οὐδέπω μοι δοκῶ νῦν δυνατὸς εἶναι.

ΘΕΑΙ. Σὺ δ' ἀλλ' εἰπὲ πρῶτον καὶ δίελε ἡμῖν τίνε τὼ δύο λέγεις.

ΞΕ. Μίαν μὲν τὴν εἰκαστικὴν ὁρῶν ἐν αὐτῇ τέχνην. ἔστι δ' αὕτη μάλιστα, ὁπόταν κατὰ τὰς τοῦ παραδείγματος ξυμμετρίας τις ἐν μήκει καὶ βάθει καὶ πλάτει, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι χρώματα ἀποδιδοὺς τὰ προσή*κοντα ἑκά- E
στοις, τὴν τοῦ μιμήματος γένεσιν ἀπεργάζηται.

ΘΕΑΙ. Τί δ'; οὐ πάντες οἱ μιμούμενοί τι τοῦτ' ἐπιχειροῦσι δρᾶν;

ΞΕ. Οὔκουν ὅσοι γε τῶν μεγάλων πού τι πλάττουσιν ἔργων ἢ γράφουσιν. εἰ γὰρ ἀποδιδοῖεν τὴν τῶν καλῶν ἀληθινὴν ξυμμετρίαν, οἶσθ' ὅτι σμικρότερα μὲν τοῦ δέοντος τὰ ἄνω, μείζω δὲ τὰ * κάτω φαίνοιτ' ἂν διὰ τὸ τὰ μὲν 236
πόῤῥωθεν, τὰ δ' ἐγγύθεν ὑφ' ἡμῶν ὁρᾶσθαι;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν οὐ χαίρειν τὸ ἀληθὲς ἐάσαντες οἱ δημιουργοὶ νῦν οὐ τὰς οὔσας ξυμμετρίας, ἀλλὰ τὰς δοξούσας εἶναι καλὰς τοῖς εἰδώλοις ἐναπεργάζονται;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τὸ μὲν ἄρα ἕτερον οὐ δίκαιον, εἰκός γε ὄν, εἰκόνα καλεῖν;

---

*) γρ. ἐπεύξεται.

quasdam imitandi artis sese abdiderit, eum persequamur dividentes quaecumque cum pars receperit, dum captus fuerit. omnino neque hic neque ullum aliud genus umquam se effugisse gloriabitur eorum investigationem, qui ita possunt aliquid persequi et singulatim et generatim.

Theae. Dicis bene, et hoc ita faciendum.

Hosp. Secundum eam quam sequuti sumus dividendi rationem equidem mihi nunc quoque videor duas conspicere species imitandi artis, eam autem quam quaerimus formam in utra illarum tandem insit me nondum nunc posse arbitror perspicere.

Theae. Tu tamen dic prius et divide nobis duas illas quas significas species.

Hosp. Unam in ea video similitudinum effingendarum artem. est vero haec maxime, si quis secundum exemplaris proportiones ad longitudinem et latitudinem, colores praeterea illinens cuique convenientes, imaginis expressae generationem conficit.

Theae. Quid vero? nonne omnes qui aliquid imitantur hoc conantur facere?

Hosp. Minime quotquot magnorum aliquod operum fingunt vel pingunt. nam si tribuerent veram pulchrorum proportionem, scis fore ut minora quam deceret superiora, maiora vero inferiora apparerent, propterea quod illa quidem eminus, haec vero cominus a nobis conspicerentur.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Nonne igitur valere iubentes verum opifices iccirco non proportiones quae sunt, sed quae esse videntur pulchrae, imaginibus suis exprimunt?

Theae. Sane quidem.

Hosp. Unum igitur annon par est, simile quum sit, similitudinem appellari?

ΘΕΑΙ. Ναί. *)

ΞΕ. * Καὶ τῆς γε μιμητικῆς τὸ ἐπὶ τούτῳ μέρος κλητέον, ὅπερ εἴπομεν ἐν τῷ πρόσθεν, εἰκαστικήν; B

ΘΕΑΙ. Κλητέον.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ φαινόμενον μὲν διὰ τὴν οὐκ ἐκ καλοῦ **) θέαν ἐοικέναι τῷ καλῷ, δύναμιν δὲ εἴ τις λάβοι τὰ τηλικαῦτα ἱκανῶς ὁρᾶν, μηδὲ εἰκὸς ***) ᾧ φησὶν ἐοικέναι, τί καλοῦμεν; ἆρ' οὐκ, ἐπείπερ φαίνεται μέν, ἔοικε δὲ οὔ, φάντασμα;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκοῦν πάμπολυ καὶ κατὰ τὴν ζωγραφίαν τοῦτο τὸ μέ*ρος ἐστὶ καὶ κατὰ τὴν ξύμπασαν μιμητικήν; C

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τὴν δὴ φάντασμα, ἀλλ' οὐκ εἰκόνα ἀπεργαζομένην τέχνην ἆρ' οὐ φανταστικὴν ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιμεν;

ΘΕΑΙ. Πολύ γε.

ΞΕ. Τούτω τοίνυν τὼ δύο ἔλεγον εἴδη τῆς εἰδωλοποιϊκῆς, εἰκαστικὴν καὶ φανταστικήν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ὃ δέ γε καὶ τότ' ἠμφιγνόουν, ἐν ποτέρᾳ τὸν σοφιστὴν θετέον, οὐδὲ νῦν πω δύναμαι θεάσασθαι σαφῶς, ἀλλ' ὄντως θαυ*μαστὸς ἀνὴρ καὶ κατιδεῖν παγχάλεπος, ἐπεὶ καὶ νῦν μάλα εὖ καὶ κομψῶς εἰς ἄπορον εἶδος διερευνήσασθαι καταπέφευγεν. D

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν αὐτὸ γιγνώσκων ξύμφης, ἤ σε οἷον ῥύμη τις ὑπὸ τοῦ λόγου ξυνειθισμένον ξυνεπεσπάσατο πρὸς τὸ ταχὺ ξυμφῆσαι;

ΘΕΑΙ. Πῶς καὶ πρὸς τί ****) τοῦτο εἴρηκας;

---

*) γρ. Παντάπασί γε. ΞΕ. Ἆρ' οὖν τὸ μὲν ἕτερον δίκαιον εἰκαστικὸν καλεῖν; ΘΕΑΙ. Ναί.

**) ἴσ. οὐκ ἐξ ἀληθοῦς.

***) γρ. ἐοικός.

****) γρ. πρὸς ὅ τι.

Theae. Ita.

Hosp. Et imitandi pars illa in hoc occupata nominanda est, quemadmodum diximus in praegressis, similitudinum ars effingendarum?

Theae. Nominanda vero.

Hosp. Quid vero? quod videtur quidem, quia non ita ut est spectatur, simile esse pulchro, sed si quis facultatem nactus fuerit eiusmodi grandia recte considerandi, ne simile quidem apparet ei cui simile prae se fert simile esse, quomodo id dicemus? nonne, quia videtur quidem, at non est simile, visum?

Theae. Quidni dicamus?

Hosp. Nonne late patens et in pictura haec est pars et in universa imitandi arte?

Theae. Quippini?

Hosp. Eam igitur quae visum, non similitudinem conficit artem nonne visorum confectionem artem rectissime appellabimus?

Theae. Maxime vero.

Hosp. Itaque has duas diximus species artis simulacrorum effingendorum, similitudinum et visorum confectionem.

Theae. Recte.

Hosp. Id autem de quo etiam tum dubitabam, in utram describi oporteret sophisten, nunc quoque nondum possum cognoscere plane, sed revera admirabilis vir est scrutatu perdifficilis, siquidem etiam nunc admodum probe et callide in speciem investigatu arduam confugit.

Theae. Patet vero.

Hosp. Num hoc cognoscens assentiris, an quasi impetus quidam ab oratione datus te affirmando assuetum abripuit ad celerem assensionem?

Theae. Quomodo et quorsum spectans hoc dicis?

ΞΕ. Ὄντως, ὦ μακάριε, ἐσμὲν ἐν παντάπασι χαλεπῇ σκέψει. τὸ γὰρ φαίνεσθαι * τοῦτο καὶ τὸ δοκεῖν, εἶναι δὲ E μή, καὶ τὸ λέγειν μὲν ἄττα, ἀληθῆ δὲ μή, πάντα ταῦτά ἐστι μεστὰ ἀπορίας ἀεὶ *) ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ καὶ νῦν· ὅπως γὰρ εἰπόντα χρή, ψευδῆ λέγειν ἢ δοξάζειν ὄντως εἶναι, καὶ τοῦτο φθεγξάμενον ἐναντιολογίᾳ **) μὴ ξυνέχεσθαι, παντάπασιν, ὦ Θεαί*τητε, χαλεπόν. 237

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Τετόλμηκεν ὁ λόγος οὗτος ὑποθέσθαι τὸ μὴ ὂν εἶναι· ψεῦδος γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως ἐγίγνετο ὄν. Παρμενίδης δὲ ὁ μέγας, ὦ παῖ, παισὶν ἡμῖν οὖσιν ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους τοῦτο ἀπεμαρτύρατο, πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων καὶ μετὰ μέτρων·

Οὐ γὰρ μήποτε τοῦτο δαῇς ***), φησίν, εἶναι μὴ ἐόντα·
Ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος ****) εἶργε νόημα.

παρ' ἐκείνου τε οὖν μαρτυρεῖται, †) καὶ μάλι*στά γε δὴ B πάντων ὁ λόγος αὐτὸς ἂν δηλώσειε μέτρια βασανισθείς. τοῦτ' οὖν αὐτὸ πρῶτον θεασώμεθα, εἰ μή τί σοι διαφέρει.

ΘΕΑΙ. Τὸ μὲν ἐμὸν ὅπῃ βούλει τίθεσο, τὸν δὲ λόγον, ᾗ βέλτιστα διέξεισι, σκοπῶν αὐτός τε ἴθι κἀμὲ κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν ἄγε.

ΞΕ. Ἀλλὰ χρὴ δρᾶν ταῦτα. καί μοι λέγε· τὸ μηδαμῶς ὂν τολμῶμέν που φθέγγεσθαι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Μὴ τοίνυν ἔριδος ἕνεκα μηδὲ παιδιᾶς, ἀλλ' ἂν σπουδῇ δέοι ††) ξυννοή*σαντά τινα ἀποφήνασθαι τῶν ἀκροα- C τῶν, ποῖ χρὴ τοὔνομ' ἐπιφέρειν τοῦτο τὸ μὴ ὄν, ἔχειν

*) ἴσ. ἀεί τε ἐν τ. π.
**) γρ. ἐν ἀντιλογίᾳ.
***) γρ. τοῦτ' οὐδαμῇ.
****) γρ. διζήμενος.
†) ἴσ. ὃ μαρτυρεῖται — βασανισθείς, τοῦτ' οὖν κτλ. ἢ· παρ' ἐκείνου δὲ οὖν ὃ μαρτυρεῖται, καὶ μάλιστα — βασανισθείς. τοῦτ' οὖν κτλ.
††) ἴσ. εἰ δέοι.

Hosp. Revera, egregie, versamur in quaestione prorsus difficili. nam hoc apparere et videri, neque tamen esse, et dicere aliqua, neque tamen vera, omnia haec plena fuerunt difficultatis quum semper ante tum nunc: nam qui fieri possit ut, qui dicat vere esse ut quis falsa dicat et opinetur, is vel hanc vocem mittens repugnantiâ non implicetur, plane, Theaetete, difficile est perspectu.

Theae. Quî autem?

Hosp. Audet oratio haec sumere, quod non sit id esse: mendacium enim aliter non foret. Parmenides autem magnus, mi puer, pueris nobis ab initio ad finem testificatus est, quum soluta oratione ita semper dicens et versibus:

Nam tu percipies numquam, inquit, *quae non sint esse;*
Sane via hac par est quaerendi avertere mentem.

iam quod huius testimonio confirmatur, id omnium maxime ipsa quoque oratio declaraverit modice explorata. hoc igitur primo spectemus, nisi quid tibi videtur secus.

Theae. Quod quidem ad me attinet, ut tibi placet ita constitue: oratione autem quomodo optime explicetur quum perpenderis, hanc et ipse viam ingredere et me duc eadem.

Hosp. Hoc sane faciendum. itaque dic mihi: id quod omnino non est audemus tamen eloqui?

Theae. Quidni?

Hosp. Non contentionis causa nec per iocum, sed serio si cui secum reputandum et declarandum sit auditorum cuinam rei attribui oporteat hanc dictionem *id*

δοκοῦμεν ἂν εἰς τί καὶ ἐπὶ ποῖον αὐτόν τε καταχρήσασθαι καὶ τῷ πυνθανομένῳ δεικνύναι;

ΘΕΑΙ. Χαλεπὸν ἤρου καὶ σχεδὸν εἰπεῖν οἵῳ γε ἐμοὶ παντάπασιν ἄπορον.

ΞΕ. Ἀλλ' οὖν τοῦτό γε δῆλον, ὅτι τῶν ὄντων ἐπί τι τὸ μὴ ὂν οὐκ οἰστέον.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΞΕ. Οὐκοῦν, ἐπείπερ οὐκ ἐπὶ τὸ ὄν, οὐδ' ἐπὶ τὸ τὶ φέρων ὀρθῶς ἄν τις φέροι.

ΘΕΑΙ. Πῶς δή;

ΞΕ. * Καὶ τοῦτο ἡμῖν που φανερόν, ὡς καὶ τὸ τὶ D τούτυ ῥῆμα *) ἐπὶ ὄντι λέγομεν ἑκάστοτε· μόνον γὰρ αὐτὸ λέγειν, ὥςπερ γυμνὸν καὶ ἀπηρημωμένον ἀπὸ τῶν ὄντων ἁπάντων, ἀδύνατον· ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον.

ΞΕ. Ἆρα τῇδε σκοπῶν ξύμφης ὡς ἀνάγκη τὸν τὶ **) λέγοντα ἕν γέ τι λέγειν;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ἑνὸς γὰρ δὴ τό γε τὶ φήσεις σημεῖον εἶναι, τὸ δὲ τινὲ δυεῖν ***), τὸ δὲ τινὲς πολλῶν.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. * Τὸν δὲ δὴ μὴ τὶ λέγοντα ἀναγκαιότατον, ὡς E ἔοικε, παντάπασι μηδὲν λέγειν.

ΘΕΑΙ. Ἀναγκαιότατον μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν οὐδὲ τοῦτο ξυγχωρητέον τὸ τὸν τοιοῦτον λέγειν μέν [τι], λέγειν μέντοι μηδέν, ἀλλ' οὐδὲ λέγειν φατέον, ὅς ἂν ἐπιχειρῇ μὴ ὂν φθέγγεσθαι;

ΘΕΑΙ. Τέλος γοῦν ἂν ἀπορίας ἔχοι ὁ λόγος.

ΞΕ. * Μήπω μέγ' εἴπῃς· ἔστι γάρ, ὦ μακάριε, ἔστι 238 καὶ ταὐτά γε ****) τῶν ἀποριῶν ἡ μεγίστη καὶ πρώτη· περὶ γὰρ αὐτὴν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν οὖσα τυγχάνει.

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς; λέγε καὶ μηδὲν ἀποκνήσῃς.

---

*) ἴσ. τοῦτο τὸ ῥῆμα.
**) γρ. τόν τε.
) γρ. δυοῖν. *) ἴσ. περὶ ταῦτά γε.

quod non est, quorsum et cuinam rei eum censemus posse et ipsum adhibere et interroganti ostendere?

Theae. Difficile est quod rogasti et propemodum dixerim tali qualis ego sum prorsus inexplicabile.

Hosp. At hoc certe perspicuum, rebus quae sint id quod non est non posse attribui.

Theae. Et qui possit?

Hosp. Nonne, siquidem non potest ei quod est, ne huic quidem quod aliquid est recte quis attribuat?

Theae. Qui id possit?

Hosp. Etiam hoc nobis liquet, hoc quoque vocabulum *aliquid* in eo quod est nos dicere, quandocumque dicamus; solum enim id dici quasi nudum et destitutum ab omnibus quae sint, non potest; nonne?

Theae. Sane non potest.

Hosp. Num igitur ita considerans assentiris necesse esse eum qui quid dicat unum aliquid dicere?

Theae. Ita.

Hosp. Unius videlicet dices hoc *aliquid* indicium esse, binos aliquos duorum, plures vero aliquos multorum.

Theae. Quidni dicturus sim?

Hosp. Eum vero qui non aliquid dicit prorsus necesse est, ut patet, omnino nihil dicere.

Theae. Prorsus vero necesse est.

Hosp. Num igitur nec hoc confitendum est talem dicere quidem, dicere tamen nihil, sed ponendum ne dicere quidem eum qui instituat quod non est pronunciare?

Theae. Absolveretur certe dubitatione oratio.

Hosp. Nondum magna loquere; habet enim, egregie, habet hoc quidem dubitationem omnium maximam ac primam, quippe quae ad ipsum ipsius initium spectet.

Theae. Quomodo dicis? declara, nec cuncteris.

ΞΕ. Τῷ μὲν ὄντι που προςγένοιτ' ἄν τι τῶν ὄντων ἕτερον.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Μὴ ὄντι δὲ τῶν ὄντων ἆρά ποτε *) προςγίγνεσθαι φήσομεν δυνατὸν εἶναι;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Ἀριθμὸν δὴ τὸν ξύμπαντα τῶν ὄντων τίθεμεν.

ΘΕΑΙ. Εἴ*περ γε καὶ ἄλλο τι θετέον ὡς ὄν. B

ΞΕ. Μὴ τοίνυν μηδ' ἐπιχειρῶμεν ἀριθμοῦ μήτε πλῆθος μήτε τὸ ἓν πρὸς τὸ μὴ ὂν προςφέρειν.

ΘΕΑΙ. Οὔκουν ἂν ὀρθῶς γε, ὡς ἔοικεν, ἐπιχειροῖμεν, ὥς φησιν ὁ λόγος.

ΞΕ. Πῶς οὖν ἂν ἢ διὰ τοῦ στόματος φθέγξαιτ' ἄν τις ἢ καὶ τῇ διανοίᾳ τὸ παράπαν λάβοι τὰ μὴ ὄντα ἢ τὸ μὴ ὂν χωρὶς ἀριθμοῦ;

ΘΕΑΙ. Λέγε δπῃ.

ΞΕ. Μὴ ὄντα μὲν ἐπειδὰν λέγωμεν, ἆρα οὐ πλῆθος ἐπιχειροῦ*μεν ἀριθμοῦ προςτιθέναι; C

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Μὴ ὂν δέ, ἆρα οὐ τὸ ἓν αὖ;

ΘΕΑΙ. Σαφέστατά γε.

ΞΕ. Καὶ μὴν οὔτε δίκαιόν γε οὔτ' ὀρθόν φαμεν ὂν ἐπιχειρεῖν μὴ ὄντι προςαρμόττειν.

ΘΕΑΙ. Λέγεις ἀληθέστατα.

ΞΕ. Ξυννοεῖς οὖν ὡς οὔτε φθέγξασθαι δυνατὸν ὀρθῶς οὔτ' εἰπεῖν οὔτε διανοηθῆναι τὸ μὴ ὂν αὐτὸ καθ' αὑτό, ἀλλ' ἔστιν ἀδιανόητόν τε καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄφθεγκτον καὶ ἄλογον;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν ἐψευ*σάμην ἄρτι λέγων τὴν μεγίστην D ἀπορίαν ἐρεῖν αὐτοῦ πέρι;

*) fs. ἆρά ποτέ τι.

Hosp. Ei quod est adiungi potest aliud quid eorum quae sunt.

Theae. Quippini?

Hosp. Ad id vero quod non est num dicemus umquam fieri posse ut eorum aliquid quae sunt accedat?

Theae. Qui tandem?

Hosp. Numerum iam universum in ea quae sunt adscribimus.

Theae. Vero, si quicquam, hunc adscribi oportet.

Hosp. Quocirca ne conemur quidem numeri neque multitudinem neque unitatem ei quod non est adiungere.

Theae. Neque sane recte, ut patet, conaremur, ut dicit oratio.

Hosp. Quomodo igitur vel ore eloquatur quisquam vel etiam mente omnino comprehendat ea quae non sunt aut id quod non est sine numero?

Theae. Dic quomodo.

Hosp. Quae non sunt quum dicimus, nonne multitudinem instituimus numeri adiungere?

Theae. Quidni?

Hosp. At, quum quod non est, nonne contra unitatem?

Theae. Apertissime vero.

Hosp. Atqui neque par neque rectum esse dicimus id quod est instituere ad id quod non est accommodare.

Theae. Dicis verissima.

Hosp. Intelligis ergo neque eloqui nos posse recte neque dicere neque cogitare id quod non est ipsum per se, sed fugere et cogitationem et dictionem et eloquutionem et orationem?

Theae. Prorsus est ita.

Hosp. Num igitur mentiebar quum modo dicerem maximam me quam haberet illud dubitationem esse dicturum?

ΘΕΑΙ. Τί δέ; *) ἔτι μείζω τινὰ λέγειν ἄλλην ἔχομεν;

ΞΕ. Τί δέ, ὦ θαυμάσιε; οὐκ ἐννοεῖς αὐτοῖς τοῖς λεχθεῖσιν ὅτι καὶ τὸν ἐλέγχοντα εἰς ἀπορίαν καθίστησι τὸ μὴ ὂν οὕτως ὥςτε, ὁπόταν αὐτὸ ἐπιχειρῇ τις ἐλέγχειν, ἐναντία αὐτὸν αὑτῷ περὶ ἐκεῖνο ἀναγκάζεσθαι λέγειν;

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς; εἰπὲ ἔτι σαφέστερον.

ΞΕ. Οὐδὲν δεῖ τὸ σαφέστερον ἐν ἐμοὶ σκοπεῖν· ἐγὼ μὲν γὰρ ὑποθέ*μενος οὔτε ἑνὸς οὔτε τῶν πολλῶν τὸ μὴ E ὂν δεῖν μετέχειν, ἄρτι τε καὶ νῦν οὕτως ἓν αὐτὸ εἴρηκα· τὸ μὴ ὂν γάρ φημι. ξυνίῃς τοι; **)

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν αὖ καὶ σμικρὸν ἔμπροσθεν ἄφθεγκτόν τε αὐτὸ καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄλογον ἔφην εἶναι. ξυνέπει;

ΘΕΑΙ. Ξυνέπομαι· πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Οὐκοῦν τό γε εἶναι προςάπτειν πειρώμενος ἐναντία τοῖς πρό*σθεν ἔλεγον. 239

ΘΕΑΙ. Φαίνει.

ΞΕ. Τί δέ; τοῦτο προςάπτων οὐχ ὡς ἑνὶ ***) διελεγόμην;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἄλογόν τε λέγων καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄφθεγκτον ὥς γε πρὸς ἓν τὸν λόγον ἐποιούμην.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Φαμὲν δέ γε δεῖν, εἴπερ ὀρθῶς τις λέξει, μήτε ὡς ἓν μήτε ὡς πολλὰ διορίζειν αὐτὸ μηδὲ τὸ παράπαν αὐτὸ καλεῖν· ἕν τι ****) γὰρ ἤδη καὶ κατὰ ταύτην †) ἂν τὴν πρόςρησιν προςαγορεύοιτο.

ΘΕΑΙ. Παντάπασί γε.

ΞΕ. Τὸν μὲν τοίνυν ἐμέ γε * ἔτι τί τις ἂν λέγοι; B καὶ γὰρ πάλαι καὶ τὰ νῦν ἡττημένον ἂν εὕροι περὶ τὸν τοῦ μὴ ὄντος ἔλεγχον. ὥςτε ἐν ἔμοιγε λέγοντι, καθάπερ

---

*) ἴσ. δαί; **) γρ. ξυνίῃς τί;

***) γρ. ἕν.

****) γρ. ἕν τε.

†) ἴσ. αὐτήν.

Theae. Quid ita? etiam maiorem aliquam dicere aliam possumus?

Hosp. Quid, o mirifice? nonne perspicis ex ipsa hac expositione, etiam ei qui refutare velit dubitationem inicere hoc quod non est, adeo ut, si id aggrediatur refutare, secum ipse pugnare cogatur?

Theae. Quomodo ais? dic etiam dilucidius.

Hosp. Haudquaquam opus est dilucidius hoc in me considerari; ego enim qui posueram neque unum neque multa ad id quod non est accommodanda esse, quum supra tum nunc unum id appellavi: id enim quod est nomino. intelligisne?

Theae. Etiam.

Hosp. Atque etiam paullo ante et eloquutionem illud fugere et dictionem et orationem statuebam. consequeris?

Theae. Consequor vero; quidni?

Hosp. Igitur appellationem eius quod est attribuere illi conans contraria eorum quae supra posueram dicebam.

Theae. Videtur.

Hosp. Quid? hoc attribuens nonne tamquam cum uno colloquutus sum?

Theae. Ita.

Hosp. Atque etiam quum dicerem orationem illud fugere et dictionem et eloquutionem tamquam ad unum verba feci.

Theae. Quidni?

Hosp. Contendimus vero oportere illud, si quis recte velit loqui, neque ita definiri ut sit unum, neque ita ut sit multa, neque omnino nominari; unum enim aliquid iam ex ipsa appellatione diceretur.

Theae. Maxime vero.

Hosp. De me igitur quid quis iam dicat? nam et paullo ante et nunc victum me reperiet in eo quod non est refellendo. quocirca in me dicente, ut dixi, ne con-

εἶπον, μὴ σκοπῶμεν τὴν ὀρθολογίαν περὶ τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἶα δὴ νῦν ἐν σοὶ σκεψώμεθα.

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς;

ΞΕ. Ἴθι ἡμῖν εὖ καὶ γενναίως, ἅτε νέος ὤν, ὅ τι μάλιστα δύνασαι ξυντείνας πειράθητι, μήτε οὐσίαν μήτε τὸ ἓν μήτε πλῆθος ἀριθμοῦ προστιθεὶς τῷ μὴ ὄντι, κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον φθέγξασθαί τι περὶ αὐτοῦ.

ΘΕΑΙ. Πολλὴ μέντ' ἄν με καὶ ἄτοπος ἔχοι προθυμία τῆς ἐπιχειρήσεως, εἰ σὲ τοιαῦθ' ὁρῶν πάσχοντα αὐτὸς ἐπιχειροίην. C

ΞΕ. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, σὲ μὲν καὶ ἐμὲ χαίρειν ἐῶμεν· ἕως δ' ἄν τινι δυναμένῳ δρᾷν τοῦτ' ἐντυγχάνωμεν, μέχρι τούτου λέγωμεν ὡς παντὸς μᾶλλον πανούργως εἰς ἄπορον ὁ σοφιστὴς τόπον καταδέδυκεν.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα γε *) φαίνεται.

ΞΕ. Τοιγαροῦν εἴ τινα φήσομεν αὐτὸν ἔχειν φανταστικὴν τέχνην, ῥᾳδίως ἐκ ταύτης τῆς χρείας τῶν λόγων D ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν εἰς τοὐναντίον ἀποστρέψει τοὺς λόγους, ὅταν εἰδωλοποιὸν αὐτὸν καλῶμεν, ἀνερωτῶν τί **) τὸ παράπαν εἴδωλον λέγομεν. σκοπεῖν οὖν, ὦ Θεαίτητε, χρὴ τί τις τῷ νεανίᾳ πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρινεῖται.

ΘΕΑΙ. Δῆλον ὅτι φήσομεν τά τε ἐν τοῖς ὕδασι καὶ κατόπτροις εἴδωλα, ἔτι ***) καὶ τὰ γεγραμμένα καὶ τὰ τετυπωμένα καὶ τἄλλα, ὅσα που τοιαῦτά ἐστιν ἕτερα.

ΞΕ. Φανερός, ὦ Θεαίτητε, εἶ σοφιστὴν οὐχ ἑωρακώς. E

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Δόξει σοι μύειν ἢ παντάπασιν οὐκ ἔχειν ὄμματα.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τὴν ἀπόκρισιν ὅταν οὕτως αὐτῷ διδῷς, ἐὰν ἐν κατόπτροις ἢ πλάσμασι λέγῃς τι, καταγελάσεταί σου τῶν

---

*) ἄλλ. δή.
**) ἄλλ. τί ποτε.
***) ἴσ. ἔτι δέ.

ſideremus rectam eius quod non eſt expoſitionem, ſed agedum nunc in te ſpectemus.

Theae. Quomodo dicis?

Hoſp. Agedum nobis probe et ingenue, quippe iuvenis, quam maxime potes animum intendens conare, neque eſſentiam neque unum neque multitudinem numeri attribuens ei quod non eſt, ſecundum rectam rationem eloqui aliquid de ipſo.

Theae. Magna ſane me et incredibilis teneat propenſio ad hoc tentandum, ſi tibi talia videns accidiſſe ipſe tentem.

Hoſp. At, ſi videtur, te et me mittamus; quoad vero quemquam qui hoc facere poſſit offendimus, tamdiu dicamus prorſus callide ſophiſten in locum ſeſe abdidiſſe inexplicabilem.

Theae. Ac ſane quidem videtur.

Hoſp. Iccirco ſi artem quandam eum dicemus habere viſorum effingendorum, facile ex hac orationis uſurpatione impugnans nos in contrarium convertet orationem, ita ut, quando ſimulacrorum fictorem eum appellemus, ex nobis quaerat, quid omnino ſimulacrum dicamus. videndum eſt igitur, Theaetete, quid quis viro iuvenili ad hanc quaeſtionem ſit reſponſurus.

Theae. Perſpicuum nos dicturos eſſe ea quae in aqua et ſpeculo compareant ſimulacra, praeterea picta et ficta et quae reliqua ſunt generis eiusdem.

Hoſp. Liquet te, Theaetete, ſophiſten nullum vidiſſe.

Theae. Qui tandem?

Hoſp. Videbitur tibi oculos comprimere vel omnino nullos habere oculos.

Theae. Quomodo?

Hoſp. Reſponſionem ſi ita ipſi dederis, ut ſimulacrum in ſpeculis vel fictum aliquod dicas, ridebit verba

λόγων, ὅταν ὡς βλέποντι λέγῃς αὐτῷ, προςποιούμενος οὔτε κάτοπτρα οὔτε ὕδατα γι*γνώσκειν οὔτε τὸ παράπαν ὄψιν, 240 τὸ δ' ἐκ τῶν λόγων ἐρωτήσει σε μόνον.

ΘΕΑΙ. Ποῖον;

ΞΕ. Τὸ διὰ πάντων τούτων, ἃ πολλὰ εἰπὼν ἠξίωσας ἑνὶ προςειπεῖν ὀνόματι, φθεγξάμενος εἴδωλον ἐπὶ πᾶσιν ὡς ἓν ὄν. λέγε οὖν καὶ ἀμύνου μηδὲν ὑποχωρῶν τὸν ἄνδρα.

ΘΕΑΙ. Τί δῆτα, ὦ ξένε, εἴδωλον ἂν φαῖμεν εἶναι πλήν γε τὸ πρὸς τἀληθινὸν ἀφωμοιωμένον ἕτερον τοιοῦτον;

ΞΕ. Ἕτερον δὲ λέγεις τοιοῦτον ἀληθινόν, ἢ ἐπὶ τίνι τὸ τοιοῦ*τον εἶπες; B

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς ἀληθινόν γε, ἀλλ' ἐοικὸς μήν.

ΞΕ. Ἆρα τὸ ἀληθινὸν ὄντως ὂν λέγων;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Τί δέ *); τὸ μὴ ἀληθινὸν ἆρ' ἐναντίον ἀληθοῦς;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκ ὂν ἄρα λέγεις τὸ ἐοικός, εἴπερ αὐτό γε μὴ ἀληθινὸν ἐρεῖς· ἀλλ' ἔστι γε μήν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οὔκουν **) ἀληθῶς γέ φης.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν· πλήν γ' εἰκὼν ὄντως.

ΞΕ. Οὐκ ὂν ἄρ' οὐκ ὄντως ἐστὶν ὄντως ***) ἣν λέγομεν εἰκόνα.

ΘΕΑΙ. * Κινδυνεύει τοιαύτην τινὰ πεπλέχθαι ξυμπλοκὴν τὸ μὴ ὂν τῷ ὄντι, καὶ μάλα ἄτοπον. C

ΞΕ. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον; ὁρᾷς γοῦν ὅτι καὶ νῦν διὰ τῆς ἐπαλλάξεως ταύτης ὁ πολυκέφαλος σοφιστὴς ἠνάγκακεν ****) ἡμᾶς τὸ μὴ ὂν οὐχ ἑκόντας ὁμολογεῖν εἶναί πως.

ΘΕΑΙ. Ὁρῶ καὶ μάλα.

---

*) γρ. δαί.
**) ἄλλ. Οὐκ ὄν.
***) γρ. ὄντος.
****) ἄλλ. ἠνάγκασεν.

tua, si videlicet cum ipso loquaris tamquam vidente, simulans se neque specula neque aquam nosse neque omnino visum, hoc autem solum ex oratione tua rogabit.

Theae. Quale istud?

Hosp. Id quod genus est multorum illorum, quae tibi proferenti lubuit uno appellare nomine, dicens simulacrorum in omnibus tamquam unum quoddam. dic igitur teque defende nihil cedens viro.

Theae. Quid tandem, hospes, simulacrum dicemus esse nisi aliud quid tale quod ad veri similitudinem sit fictum?

Hosp. Aliud autem tale num dicis verum, an in quonam hoc tale dicis?

Theae. Minime verum quidem, at simile tamen.

Hosp. Num verum vere esse dicis?

Theae. Ita.

Hosp. Quid? quod non est verum, num contrarium veri?

Theae. Quidni?

Hosp. Non esse ergo dicis simile illud, si non verum id dixeris; et tamen est.

Theae. Quomodo?

Hosp. Non esse vere quidem dicis.

Theae. Minime; nisi quod imago vere.

Hosp. Igitur licet non sit vere, est tamen vere quam dicimus imago.

Theae. Videtur tali modo connexum esse id quod non est cum eo quod est, eoque valde admirabili.

Hosp. Quidni sit admirabilis? vides certe etiam nunc hac vicissitudine sophisten illum multorum capitum nos coegisse id quod non est invitos consiteri esse quodammodo.

Theae. Sane quidem video.

ΞΕ. Τί δὲ *) δή; τὴν τέχνην αὐτοῦ τίνα ἀφορίσαντες ἡμῖν αὐτοῖς ξυμφωνεῖν οἷοί τε ἐσόμεθα;

ΘΕΑΙ. Πῇ καὶ τὸ ποῖόν τι φοβούμενος οὕτω λέγεις;

ΞΕ. Ὅταν περὶ τὸ φάντασμα αὐτὸν ἀπατᾷν φῶμεν D καὶ τὴν τέχνην εἶναί τινα ἀπατητικὴν αὐτοῦ, τότε πότερον ψευδῆ δοξάζειν τὴν ψυχὴν ἡμῶν φήσομεν ὑπὸ τῆς ἐκείνου τέχνης, ἢ τί ποτ' ἐροῦμεν;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο· τί γὰρ ἂν ἄλλο εἴποιμεν **);

ΞΕ. Ψευδὴς δ' αὖ δόξα ἔσται τἀναντία τοῖς οὖσι δοξάζουσα, ἢ πῶς;

ΘΕΑΙ. Τἀναντία.

ΞΕ. Λέγεις ἄρα τὰ μὴ ὄντα δοξάζειν τὴν ψευδῆ δόξαν;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΞΕ. Πότερον μὴ εἶναι τὰ μὴ ὄντα δοξάζουσαν, ἢ E πως εἶναι τὰ μηδαμῶς ὄντα;

ΘΕΑΙ. Εἶναί πως τὰ μὴ ὄντα δεῖ γε, εἴπερ ψεύσεταί ποτέ τίς τι καὶ κατὰ βραχύ.

ΞΕ. Τί δ'; οὐ καὶ μηδαμῶς εἶναι τὰ πάντως ὄντα δοξάζεται;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τοῦτο δὴ ψεῦδος.

ΘΕΑΙ. Καὶ τοῦτο.

ΞΕ. Καὶ λόγος, οἶμαι, ψευδὴς οὕτω κατὰ ταὐτὰ ταῦτα νομισθήσεται τά τε ὄντα λέγων μὴ εἶναι * καὶ τὰ 241 μὴ ὄντα εἶναι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως τοιοῦτος γένοιτο;

ΞΕ. Σχεδὸν οὐδαμῶς· ἀλλὰ ταῦτα ὁ σοφιστὴς οὐ φήσει· ἢ τίς μηχανὴ ξυγχωρεῖν τινὰ τῶν εὖ φρονούντων, ὅταν ἄφθεγκτα καὶ ἄῤῥητα καὶ ἄλογα καὶ ἀδιανόητα προδιωμολογημένα ᾖ τὰ πρὸ τούτων ὁμολογηθέντα; μανθάνομεν, ὦ Θεαίτητε, ὃ λέγεις ***);

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν, ὅτι τἀναντία φή-

*) γρ. δαί. **) ἄλλ. εἴπαιμεν.

***) ἴσ. λέγει; ἢ λέξει;

Hosp. Quid igitur? quomodo artem ipsius definientes inter nosmet ipsi poterimus concinere?

Theae. Quomodo et quid timens hoc dicis?

Hosp. Quum visis eum decipere dicimus et artem eius esse quandam deceptricem, tum utrum falsa opinari animum nostrum ponemus per illius artem, an quid tandem dicemus?

Theae. Hoc. quid enim aliud possimus statuere?

Hosp. Falsa autem opinio erit ea quae contraria eius quod est opinatur, an qui?

Theae. Contraria vero.

Hosp. Dicis igitur ea quae non sint opinari falsam opinionem.

Theae. Necesse est.

Hosp. Utrum ita ut opinetur illa non esse ea quae non sint, an ita ut quodammodo esse opinetur quae nullo modo sint?

Theae. Esse quodammodo ea quae non sint opinetur oportet, siquidem futurum est ut quis quandoque fallatur etiam paullulum.

Hosp. Quid? nonne etiam nullo modo esse ea quae omni modo sunt iudicantur?

Theae. Etiam.

Hosp. Et hoc quidem est mendacium.

Theae. Hoc vero.

Hosp. Etiam oratio, opinor, falsa eodem hoc modo existimabitur dicere quae sint ea non esse et quae non sint ea esse.

Theae. Et quo alio modo talis possit exsistere?

Hosp. Nullo fere alio; neque tamen sophistes hoc dicet; an qui poterit id concedere quisquam eorum qui suae sunt mentis, quum eloquutionem et dictionem et orationem et cogitationem fugere ante confessi simus ea quae supra convenerunt? num intelligimus, Theaetete, quid sit dicturus?

Theae. Quidni intelligamus eum esse dicturum

σει λέγειν ἡμᾶς τοῖς νῦν δή, ψευδῆ τολμήσαντας εἰπεῖν ὡς ἔστιν ἐν δόξαις τε καὶ κατὰ λόγους; τῷ * γὰρ μὴ ὄντι B τὸ ὂν προσάπτειν ἡμᾶς πολλάκις ἀναγκάζεσθαι, διομολογησαμένους νῦν δή που εἶναι τοῦτο πάντων ἀδυνατώτατον.

ΞΕ. Ὀρθῶς ἀπεμνημόνευσας. ἀλλ' ὥρα δὴ βουλεύσασθαι τί χρὴ δρᾶν τοῦ σοφιστοῦ πέρι· τὰς γὰρ ἀντιλήψεις καὶ ἀπορίας, ἐὰν αὐτὸν διερευνῶμεν ἐν τῇ τῶν ψευδουργῶν καὶ γοήτων τέχνῃ τιθέντες, ὁρᾷς ὡς εὔποροι καὶ πολλαί.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Σμικρὸν *) μέρος τοίνυν αὐτῶν διεληλύθαμεν, οὐσῶν ὡς * ἔπος εἰπεῖν ἀπεράντων. C

ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον γὰρ ἂν **), ὡς ἔοικεν, εἴη τὸν σοφιστὴν ἑλεῖν, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει.

ΞΕ. Τί οὖν; ἀποστησόμεθα νῦν μαλθακισθέντες;

ΘΕΑΙ. Οὔκουν ἔγωγέ φημι δεῖν, εἰ καὶ κατὰ σμικρὸν οἷοί τ' ἐπιλαβέσθαι πῃ τἀνδρός ἐσμεν.

ΞΕ. Ἕξεις οὖν ξυγγνώμην καί, καθάπερ νῦν ***) εἶπες, ἀγαπήσεις, ἐάν πῃ καὶ κατὰ βραχὺ παρασπασώμεθα οὕτως ἰσχυροῦ λόγου;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐχ ἕξω;

ΞΕ. Τόδε τοίνυν ἔτι μᾶλ*λον παραιτοῦμαί σε. D

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Μή με οἷον πατραλοίαν ὑπολάβῃς γίγνεσθαί τινα.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Τὸν τοῦ πατρὸς Παρμενίδου λόγον ἀναγκαῖον ἡμῖν ἀμυνομένοις ἔσται βασανίζειν, καὶ βιάζεσθαι τό τε μὴ ὂν ὡς ἔστι κατά τι καὶ τὸ ὂν αὖ πάλιν ὡς οὐκ ἔστι πῃ.

ΘΕΑΙ. Φαίνεται τὸ τοιοῦτον διαμαχητέον ἐν τοῖς λόγοις.

ΞΕ. Πῶς γὰρ οὐ φαίνεται καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο τυφλῷ; τούτων γὰρ μήτε ἐλεγχθέντων μήθ' ὁ*μολογηθέντων σχολῇ ποτέ τις οἷός τε ἔσται περὶ λόγων ψευδῶν E

---

*) γρ. Μικρόν. **) γρ. γάρ, ὡς κτλ.
***) ἴσ. νῦν δή.

nos contraria ponere eorum quae paullo ante sint posita; audentes videlicet dicere mendacia esse in opinionibus et orationibus? ei enim quod non est id quod est attribuere saepius nos cogi, quum confessi sunus supra hoc omnium minime fieri posse.

Hosp. Recte monuisti. at tempus iam est deliberare quid faciendum sit sophiste; reprehensiones enim et dubitationes, si eum investigemus in mendaciorum fictores et praestigiatores repositum, vides quam faciles sint inventu et quam copiosae.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Exiguam vero earum partem persequuti sumus, quum sint fere immensae.

Theae. Neque sane, ut patet, fieri poterit ut sophisten capiamus, si haec ita se habent.

Hosp. Quid igitur? desistemus nunc languentes?

Theae. Neutiquam ego censeo id nos debere, si vel paullulum poterimus prehendere virum.

Hosp. Dabisne igitur veniam et, quemadmodum modo dicebas, contentus eris, si vel tantulum tam validae orationis nobis arripiamus?

Theae. Quidni sim daturus?

Hosp. Hoc vero etiam magis a te deprecor.

Theae. Quale istud?

Hosp. Ne me existimes tamquam parricidam extitisse.

Theae. Qui autem?

Hosp. Patris Parmenidis rationem nos oportebit defensionis nostrae causa explorare et hoc cogere id quod non sit esse aliqua ratione, contra etiam id quod sit non esse quodammodo.

Theae. Videtur hoc esse evincendum disputando.

Hosp. Quidni videatur etiam, ut in proverbio est, caeco? haec enim nisi convicta fuerint atque concessa, vix poterit umquam aliquis de orationibus falsis disse-

λέγων ἢ δόξης, εἴτε εἰδώλων εἴτε εἰκόνων εἴτε μιμημάτων εἴτε φαντασμάτων αὐτῶν, ἢ καὶ περὶ τεχνῶν τῶν ὅσαι περὶ ταῦτά εἰσι, μὴ καταγέλαστος εἶναι τἀναντία ἀναγκαζόμενος αὑτῷ λέγειν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα.

ΞΕ. * Διὰ ταῦτα μέντοι τολμητέον ἐπιτίθεσθαι τῷ 242
πατρικῷ λόγῳ, ἢ τὸ παράπαν ἐατέον, εἴ τοῦτό τις εἴργει δρᾶν ὄκνος.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἡμᾶς τοῦτό γε μηδὲν μηδαμῇ εἴρξῃ.

ΞΕ. Τρίτον τοίνυν ἔτι σε σμικρόν τι παραιτήσομαι.

ΘΕΑΙ. Λέγε μόνον.

ΞΕ. Εἶπόν που νῦν δὴ λέγων ὡς πρὸς τὸν περὶ ταῦτ' ἔλεγχον ἀεί τε ἀπειρηκὼς ἐγὼ τυγχάνω καὶ δὴ καὶ τὰ νῦν.

ΘΕΑΙ. Εἶπες.

ΞΕ. Φοβοῦμαι δὴ τὰ εἰρημένα, μή ποτε διὰ ταῦτά σοι μανικὸς εἶναι δόξω παρὰ πόδα μεταβαλὼν ἐμαυτὸν ἄνω καὶ * κάτω. σὴν γὰρ δὴ χάριν ἐλέγχειν τὸν λόγον ἐπιθη- B
σόμεθα, ἐάνπερ ἐλέγχωμεν.

ΘΕΑΙ. Ὡς τοίνυν ἔμοιγε μηδαμῇ δόξων μηδὲν πλημμελεῖν, ἂν ἐπὶ τὸν ἔλεγχον τοῦτον καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἴῃς, θαῤῥῶν ἴθι τούτου γε ἕνεκα.

ΞΕ. Φέρε δή, τίνα ἀρχήν τις ἂν ἄρξαιτο παρακινδυνευτικοῦ λόγου; δοκῶ μὲν γὰρ τήνδ', ὦ παῖ, τὴν ὁδὸν ἀναγκαιοτάτην ἡμῖν εἶναι τρέπεσθαι.

ΘΕΑΙ. Ποίαν δή;

ΞΕ. Τὰ δοκοῦντα νῦν ἐναργῶς ἔχειν ἐπισκέψασθαι πρῶτον, μή πῃ * τεταραγμένοι μὲν ὦμεν περὶ ταῦτα, ῥᾳ- C
δίως δ' ἀλλήλοις ὁμολογῶμεν ὡς εὐκρινῶς ἔχοντες.

ΘΕΑΙ. Λέγε σαφέστερον ὃ λέγεις.

ΞΕ. Εὐκόλως μοι δοκεῖ Παρμενίδης ἡμῖν διειλέχθαι καὶ πᾶς ὅστις πώποτε ἐπὶ κρίσιν ὥρμησε τοῦ τὰ ὄντα διορίσασθαι πόσα τε καὶ ποῖά ἐστιν.

rere vel opinione, ſive de ſimulacris, imaginibus, imitationibus viſisve ipſis, ſive de artibus quaecumque in illis verſantur, quin riſum moveat pugnare ſecum coactus.

Theae. Veriſſime.

Hoſp. Hanc igitur ob cauſam audendum eſt adoriri paternam rationem vel omnino hoc mittendum, ſi quae hoc facere vetat verecundia.

Theae. At vero nos id facere nihil omnino vetabit.

Hoſp. Tertio autem praeterea exiguum quid a te deprecabor.

Theae. Dic modo.

Hoſp. Declaravi modo dicens me ad huius cauſae refutationem quum ſemper animum deſpondiſſe tum etiam nunc.

Theae. Declaraſti vero.

Hoſp. Vereor igitur ne quando propter ea quae dicta ſunt inſanus tibi viſurus ſim repente e veſtigio omnibus partibus mutatus. tua tamen gratia convincere rationem aggreſſuri ſumus, ſi modo convincimus.

Theae. Quum minime tu mihi viſurus ſis quicquam committere, ſi ad refutationem hanc et demonſtrationem pergas, fidens ad eam perge hanc ob cauſam.

Hoſp. Agedum, quodnam initium quis ſumpſerit orationis audacter ſusceptae? arbitror enim hanc, mi puer, viam nobis maxime neceſſarium eſſe ingredi.

Theae. Qualem autem?

Hoſp. Hanc ut, quae nunc videntur perſpicua eſſe, ea primum exploremus, numquid perturbati ſimus de his, facile autem inter nos conſentiamus, quaſi explorata ea habeamus.

Theae. Dic clarius quod dicis.

Hoſp. Ludens mihi videtur Parmenides nobis explicaſſe et quisquis umquam ad iudicium aggreſſus eſt de iis quae ſunt faciendum, ut definiret quot et qualia eſſent.

ΘΕΑΙ. Πῆ;

ΞΕ. Μῦθόν τινα ἕκαστος φαίνεταί μοι διηγεῖσθαι παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν, ὁ μὲν ὡς τρία τὰ ὄντα, πολεμεῖ δὲ ἀλλήλοις ἐνίοτε αὐτῶν ἄττα πῃ, τοτὲ δὲ καὶ φίλα γι*γνόμενα γάμους τε καὶ τόκους καὶ τροφὰς τῶν ἐκγόνων παρέχεται· δύο δὲ ἕτερος εἰπών, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ἢ θερμὸν καὶ ψυχρόν, ξυνοικίζει τε αὐτὰ καὶ ἐκδίδωσι· τὸ δὲ παρ' ἡμῖν *) Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις **). Ἰάδες δὲ καὶ Σικελαί τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυνενόησαν ὅτι ξυμπλέκειν ἀσφαλέστατον ***) ἀμφότερα * καὶ λέγειν ὡς τὸ ὂν πολλά τε καὶ ἕν ἐστιν, ἔχθρᾳ δὲ καὶ φιλίᾳ ξυνέχεται· διαφερόμενον γὰρ ἀεὶ ξυμφέρεται, φασὶν αἱ ξυντονώτεραι τῶν Μουσῶν· αἱ δὲ μαλακώτεραι τὸ μὲν ἀεὶ ταῦθ' οὕτως ἔχειν ἐχάλασαν, ἐν μέρει δὲ τοτὲ μὲν ἓν εἶναί φασι τὸ πᾶν καὶ φίλον ὑπ' Ἀφροδίτης, τοτὲ δὲ * πολλὰ καὶ πολέμιον αὐτὸ αὑτῷ διὰ νεῖκός τι. ταῦτα δὲ πάντα εἰ μὲν ἀληθῶς τις ἢ μὴ τούτων εἴρηκε, χαλεπὸν καὶ πλημμελὲς οὕτω μεγάλα κλεινοῖς καὶ παλαιοῖς ἀνδράσιν ἐπιτιμᾶν, ἐκεῖνο δὲ ἀνεπίφθονον ἀποφήνασθαι.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὅτι λίαν τῶν πολλῶν ἡμῶν ὑπεριδόντες ὠλιγώρησαν· οὐδὲν γὰρ φροντίσαντες εἴτ' ἐπακολουθοῦμεν αὐτοῖς λέγουσιν εἴτε ἀπολειπόμεθα, περαίνουσι τὸ σφέτερον αὐτῶν ****) ἕ*καστοι.

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Ὅταν τις αὐτῶν φθέγξηται λέγων ὡς ἔστιν ἢ γέγονεν ἢ γίγνεται πολλὰ ἢ δύο ἢ ἓν †), καὶ θερμὸν αὖ ψυχρῷ ξυγκεραννύμενον, ἄλλοθί πῃ ††) διακρίσεις καὶ ξυγκρίσεις ὑποτιθείς, τούτων, ὦ Θεαίτητε, ἑκάστοτε σύ τι πρὸς θεῶν ξυνίης ὅ τι λέγουσιν; ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτε μὲν ἦν

---

*) ἄλλ. ἡμῶν. **) ἴσ. τοὺς μύθους.
) ἄλλ. ἀσφαλέστερον. *) γρ. αὐτοί.
†) ἄλλ. ἢ ἓν ἢ δύο. ††) ἴσ. ἢ ἄλλοθί πῃ.

Theae. Quomodo?

Hosp. Fabulam quandam quisque videtur mihi narrare quasi pueris nobis, unus tria esse rerum genera statuens et modo pugnare quodammodo inter se aliqua, tum autem amicitiâ iunctâ nuptias et partus et educationes prolis edere; alter qui duo ponit, fluidum et siccum, vel calidum et frigidum, ea inter se copulat et in matrimonium collocat; nostra vero Eleatica familia inde a Xenophane etiamque superioribus ita fabulam exponit, ut unum esse dicat omnia sic dicta. Ionicae autem et Siculae quaedam postea Musae perspexerunt contexere tutissimum esse utraque atque dicere ea quae essent et multa et unum esse, discordia autem et amicitia contineri; dicunt enim intentiores Musae id quod discrepet semper concinere, molliores vero rationem eam quae haec semper ita se habere ponit laxarunt et alternis modo unum esse dicunt universum et amicum Veneris beneficio, modo multa et inimica inter se esse per discordiam quandam. haec autem omnia num vere quis illorum dixerit necne, difficile est dictu et immodestum tanta probra celebribus ac vetustis viris obiicere, illud tamen sine ulla invidia possumus affirmare.

Theae. Quale istud?

Hosp. Nimis illos nos multitudinem despexisse et contempsisse: nihil enim curantes utrum assequamur ipsorum orationem an subsequi nequeamus, perficiunt suum quisque opus.

Theae. Quomodo dicis?

Hosp. Quum quis eorum declarat esse vel facta esse vel fieri multa vel duo vel unum, et calidum cum frigido commisceri aliarumve rerum secretiones et concretiones ponit, num tu horum, Theaetete, per deos aliquid intelligis quae quisque dicit? equidem, quum

νεώτερος, τοῦτό τε τὸ νῦν ἀπορούμενον ὁπότε τις εἴποι, τὸ μὴ ὄν, ἀκριβῶς ᾤμην ξυνιέναι· νῦν δὲ ὁρᾷς ἵν' ἐσμὲν αὐτοῦ πέρι τῆς ἀπο*ρίας. C

ΘΕΑΙ. Ὁρῶ.

ΞΕ. Τάχα τοίνυν ἴσως οὐχ ἧττον καὶ κατὰ τὸ ὂν ταὐτὸν τοῦτο πάθος εἰληφότες ἐν τῇ ψυχῇ περὶ μὲν τοῦτο εὐπορεῖν φαμὲν καὶ μανθάνειν, ὁπόταν τις αὐτὸ φθέγξηται, περὶ δὲ θάτερον οὔ, πρὸς ἀμφότερα ὁμοίως ἔχοντες.

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΞΕ. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὴ τῶν προειρημένων ἡμῖν ταὐτὸν τοῦτο εἰρήσθω.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τῶν μὲν τοίνυν πολλῶν πέρι καὶ μετὰ τοῦτο σκεψόμεθ', ἂν δόξῃ, περὶ * δὲ τοῦ μεγίστου τε καὶ ἀρχηγοῦ πρῶτον νῦν σκεπτέον. D

ΘΕΑΙ. Τίνος δὴ λέγεις; ἢ δῆλον ὅτι τὸ ὂν φῂς πρῶτον δεῖν διερευνήσασθαι, τί ποθ' οἱ λέγοντες αὐτὸ δηλοῦν ἡγοῦνται;

ΞΕ. Κατὰ πόδα γε, ὦ Θεαίτητε, ὑπέλαβες. λέγω γὰρ δὴ ταύτῃ *) δεῖν ποιεῖσθαι τὴν μέθοδον ἡμᾶς, οἷον αὐτῶν παρόντων ἀναπυνθανομένους ὧδε· Φέρε, ὁπόσοι θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἤ τινε δύο τοιούτω τὰ πάντ' εἶναί φατε, τί ποτε ἄρα τοῦτ' ἐπ' ἀμφοῖν φθέγγεσθε * λέγοντες ἄμφω καὶ ἑκάτερον εἶναι; τί τὸ εἶναι τοῦτο ὑπολάβωμεν ὑμῶν; πότερον τρίτον παρὰ τὰ δύο ἐκεῖνα, καὶ τρία τὸ πᾶν, ἀλλὰ μὴ δύο ἔτι καθ' ὑμᾶς τιθῶμεν; οὐ γάρ που **) τοῖν γε δυοῖν καλοῦντες θάτερον ὂν ἀμφότερα ὁμοίως εἶναι λέγετε· σχεδὸν γὰρ ἂν ἀμφοτέρως ἕν, ἀλλ' οὐ δύο εἴτην. E

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΞΕ. Ἀλλ' ἆρά γε τὰ ἄμφω βούλεσθε καλεῖν ὄν;

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΞΕ. Ἀλλ', ὦ φίλοι, φήσομεν, * κἂν ***) οὕτω τὰ δύο λέγοιτ' ἂν σαφέστατα ἕν.

---

*) ἄλλ. ταύτην. **) γρ. γάρ πω.

***) ἄλλ. καὶ οὕτω.

iunior essem, hoc quod nunc in controversia versatur, id videlicet quod non est, quotiescumque aliquis id diceret, plane me putabam intelligere; nunc autem vides, quo progressi simus de hoc dubitationis.

Theae. Video.

Hosp. Fortasse autem haud aliter etiam ad id quod est animo affecti expedite nos hoc quidem explicare posse dicimus atque intelligere, si quis de eo dicat, alterum autem non posse, licet ad utrumque aequaliter simus affecti.

Theae. Fortasse vero.

Hosp. Et de reliquis quidem ante dictis idem hoc nobis positum esto.

Theae. Sane quidem.

Hosp. De multis illis igitur etiam postea videbimus, si placuerit, de eo autem quod maximum est et principatum obtinet, primum nunc videndum.

Theae. Quodnam dicis? an dubium quidem non est quin id quod est dicas primum esse perscrutandum, quid tandem qui id dicant declarare sibi videantur?

Hosp. E vestigio sane, Theaetete, cepisti. dico enim ita nobis instituendam esse quaestionem, quasi ex ipsis praesentibus hoc quaeramus: Agite, quotquot calidum et frigidum vel duo quaedam huiusmodi cuncta esse dicitis, quid tandem significatis de utroque si dicitis ambo et singula esse? quid hoc vestrum *esse* significare iudicemus? utrum tertium ad duo illa, et tria universum, non duo iam esse vobiscum ponamus? neque enim, si alterutrum de duobus esse dicitis, ambo pariter esse ponitis; fere enim utroque modo unum, non duo erunt.

Theae. Vera dicis.

Hosp. Num igitur ambo voltis dicere esse?

Theae. Forsitan.

Hosp. At, amici, reponemus, hac quoque ratione duo illa dicentur apertissime unum.

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα εἴρηκας.

ΞΕ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡμεῖς ἠπορήκαμεν, ὑμεῖς αὐτὰ ἡμῖν ἐμφανίζετε ἱκανῶς, τί ποτε βούλεσθε σημαίνειν, ὁπόταν ὂν φθέγγησθε. δῆλον γὰρ ὡς ὑμεῖς μὲν ταῦτα πάλαι γιγνώσκετε, ἡμεῖς δὲ πρὸ τοῦ μὲν ᾠόμεθα, νῦν δ' ἠπορήκαμεν. διδάσκετε οὖν πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ ἡμᾶς, ἵνα μὴ δοξάζωμεν μανθάνειν μὲν τὰ λεγόμενα παρ' ὑμῶν, τὸ δὲ τούτου γίγνηται πᾶν τοὐναντίον. Ταῦτα δὴ λέ*γοντές τε B
καὶ ἀξιοῦντες παρά τε τούτων καὶ παρὰ τῶν ἄλλων, ὅσοι πλεῖον ἑνὸς λέγουσι τὸ πᾶν εἶναι, μῶν, ὦ παῖ, τι πλημμελήσομεν;

ΘΕΑΙ. Ἥκιστά γε.

ΞΕ. Τί δέ; παρὰ τῶν ἓν τὸ πᾶν λεγόντων ἆρ' οὐ πευστέον εἰς δύναμιν τί ποτε λέγουσι τὸ ὄν;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τόδε τοίνυν ἀποκρινέσθωσαν. Ἓν πού φατε μόνον εἶναι; Φαμὲν γάρ, φήσουσιν· ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τί δέ; ὂν καλεῖτέ τι;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πότερον ὅπερ ἕν, ἐπὶ τῷ * αὐτῷ προσχρώμενοι C
δυοῖν ὀνόμασιν, ἢ πῶς;

ΘΕΑΙ. Τίς οὖν αὐτοῖς ἡ μετὰ τοῦτ', ὦ ξένε, ἀπόκρισις;

ΞΕ. Δῆλον, ὦ Θεαίτητε, ὅτι τῷ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ὑποθεμένῳ πρὸς τὸ νῦν ἐρωτηθὲν καὶ πρὸς ἄλλο δὲ ὁτιοῦν οὐ πάντων ῥᾷστον ἀποκρίνασθαι.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τό τε δύο ὀνόματα ὁμολογεῖν εἶναι μηδὲν θέμενον πλὴν ἓν καταγέλαστόν που.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Καὶ τὸ παράπαν γε ἀποδέχεσθαι τοῦ λέγοντος ὡς ἔστιν ὄνο*μά τι, λόγον οὐκ ἂν ἔχον. D

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Τιθείς τε τοὔνομα τοῦ πράγματος ἕτερον δύο λέγει πού τινε.

Theae. Verissime dicis.

Hosp. Quum igitur nos haesitemus, vos hoc nobis explanate satis, quid tandem velitis significare, si *esse* dicatis. patet enim vos quidem haec iam diu nota habere, nos autem ante putasse, nunc vero haesitare. docete igitur primum nos hoc ipsum, ut ne opinemur quidem intelligere quae a vobis dicuntur, totum vero contra sit. Hoc autem dicentes et petentes ab illis reliquisque qui plus uno dicunt universum esse, numquid, mi puer, committemus?

Theae. Minime vero.

Hosp. Quid vero? ex iis qui unum esse universum dicunt, nonne quaerendum pro viribus, quid tandem dicant id quod est?

Theae. Quidni?

Hosp. Ad hoc igitur respondento. Unum certe dicitis totum esse? Dicimus vero, dicent; nonne?

Theae. Ita.

Hosp. Quid vero? essene vocatis aliquid?

Theae. Etiam.

Hosp. Utrum id quod unum, in eodem utentes duobus nominibus, an qui?

Theae. Quaenam erit tum, hospes, eorum responsio?

Hosp. Dubium non est, Theaetete, quin qui hoc posuerit is ad hanc et quamvis aliam quaestionem non tam facile possit respondere.

Theae. Curnam?

Hosp. Confiteri videlicet duo esse nomina, quum nihil posueris nisi unum, ridiculum haud dubie.

Theae. Quidni?

Hosp. Et omnino assentiri dicenti, nomen esse aliquid, non sit consentaneum.

Theae. Quomodo?

Hosp. Ponens nomen a re diversum duo quaedam dicit.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἂν ταὐτόν γε αὐτῷ τιθῇ τοὔνομα, ἢ μηδενὸς ὄνομα ἀναγκασθήσεται λέγειν, εἰ δέ τινος αὐτὸ φήσει, ξυμβήσεται τὸ ὄνομα ὀνόματος ὄνομα μόνον, ἄλλου δὲ οὐδενὸς ὄν.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Καὶ τὸ ἕν γε ἑνὸς ἓν ὂν μόνον, καὶ τοῦτο *) ὀνόματος αὐτὸ **) ἓν ὄν.

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ ὅλον ἕτερον τοῦ ὄντος ἑνὸς ἢ ταὐτὸν φήσουσι τού*τῳ; E

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐ φήσουσί τε καὶ φασίν;

ΞΕ. Εἰ τοίνυν ὅλον ἐστίν, ὥσπερ καὶ Παρμενίδης λέγει,

Πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ,
Μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ· τὸ γὰρ οὔτε τι μεῖζον
Οὔτε τι βαιότερον πελέναι χρεών ἐστι τῇ ἢ τῇ,

τοιοῦτόν γε ὂν τὸ ὂν μέσον τε καὶ ἔσχατα ἔχει, ταῦτα δὲ ἔχον πᾶσα ἀνάγκη μέρη ἔχειν· ἢ πῶς;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ἀλλὰ * μὴν τό γε μεμερισμένον πάθος μὲν τοῦ 245
ἑνὸς ἔχειν ἐπὶ τοῖς μέρεσι πᾶσιν οὐδὲν ἀποκωλύει, καὶ ταύτῃ δὴ πᾶν τε ὂν καὶ ὅλον ἓν εἶναι.

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὔ;

ΞΕ. Τὸ δὲ πεπονθὸς ταῦτα ἆρ' οὐκ ἀδύνατον αὐτό γε τὸ ἓν αὐτὸ εἶναι;

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ἀμερὲς δήπου δεῖ παντελῶς τό γε ἀληθῶς ἓν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον εἰρῆσθαι.

ΘΕΑΙ. Δεῖ γὰρ οὖν.

ΞΕ. Τὸ δέ γε τοιοῦτον ἐκ πολ*λῶν μερῶν ὂν οὐ B
ξυμφωνήσει τῷ λόγῳ.

---

*) ἴσ. καὶ οὐ τοῦ ὀν ματος.
**) ἄλλ. αὖ τό.

Theae. Ita.

Hosp. Atque etiam si idem quod res sit posuerit nomen, aut nullius rei nomen cogetur dicere, aut si cuius rei nomen dixerit, efficietur ut nomen nominis nomen tantum sit, nullius alius rei.

Theae. Ita.

Hosp. Et ut unum quidem unius sit unum tantum, non nominis hoc unum sit.

Theae. Necesse est.

Hosp. Quid? totum num diversum ab eo quod unum est an idem dicent esse?

Theae. Quidni et dicturi sint et dicant?

Hosp. Quodsi universitas, quemadmodum etiam Parmenides dicit,

Aequiparat sphaerae teretis sane undique molem,
Prorsus de medio aequalis; namque est neque maior
Nec minor ullam in partem, ut declarare necesse est.

tale igitur est id quod est medium et extrema habet, haec autem habens illud prorsus necesse est partes habere; an quomodo?

Theae. Ita.

Hosp. Iam vero quod partitum ac distributum est quominus sicut unum se habeat partibus omnibus nil impedit: ut hac quidem ratione quod omne et universum est id unum sit.

Theae. Quidni?

Hosp. Quod vero se sic habet, nonne fieri nequit ut id unum per se sit?

Theae. Qui?

Hosp. Individuum videlicet oportet omnino id quod vere unum est e recta ratione appellari.

Theae. Oportet vero.

Hosp. Tale vero multis e partibus constans non concinet cum ratione.

ΘΕΑΙ. Μανθάνω.

ΞΕ. Πότερον δὴ πάθος ἔχον τὸ ὂν *) τοῦ ἑνὸς οὕτως ἕν τε ἔσται καὶ ὅλον, ἢ παντάπασι μὴ λέγωμεν ὅλον εἶναι τὸ ὄν;

ΘΕΑΙ. Χαλεπὴν προβέβληκας αἵρεσιν.

ΞΕ. Ἀληθέστατα μέντοι λέγεις· πεπονθός τε γὰρ τὸ ὂν ἕν εἶναί πως, οὐ ταὐτὸν ὂν τῷ ἑνὶ φαίνεται **), καὶ πλέονα δὴ τὰ πάντα ἑνὸς ἔσται.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐάν γε τὸ ὂν ᾖ μὴ ὅλον διὰ τὸ πε-*πονθέναι τὸ ὑπ' ἐκείνου πάθος, ᾖ δὲ αὐτὸ τὸ ὅλον, ἐν- C δεὲς τὸ ὂν ἑαυτοῦ ξυμβαίνει.

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον ἑαυτοῦ στερόμενον οὐκ ὂν ἔσται τὸ ὄν.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Καὶ ἑνός γε αὖ πλείω τὰ πάντα γίγνεται, τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ ὅλου χωρὶς ἰδίαν ἑκατέρου φύσιν εἰληφότος.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Μὴ ὄντος δέ γε τὸ παράπαν τοῦ ὅλου, ταὐτά τε ταῦτα ὑπάρχει τῷ ὄντι καὶ πρὸς τῷ μὴ εἶναι μηδ' * ἂν D γενέσθαι ποτὲ ὄν.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Τὸ γενόμενον ἀεὶ γέγονεν ὅλον, ὥστε οὔτε οὐσίαν οὔτε γένεσιν ὡς οὖσαν δεῖ προσαγορεύειν [τὸ ἓν ἢ], τὸ ὅλον ἐν τοῖς οὖσι μὴ τιθέντα.

ΘΕΑΙ. Παντάπασιν ἔοικε ταῦθ' οὕτως ἔχειν.

ΞΕ. Καὶ μὴν οὐδ' ὁποσονοῦν τι δεῖ τὸ μὴ ὅλον εἶναι· ποσόν τι γὰρ ὄν, ὁπόσον ἂν ᾖ, τοσοῦτον ὅλον ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ γε.

ΞΕ. Καὶ τοίνυν ἄλλας μυρίας ***) ἀπεράντους ἀπορίας ἕκαστον εἰληφὸς φανεῖται τῷ τὸ ὂν * εἴτε δύο τινὲ E εἴτε ἓν μόνον εἶναι λέγοντι.

---

*) γρ. ὅλον. **) ἄλλ. φανεῖται. ***) ἄλλ. ἄλλα μυρία

Theae. Intelligo.

Hosp. Utrum igitur id quod est si ita se habet ut unum ita et unum erit et totum, an ne dicamus quidem omnino totum esse id quod sit?

Theae. Difficilem dedisti optionem.

Hosp. Verissima sane dicis; nam id quod est si ita habet ut unum sit aliquo modo, non idem quod unum est reperitur, et plura quidem omnia uno erunt.

Theae. Etiam.

Theae. At vero si id quod est non totum est, propterea quod per illud ita se haberet, totum vero per se est, semet ipso id quod est privatur.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Et secundum hanc quidem rationem se ipso orbatum id quod est erit id quod non est.

Theae. Ita.

Hosp. Atque uno rursus plura omnia exsistunt, si id quod est et totum separatam quodque naturam nacta sunt.

Theae. Etiam.

Hosp. Totum vero si omnino non est, idem hoc evenit ei quod est, neque solum non est, verum etiam numquam factum est.

Theae. Qui tandem?

Hosp. Id quod factum est semper factum est totum, ita ut neque esse neque fieri quicquam vere dicere debeas, si totum in res quae sint non reposueris.

Theae. Prorsus ita videtur habere.

Hosp. Quin etiam ne quantumcumque quidem debet esse id quod non est totum: nam si quantitas est quaedam, quantum est, tantum sit totum necesse est.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Et alias praeterea innumerabiles immensasque dubitationes quodque habere patebit ei qui id quod est sive duo aliqua sive unum tantum esse ponit.

ΘΕΑΙ. Δηλοῖ σχεδὸν καὶ τὰ νῦν ὑποφαίνοντα· ξυνάπτεται γὰρ ἕτερον ἐξ ἄλλου, μείζω καὶ χαλεπωτέραν φέρον περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἀεὶ ῥηθέντων πλάνην.

ΞΕ. Τοὺς μὲν τοίνυν διακριβολογουμένους ὄντος τε πέρι καὶ μὴ πάντας *) μὲν οὐ διεληλύθαμεν, ὅμως δὲ ἱκανῶς ἐχέτω· τοὺς δὲ ἄλλως λέγοντας αὖ θεατέον, ἵν' ἐκ πάντων ἴδωμεν **) ὅτι τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν εὐπορώτερον * εἰπεῖν ὅ τί ποτ' ἔστιν. 246

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν πορεύεσθαι χρὴ καὶ ἐπὶ τούτους.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἔοικέ γε ἐν αὐτοῖς οἷον γιγαντομαχία τις εἶναι διὰ τὴν ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἕλκουσι, ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες· τῶν γὰρ τοιούτων ἐφαπτόμενοι πάντων διϊσχυρίζονται τοῦτο εἶναι μόνον ὃ παρέχει προσβολὴν καὶ ἐπαφήν τινα, ταὐτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁριζόμενοι, τῶν δὲ ἄλλων * εἴ τί τίς φησι ***) μὴ σῶμα ἔχον εἶναι, καταφρο- B
νοῦντες τὸ παράπαν καὶ οὐδὲν ἐθέλοντες ἄλλο ἀκούειν.

ΘΕΑΙ. Ἦ δεινοὺς εἴρηκας ἄνδρας· ἤδη γὰρ καὶ ἐγὼ τούτων συχνοῖς προσέτυχον.

ΞΕ. Τοιγαροῦν οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀμφισβητοῦντες μάλα εὐλαβῶς ἄνωθεν ἐξ ἀοράτου ποθὲν ἀμύνονται, νοητὰ ἄττα καὶ ἀσώματα εἴδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι· τὰ δὲ ἐκείνων σώματα καὶ τὴν λεγομένην ὑπ' αὐτῶν ἀλήθειαν κατὰ σμικρὰ διαθραύ*οντες ἐν τοῖς λόγοις γένεσιν C
ἀντ' οὐσίας φερομένην τινὰ προσαγορεύουσιν. ἐν μέσῳ δὲ περὶ ταῦτα ἄπλετος ἀμφοτέρων μάχη τις, ὦ Θεαίτητε, ἀεὶ ξυνέστηκεν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

---

*) ἄλλ. πάνυ.

**) ἄλλ. εἰδῶμεν.

***) γρ. εἴ τίς φησι.

Theae. Oſtendunt fere etiam ea quae nunc ſublucent; connectitur enim aliud cum alio, maiorem et difficiliorem afferens de omnibus quae ante dicta ſunt errationem.

Hoſp. De iis vero qui accurate disputarunt de eo quod eſt et eo quod non eſt omnibus quidem non expoſuimus, attamen ſatis eſto; eos etiam qui aliter dicunt conſiderari oportet, ut ex omnibus cognoſcamus facilius, id quod eſt neutiquam eſſe expeditius eo quod non eſt, quale tandem ſit.

Theae. Itaque etiam ad hos proficiſcendum eſt.

Hoſp. Quin etiam Gigantum quaſi bellum inter eos geritur propter controverſiam quae de eo quod eſt inter illos agitatur.

Theae. Quomodo?

Hoſp. Nonnulli quidem in terram e caelo et eo quod ſub adſpectum non cadit omnia trahunt, manibus reapſe petras et quercus amplectentes; talia enim contrectantes omnia contendunt hoc eſſe ſolum quod appulſum admittat et tactum quendam, corpus et id quod eſt idem definientes, de reliquis vero ſi quis quid dicat eſſe corpore carens, contemnentes prorſus nihilque volentes aliud audire.

Theae. Obſtinatos profecto dixiſti viros; etenim ego quoque multos iam eorum offendi.

Hoſp. Iccirco qui cum illis diſceptant admodum caute deſuper ex eo fere quod ſub adſpectum non cadit ſeſe defendunt, mente comprehendendas quasdam et corporis expertes ſpecies contendentes vere eſſe; illorum autem corpora et quae ab iis dicitur veritatem in minutas partes disputando diſcindentes generationem quandam quam nuncupant agitatam in eius quod eſt locum ſubſtituunt, in medio autem quod inter utrosque interiectum eſt ſpatio immanis quaedam, Theaetete, pugna ſemper committitur.

Theae. Vera.

ΞΕ. Παρ' ἀμφοῖν τοίνυν τοῖν γενοῖν κατὰ μέρος λάβωμεν λόγον ὑπὲρ ἧς τίθενται τῆς οὐσίας.

ΘΕΑΙ. Πῶς οὖν δὴ ληψόμεθα;

ΞΕ. Παρὰ μὲν τῶν ἐν εἴδεσιν αὐτὴν τιθεμένων ῥᾷον· ἡμερώτεροι γάρ· παρὰ δὲ τῶν εἰς σῶμα πάντα ἑλκόντων βίᾳ χαλεπώ*τερον, ἴσως δὲ καὶ σχεδὸν *) ἀδύνατον. ἀλλ' ὧδέ μοι δεῖν δοκεῖ περὶ αὐτῶν δρᾶν. D

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Μάλιστα μέν, εἴ πῃ δυνατὸν ἦν, ἔργῳ βελτίους αὐτοὺς ποιεῖν, εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἐγχωρεῖ, λόγῳ ποιῶμεν, ὑποτιθέμενοι νομιμώτερον αὐτοὺς ἢ νῦν ἐθέλοντας ἂν ἀποκρίνασθαι· τὸ γὰρ ὁμολογηθὲν παρὰ βελτιόνων που κυριώτερον ἢ τὸ παρὰ χειρόνων· ἡμεῖς δὲ οὐ τούτων φροντίζομεν, ἀλλὰ τἀληθὲς ζητοῦμεν.

ΘΕΑΙ. * Ὀρθότατα. E

ΞΕ. Κέλευε δὴ τοὺς βελτίους γεγονότας ἀποκρίνασθαί σοι, καὶ τὸ λεχθὲν παρ' αὐτῶν ἀφερμήνευε.

ΘΕΑΙ. Ταῦτ' ἔσται.

ΞΕ. Λεγόντων δὴ θνητὸν ζῶον εἴ φασιν εἶναί τι.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τοῦτο δὲ οὐ σῶμα ἔμψυχον ὁμολογοῦσιν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τιθέντες τι τῶν ὄντων ψυχήν;

ΘΕΑΙ. * Ναί. 247

ΞΕ. Τί δέ; ψυχὴν οὐ τὴν μὲν δικαίαν, τὴν δὲ ἄδικόν φασιν εἶναι, καὶ τὴν μὲν φρόνιμον, τὴν δὲ ἄφρονα;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Ἀλλ' οὐ δικαιοσύνης ἕξει καὶ παρουσίᾳ τοιαύτην αὐτῶν ἑκάστην γίγνεσθαι, καὶ τῶν ἐναντίων ἐναντίαν;

ΘΕΑΙ. Ναί, καὶ ταῦτα ξύμφασιν.

---

*) γρ. ἴσως δὲ σχεδόν.

Hosp. Ab utrisque iam generibus singulatim reposcamus rationem de eo quod ponunt esse.

Theae. Quomodo autem reposcemus?

Hosp. Ab his qui species esse ponunt facilius; sunt enim mansuetiores; ab illis vero qui ad corpus omnia trahunt violenter difficilius; fortasse etiam nec potest id fieri. at hoc mihi videtur illis faciendum esse.

Theae. Quodnam?

Hosp. Hoc ut potissimum quidem, si qua fieri potest, re eos meliores efficiamus; quodsi hoc non licet, oratione fingamus sumentes probius eos quam nunc velle respondere; nam quod conceditur a melioribus magis ratum est quam quod a peioribus; nos autem non hoc curamus, sed verum quaerimus.

Theae. Rectissime.

Hosp. Iube dum eos qui meliores exstiterunt tibi respondere, et quod dictum ab iis fuerit id mihi renuncia.

Theae. Ita vero fiet.

Hosp. Dicunto iam mortale animans num ponant aliquid esse.

Theae. Quidni ponant?

Hosp. Hoc autem nonne corpus esse animatum confitentur?

Theae. Sane quidem.

Hosp. Ponentes videlicet aliquid de iis quae exstent animum esse?

Theae. Etiam.

Hosp. Quid? animum nonne alium iustum, alium iniustum dicunt esse, et hunc prudentem, illum vero imprudentem?

Theae. Quippini?

Theae. Nonne vero iustitiâ, quod possideatur et adsit, talem quemque eorum exsistere, per contraria vero contrarium?

Theae. Ita, etiam haec concedunt.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τό γε δυνατόν τῳ παραγίγνεσθαι καὶ ἀπογίγνεσθαι πάντως εἶναί τι φήσουσιν.

ΘΕΑΙ. Φασὶ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὔσης οὖν δικαιοσύνης καὶ * φρονήσεως καὶ B τῆς ἄλλης ἀρετῆς καὶ τῶν ἐναντίων καὶ δὴ καὶ ψυχῆς ἐν ᾗ ταῦτα ἐγγίγνεται, πότερον ὁρατὸν καὶ ἁπτὸν εἶναί φασί τι αὐτῶν, ἢ πάντα ἀόρατα;

ΘΕΑΙ. Σχεδὸν οὐδὲν τούτων γε ὁρατόν.

ΞΕ. Τί δέ; τῶν τοιούτων μῶν σῶμά τι λέγουσιν ἴσχειν;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ἀποκρίνονται πᾶν, ἀλλὰ τὴν μὲν ψυχὴν αὐτὴν δοκεῖν σφίσι σῶμά τι κεκτῆσθαι, φρόνησιν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὧν ἠρώτηκας, αἰσχύνονται τὸ τολμᾶν ἢ μηδὲν τῶν * ὄντων αὐτὰ ὁμολογεῖν, ἢ πάντ' εἶναι σώματα διϊσχυρίζεσθαι. C

ΞΕ. Σαφῶς γὰρ ἡμῖν, ὦ Θεαίτητε, βελτίους γεγόνασιν οἱ ἄνδρες· ἐπεὶ τούτων οὐδ' ἂν ἓν ἐπαισχυνθεῖεν οἵ γε αὐτῶν σπαρτοί τε καὶ αὐτόχθονες, ἀλλὰ διατείνοιντ' ἂν πᾶν ὃ μὴ δυνατοὶ ταῖς χερσὶ ξυμπιέζειν εἰσίν, ὡς ἄρα τοῦτο οὐδὲν τὸ παράπαν ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Σχεδὸν οἷα διανοοῦνται λέγεις.

ΞΕ. Πάλιν τοίνυν ἀνερωτῶμεν αὐτούς· εἰ γάρ τι καὶ σμικρὸν ἐθέλουσι τῶν ὄντων ξυγχωρεῖν ἀσώματον, * ἐξαρκεῖ· τὸ γὰρ ἐπί τε τούτοις ἅμα καὶ ἐπ' ἐκείνοις ὅσα D ἔχει σῶμα ξυμφυὲς γεγονός, εἰς ὃ βλέποντες ἀμφότερα εἶναι λέγουσι, τοῦτο αὐτοῖς ῥητέον. τάχ' οὖν ἴσως ἂν ἀποροῖεν· εἰ δέ *) τι τοιοῦτον πεπόνθασι, σκόπει, προτεινομένων ἡμῶν ἆρ' ἐθέλοιεν ἂν δέχεσθαι καὶ ὁμολογεῖν τοιόνδ' εἶναι τὸ ὄν.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον δή; λέγε, καὶ τάχα εἰσόμεθα.

ΞΕ. Λέγω δὴ τὸ καὶ ὁποιανοῦν τινὰ κεκτημένον δύναμιν, εἴτ' εἰς τὸ ποιεῖν ἕτερον ὁτιοῦν πεφυκὸς εἴτ' εἰς * τὸ παθεῖν καὶ σμικρότατον ὑπὸ τοῦ φαυλοτάτου, κἂν εἰ E μόνον εἰσάπαξ, πᾶν τοῦτο ὄντως εἶναι· τίθεμαι γὰρ ὅρον [ὁρίζειν], τὰ ὄντα ὡς ἔστιν οὐκ ἄλλο τι πλὴν δύναμις.

---

*) γρ. δή — πεπόνθασι. σκόπει κτλ.

Hosp. At vero id quod alicui et adesse et abesse potest omnino esse quicquam dicent.

Theae. Dicunt vero.

Hosp. Quum igitur sint iustitia et prudentia reliquaeque virtutes et quae earum sunt contraria, atque etiam animus in quo haec insunt, utrum horum aliquid dicunt sub adspectum et tactum cadere, an nihil eorum esse adspectabile.

Theae. Nihil ferme eorum esse adspectabile.

Hosp. Quid? horum num quid corpus dicunt habere?

Theae. Ad hoc iam non eodem omnino modo respondent, sed animum quidem ipsum videri sibi corpus quoddam habere, de prudentia vero et reliquis quae tu rogasti, verentur concedere vel nihil horum esse vel omnia esse corpora contendere.

Hosp. Manifesto sane, Theaetete, meliores exstiterunt viri illi: quamquam horum nihil verebuntur quicumque ex iis sati et ex ipsa terra orti sunt, sed contente clamabunt, quicquid non possint manibus comprimere, id nihil omnino esse.

Theae. Ferme quae sentiunt dicis.

Hosp. Iterum iam quaeramus ex iis; nam etiamsi exiguum quid ex iis quae sunt corporis expers esse concedunt, satis est; quale enim sit et his et illis rebus quae corpus habent innatum illud, quod respicientes utrasque esse dicunt, exponere eos oportet. forsitan haesitaverint; tale vero si quid iis inciderit, vide a nobis ostentantibus num velint accipere et concedere tale esse id quod sit.

Theae. Quale tandem? dic et mox sciemus.

Hosp. Dico igitur quicquid qualemcumque habeat facultatem ita ut vel efficiat aliud quid vel patiatur vel minimum a vilissimo, etiamsi semel tantum, omne hoc vere esse; sic enim definio id quod est ut nihil aliud dicam id esse nisi facultatem.

ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ἐπείπερ αὐτοί γε οὐκ ἔχουσιν ἐν τῷ παρόντι τούτου βέλτιον λέγειν, δέχονται τοῦτο.

ΞΕ. Καλῶς· ἴσως γὰρ εἰςύστερον ἡμῖν τε καὶ τούτοις ἕτερον ἂν φανείη. πρὸς μὲν οὖν τούτους τοῦτο * ἡμῖν 248
ἐνταῦθα μενέτω ξυνομολογηθέν.

ΘΕΑΙ. Μένει.

ΞΕ. Πρὸς δὲ τοὺς ἑτέρους ἴωμεν τοὺς τῶν εἰδῶν φίλους· σὺ δ' ἡμῖν καὶ τὰ παρὰ τούτων ἀφερμήνευε.

ΘΕΑΙ. Ταῦτ' ἔσται.

ΞΕ. Γένεσιν, τὴν δὲ οὐσίαν χωρίς που διελόμενοι λέγετε· ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ σώματι μὲν ἡμᾶς γενέσει δι' αἰσθήσεως κοινωνεῖν, διὰ λογισμοῦ δὲ ψυχῇ πρὸς τὴν ὄντως οὐσιαν, ἣν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχειν φατέ, γένεσιν δὲ ἄλλο*τε B
ἄλλως.

ΘΕΑΙ. Φαμὲν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Τὸ δὲ δὴ κοινωνεῖν, ὦ πάντων ἄριστοι, τί τοῦθ' ὑμᾶς ἐπ' ἀμφοῖν φῶμεν λέγειν; ἆρ' οὐ τὸ νῦν δὴ παρ' ἡμῶν ῥηθέν;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Πάθημα ἢ ποίημα ἐκ δυνάμεώς τινος ἀπὸ τῶν πρὸς ἄλληλα ξυνιόντων γιγνόμενον. Τάχ' οὖν, ὦ Θεαίτητε, αὐτῶν τὴν πρὸς ταῦτα ἀπόκρισιν σὺ μὲν οὐ κατακούεις, ἐγὼ δὲ ἴσως διὰ ξυνήθειαν.

ΘΕΑΙ. Τίν' οὖν δὴ λέγουσι λόγον;

ΞΕ. Οὐ ξυγχωροῦσιν ἡμῖν τὸ νῦν δὴ * ῥηθὲν πρὸς C
τοὺς γηγενεῖς οὐσίας πέρι.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ἱκανὸν ἔθεμεν ὅρον που τῶν ὄντων, ὅταν τῳ παρῇ ἡ τοῦ πάσχειν ἢ δρᾶν καὶ πρὸς *) τὸ σμικρότατον δύναμις.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πρὸς δὴ ταῦτα τόδε λέγουσιν, ὅτι γενέσει μὲν

*) ἴσ. καὶ τὸ σμικρότατον.

Theae. At quoniam ipſi non habent in praesentia melius quid quam hoc dicere, accipiunt hoc.

Hoſp. Praeclare; fortaſſe autem poſtea nobis et his aliud quid videbitur. ad hos autem hoc nobis hic maneto conceſſum.

Theae. Manet vero.

Hoſp. Ad alteros iam pergamus qui ſpecies adamant; tu nobis etiam horum reſponſa renuncia.

Theae. Ita faciam.

Hoſp. Unum fieri et alterum eſſe ſeparantes utrumque dicitis; nonne?

Hoſp. Etiam.

Hoſp. Et corpore quidem nos eius quod fiat per ſenſum participes eſſe, per rationem vero animo eius quod vere ſit, quod quidem ſemper eodem plane modo ſe habere dicitis, id vero quod fiat aliter alio modo.

Theae. Sane quidem dicimus.

Hoſp. Hoc autem *nos participes eſſe*, omnium optimi, quid vos in utroque cenſeamus dicere? nonne id quod modo a nobis dictum eſt?

Theae. Quale iſtud?

Hoſp. Affectionem vel actionem eſſe e facultate quadam eorum quae inter ſe congrediuntur proficiſcentem. Forſitan, Theaetete, eorum ad hoc reſponſionem tu quidem non percipias, ego autem fortaſſe propter conſuetudinem quae mihi cum illis eſt.

Theae. Quamnam vero uſurpant orationem?

Hoſp. Non concedunt nobis quod ſupra diximus terrigenis de eo quod eſt.

Theae. Quale?

Hoſp. Idonea declaravimus, ni fallor, definitione id quod eſt, ſi cui adſit vel patiendi vel agendi etiam minimum facultas.

Theae. Ita.

Hoſp. Contra haec dicunt, in id quod fiat cadere

μέτεστι τοῦ πάσχειν καὶ ποιεῖν δυνάμεως, πρὸς δὲ οὐσίαν τούτων οὐδετέρου τὴν δύναμιν ἁρμόττειν φασίν.

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν λέγουσί τι;

ΞΕ. Πρὸς ὅ γε λεκτέον ἡμῖν ὅτι δεόμεθα παρ' αὐ-
τῶν ἔτι πυθέσθαι σαφέ*στερον, εἰ προσομολογοῦσι τὴν μὲν D
ψυχὴν γιγνώσκειν, τὴν δ' οὐσίαν γιγνώσκεσθαι.

ΘΕΑΙ. Φασὶ μὴν τοῦτό γε.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ γιγνώσκειν ἢ τὸ γιγνώσκεσθαί φατε ποίημα ἢ πάθος ἢ ἀμφότερον; ἢ τὸ μὲν πάθημα, τὸ δὲ θάτερον; ἢ παντάπασιν οὐδέτερον οὐδετέρου τούτων μεταλαμβάνειν;

ΘΕΑΙ. Δῆλον ὡς οὐδέτερον οὐδετέρου· τἀναντία γὰρ ἂν τοῖς ἔμπροσθεν λέγοιεν.

ΞΕ. Μανθάνω, τόδε γε, ὡς τὸ γιγνώσκειν εἴπερ
ἔσται ποιεῖν τι, τὸ γιγνω*σκόμενον ἀναγκαῖον αὖ ξυμβαί- E
νει πάσχειν, τὴν οὐσίαν δὴ κατὰ τὸν λόγον τοῦτον γιγνωσκομένην ὑπὸ τῆς γνώσεως, καθ' ὅσον γιγνώσκεται, κατὰ τοσοῦτον κινεῖσθαι διὰ τὸ πάσχειν, ὃ δή φαμεν οὐκ ἂν γενέσθαι περὶ τὸ ἠρεμοῦν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Τί δαὶ πρὸς Διός; ὡς ἀληθῶς κίνησιν καὶ ζωὴν
καὶ ψυχὴν καὶ φρόνησιν ἦ ῥᾳδίως πεισθησόμεθα τῷ παν-
τελῶς ὄντι μὴ παρεῖναι, μηδὲ ζῆν αὐτὸ μηδὲ * φρονεῖν, 249
ἀλλὰ σεμνὸν καὶ ἅγιον νοῦν οὐκ ἔχον ἀκίνητον ἑστὸς εἶναι;

ΘΕΑΙ. Δεινὸν μέντ' ἂν, ὦ ξένε, λόγον ξυγχωροῖμεν.

ΞΕ. Ἀλλὰ νοῦν μὲν ἔχειν, ζωὴν δὲ μὴ φῶμεν;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀμφότερα ἐνόντ' αὐτῷ λέγομεν, οὐ μὴν ἐν ψυχῇ γε φήσομεν αὐτὸ ἔχειν αὐτά;

ΘΕΑΙ. Καὶ τίν' ἂν ἕτερον ἔχοι τρόπον;

ΞΕ. Ἀλλὰ δῆτα νοῦν μὲν καὶ ζωὴν καὶ ψυχήν, ἀκίνητον μέντοι τὸ παράπαν ἔμψυχον ὂν ἑστάναι;

patiendi et agendi facultatem, ei vero quod sit neutram harum facultatum convenire statuunt.

Theae. Nonne dicunt aliquid?

Hosp. Cui reponendum nobis est, cupere nos ab iis etiam clarius audire, num etiam confiteantur animum cognoscere, id vero quod est cognosci.

Theae. Dicunt hoc quidem.

Hosp. Quid vero? cognoscere et cognosci dicitis affectionem vel actionem vel utrumque? an hoc quidem affectionem esse, illud vero alterum? an neutrum omnino neutrius horum esse particeps?

Theae. Patet neutrum neutrius; contraria enim superiorum dicerent.

Hosp. Teneo: hoc sane dicent: cognoscere siquidem est facere aliquid, id quod cognoscitur necessario etiam patitur; id ergo quod est, quia ex hac ratione cognoscitur a cognitione, quantum cognoscitur, tantum movetur quoniam patitur; quod quidem negamus incidere posse stabili.

Theae. Recte.

Hosp. Quid ita per Iovem? veram motionem et vitam et animum et prudentiam num facile nobis persuadebitur ei quod omnino sit non adesse, nec vivere id neque sapere, sed augusta venerandaque ratione carens immotum stare?

Theae. Absurdam vero, hospes, rationem concederemus.

Hosp. At rationem quidem illud habere dicamus, vitam autem negemus?

Theae. Qui tandem?

Hosp. At has utrasque inesse quidem in eo dicimus, neque tamen in animo id ponemus has habere?

Theae. Et quonam alio eas habeat modo?

Hosp. At rationem scilicet et vitam et animum id habere, immotum tamen stare, licet prorsus sit animatum?

ΘΕΑΙ. Πάντα ἔμοιγε ἄλογα * ταῦτ' εἶναι φαίνεται. B

ΞΕ. Καὶ τὸ κινούμενον δὴ καὶ κίνησιν ξυγχωρητέον ὡς ὄντα.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Ξυμβαίνει δ' οὖν *), ὦ Θεαίτητε, ἀκινήτων τε ὄντων **) νοῦν μηδενὶ περὶ μηδενὸς εἶναι μηδαμοῦ.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐὰν αὖ φερόμενα καὶ κινούμενα πάντ' εἶναι ξυγχωρῶμεν, καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ ταὐτὸν τοῦτο ἐκ τῶν ὄντων ἐξαιρήσομεν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως καὶ περὶ τὸ αὐτὸ δοκεῖ σοι χωρὶς στά*σεως γενέσθαι ποτ' ἄν; C

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Τί δ'; ἄνευ τούτων νοῦν καθορᾷς ὄντα ἢ γενόμενον ἂν καὶ ὁπουοῦν;

ΘΕΑΙ. Ἥκιστα.

ΞΕ. Καὶ μὴν πρός γε τοῦτον παντὶ λόγῳ μαχητέον, ὃς ἂν ἐπιστήμην ἢ φρόνησιν ἢ νοῦν ἀφανίζων ἰσχυρίζηται περί τινος ὁπῃοῦν.

ΘΕΑΙ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Τῷ δὴ φιλοσόφῳ καὶ ταῦτα μάλιστα τιμῶντι πᾶσα, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη διὰ ταῦτα μήτε τῶν ἓν ἢ καὶ τὰ πολλὰ εἴδη λεγόντων τὸ πᾶν ἑστηκὸς ἀπο*δέχεσθαι, D τῶν τε ***) αὖ πανταχῇ τὸ ὂν κινούντων μηδὲ τὸ παράπαν ἀκούειν, ἀλλά, κατὰ τὴν τῶν παίδων εὐχήν, ὅσα ἀκίνητα καὶ κεκινημένα, τὸ ὄν τε καὶ τὸ πᾶν ξυναμφότερα λέγειν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα.

ΞΕ. Τί δὴ οὖν; ἆρ' οὐκ ἐπιεικῶς ἤδη φαινόμεθα περιειληφέναι τῷ λόγῳ τὸ ὄν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

---

*) ἴσ. γοῦν.

**) ἴσ. ἀκινήτων τῶν ὄντων.

***) γρ. δέ.

Theae. Omnia haec mihi quidem non videntur consentanea esse.

Hosp. Id igitur quod movetur et motionem confitendum est vere esse.

Theae. Quidni?

Hosp. Efficitur certe, Theaetete, si immota sint ea quae exstant, nulli ulla de re usquam rationem inesse.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Atque etiam si agitari et moveri omnia concesserimus, hac quoque ratione idem hoc ex iis quae sunt eximemus.

Theae. Quomodo?

Hosp. Id quod eodem plane modo et ad idem se habet, num videtur tibi sine stabilitate umquam posse exsistere?

Theae. Nullo modo.

Hosp. Quid? sine his rationem num animadvertis esse vel fieri posse ulla de re?

Theae. Minime vero.

Hosp. Et certe quidem adversus hunc omni oratione pugnandum, qui scientiam vel prudentiam vel rationem de medio tollens affirmaverit quicquam quocumque modo.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Philosophum igitur et qui haec maximi aestimat necesse est, ut patet, his de caussis neque iis qui unam vel plures species ponunt assentiri dicentibus universum stare, neque omnino eos qui omni modo id quod est movent audire, sed, secundum puerorum votum, quaecumque et immota et mota sunt, ea et id quod est et universum utrumque appellare.

Theae. Verissime.

Hosp. Quid vero? nonne satis iam videmur comprehendisse oratione id quod est?

Theae. Sane quidem.

ΞΕ. Βαβαὶ μέντ' ἂν ἄρα, ὦ Θεαίτητε, ὥς μοι δοκοῦμεν νῦν αὐτοῦ γνώσεσθαι πέρι *) τὴν ἀπορίαν τῆς * σκέψεως! E

ΘΕΑΙ. Πῶς αὖ καὶ τί τοῦτ' εἴρηκας;

ΞΕ. Ὦ μακάριε, οὐκ ἐννοεῖς ὅτι νῦν ἐσμὲν ἐν ἀγνοίᾳ τῇ πλείστῃ περὶ αὐτοῦ, φαινόμεθα δέ τι λέγειν ἡμῖν αὐτοῖς;

ΘΕΑΙ. Ἐμοὶ γοῦν· ὅπῃ δ' αὖ λελήθαμεν οὕτως ἔχοντες, οὐ πάνυ ξυνίημι.

ΞΕ. Σκόπει δὴ σαφέστερον, εἰ ταῦτα νῦν ξυνομολογοῦντες * δικαίως ἂν ἐπερωτηθεῖμεν ἅπερ αὐτοὶ τότε ἠρω- 250
τῶμεν τοὺς λέγοντας εἶναι τὸ πᾶν θερμὸν καὶ ψυχρόν.

ΘΕΑΙ. Ποῖα; ὑπόμνησόν με.

ΞΕ. Πάνυ μὲν οὖν· καὶ πειράσομαί γε δρᾶν τοῦτο ἐρωτῶν σὲ καθάπερ ἐκείνους τότε, ἵνα ἅμα τι καὶ προΐωμεν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Εἶεν δή, κίνησιν καὶ στάσιν ἆρ' οὐκ ἐναντιώτατα λέγεις ἀλλήλοις;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Καὶ μὴν εἶναί γε ὁμοίως φῂς ἀμφότερα αὐτὰ καὶ ἑκάτερον.

ΘΕΑΙ. * Φημὶ γὰρ οὖν. B

ΞΕ. Ἆρα κινεῖσθαι λέγων ἀμφότερα καὶ ἑκάτερον, ὅταν εἶναι ξυγχωρῇς;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Ἀλλ' ἑστάναι σημαίνεις λέγων αὐτὰ ἀμφότερα εἶναι;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Τρίτον ἄρα τι παρὰ ταῦτα τὸ ὂν ἐν τῇ ψυχῇ τιθείς, ὡς ὑπ' ἐκείνου τήν τε στάσιν καὶ τὴν κίνησιν περιεχομένην, ξυλλαβὼν καὶ ἀπιδὼν αὐτῶν πρὸς τὴν τῆς οὐσίας κοινωνίαν, οὕτως εἶναι προςεῖπας ἀμφότερα.

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύομεν ὡς ἀλη*θῶς τρίτον ἀπομαντεύεσθαί τι τὸ ὄν, ὅταν κίνησιν καὶ στάσιν εἶναι λέγωμεν. C

---

*) ἴσ. Βαβαί, ὦ Θεαίτητε, ὥς μοι δοκοῦμεν νῦν αὐτοῦ γνώσεσθαι πέρι μηδὲν ἀλλ' ἢ τὴν ἀπορία τ. σ.

Hosp. Papae, Theaetete, quam mihi videmur nunc nihil aliud de hoc perſpectum habituri eſſe niſi quaeſtionis difficultatem!

Theae. Quomodo rurſus et quale hoc dixiſti?

Hoſp. O egregie, non intelligis nos nunc in maxima illius verſari ignorantia, videri autem nobismet ipſis aliquid dicere?

Theae. Mihi ſane videmur; quomodo autem factum ſit ut inſcientes ita habeamus, non ſatis perſpicio.

Hoſp. Vide dum accuratius, num haec nunc concedentes iure poſſimus interrogari ea quae ipſi tum interrogavimus eos qui dicunt eſſe univerſum calidum et frigidum.

Theae. Qualia? in memoriam mihi reduc.

Hoſp. Sane quidem, et conabor hoc facere te interrogans quemadmodum illos tum, ut ſimul aliquid progrediamur.

Theae. Recte.

Hoſp. Iam motionem et ſtabilitatem nonne maxime dicis inter ſe contrarias eſſe?

Theae. Quidni dicam?

Hoſp. Atque etiam eſſe pariter dicis utrasque et ſingulas.

Theae. Dico vero.

Hoſp. Num moveri dicis utrasque et ſingulas, ſi eſſe eas ponis?

Theae. Minime vero.

Hoſp. Sed ſtare eas declaras dicens utrasque eſſe?

Theae. Quidni?

Hoſp. Ut tertium igitur aliquid praeter has id quod eſt animo complectens, quod quidem et ſtabilitatem et motionem contineat, utrasque comprehendens et reſpiciens earum cum eo quod eſt communitatem, ita eſſe dicis utrasque.

Theae. Videmur revera ut tertium quid divinare id quod eſt, ſi motionem et ſtabilitatem eſſe ponimus.

ΞΕ. Οὐκ ἄρα κίνησις καὶ στάσις ἐστὶ ξυναμφότερον τὸ ὄν, ἀλλ' ἕτερον δή τι τούτων.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΞΕ. Κατὰ τὴν αὑτοῦ *) φύσιν ἄρα τὸ ὂν οὔτε ἕστηκεν οὔτε κινεῖται.

ΘΕΑΙ. Σχεδόν.

ΞΕ. Ποῖ δὴ χρὴ **) τὴν διάνοιαν ἔτι τρέπειν τὸν βουλόμενον ἐναργές τι περὶ αὐτοῦ παρ' ἑαυτῷ βεβαιώσασθαι;

ΘΕΑΙ. Ποῖ γάρ;

ΞΕ. Οἶμαι μὲν οὐδαμόσε ἔτι ῥᾴδιον. εἰ γάρ τι μὴ * κινεῖται, πῶς οὐχ ἕστηκεν; ἢ τὸ μηδαμῶς ἑστὸς πῶς D
οὐκ αὖ κινεῖται; τὸ δὲ ὂν ἡμῖν νῦν ἐκτὸς τούτων ἀμφοτέρων ἀναπέφανται· ἦ δυνατὸν οὖν τοῦτο;

ΘΕΑΙ. Πάντων μὲν οὖν ἀδυνατώτατον.

ΞΕ. Τόδε τοίνυν μνησθῆναι δίκαιον ἐπὶ τούτοις.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὅτι τοῦ μὴ ὄντος ἐρωτηθέντες τοὔνομα ἐφ' ὅ τί ποτε δεῖ φέρειν, πάσῃ ξυνεσχόμεθα ***) ἀπορίᾳ· μέμνησαι;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Μῶν οὖν ἐν ἐλάττονί τινι νῦν ἐσμὲν ἀπορίᾳ * περὶ τὸ ὄν; E

ΘΕΑΙ. Ἐμοὶ μέν, ὦ ξένε, εἰ δυνατὸν εἰπεῖν, ἐν πλείονι φαινόμεθα.

ΞΕ. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἐνταῦθα κείσθω διηπορημένον· ἐπειδὴ δὲ ἐξ ἴσου τό τε ὂν καὶ τὸ μὴ ὂν ἀπορίας μετειλήφατον, νῦν ἐλπὶς ἤδη, καθάπερ ἂν αὐτῶν θάτερον εἴτε ἀμυδρότερον εἴτε σαφέστερον ἀναφαίνηται, καὶ θάτερον οὕτως ἀναφαίνεσθαι ****)· καὶ ἐὰν αὖ μηδέτερον ἰδεῖν δυνώ*μεθα, τὸν γοῦν λόγον ὅπῃπερ ἂν οἷοί τε ὦμεν εὐ- 251
πρεπέστατα διωσόμεθα †) οὕτως ἀμφοῖν ἅμα.

ΘΕΑΙ. Καλῶς.

---

*) ἄλλ. αὐτοῦ. **) γρ. Ποῖ χρή.
***) γρ. συνεχόμεθα, ἄλλ. συνειχόμεθα.
****) ἴσ. ἀναφανεῖσθαι. †) ἴσ. διωξόμεθα.

Hosp. Neque igitur motio et ſtabilitas utraque coniuncta eſt id quod eſt, ſed diverſum quid ab illis.

Theae. Videtur.

Hosp. Secundum ſuam ergo propriam naturam id quod eſt neque ſtat neque movetur.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Quonam oportet mentem iam convertere eum qui certi aliquid de eo voluerit cum animo ſtatutum habere?

Theae. Quonam ſane potuerit?

Hosp. Arbitror nusquam iam facile eſſe. nam ſi quid non movetur, quidni ſtet? vel quod nullo modo ſtat, quidni contra moveatur? id vero quod eſt nunc extra haec utraque comparuit: num fieri hoc poteſt?

Theae. Omnium vero minime.

Hosp. Hoc autem nos meminiſſe praeterea par eſt.

Theae. Quale iſtud?

Hosp. Quum quaereretur ex nobis cuinam eius quod non eſt nomen oporteret attribui, in omnem nos dubitationem adductos eſſe; meminiſtine?

Theae. Quidni meminerim?

Hosp. Numquid in minore nunc verſamur dubitatione de eo quod eſt?

Theae. Mihi quidem, hoſpes, ſi dici poteſt, in maiore videmur verſari.

Hosp. Hoc igitur hic poſitum eſto ambiguum; quoniam vero id quod eſt et id quod non eſt aequales habent partes dubitationis, nunc iam ſpes eſt fore ut, ſicut alterum eorum ſive obſcurius ſive clarius eluceat, etiam alterum ita eluceat; et neutrum ſi perſpicere potuerimus, orationem certe quam decentiſſime potuerimus de utroque ſimul perſequemur.

Theae. Praeclare.

ΞΕ. Λέγωμεν δὴ καθ' ὅντινά ποτε τρόπον πολλοῖς ὀνόμασι ταὐτὸν τοῦτο ἑκάστοτε προσαγορεύομεν.

ΘΕΑΙ. Οἷον δή τί; παράδειγμα εἰπέ.

ΞΕ. Λέγομεν ἄνθρωπον *) δήπου πόλλ' ἄττα ἐπονομάζοντες, τά τε χρώματα ἐπιφέροντες αὐτῷ καὶ τὰ σχήματα καὶ μεγέθη καὶ κακίας καὶ ἀρετάς, ἐν οἷς πᾶσι καὶ ἑτέροις μυρίοις οὐ μόνον * ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναί φαμεν, B ἀλλὰ καὶ ἀγαθὸν καὶ ἕτερα ἄπειρα, καὶ τἆλλα δὴ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὕτως ἓν ἕκαστον ὑποθέμενοι πάλιν αὐτὸ πολλὰ καὶ πολλοῖς ὀνόμασι λέγομεν.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΞΕ. Ὅθεν γε, οἶμαι, τοῖς τε νέοις καὶ τῶν γερόντων τοῖς ὀψιμαθέσι θοίνην παρεσκευάκαμεν· εὐθὺς γὰρ ἀντιλαβέσθαι παντὶ πρόχειρον ὡς ἀδύνατον τά τε πολλὰ ἓν καὶ τὸ ἓν πολλὰ εἶναι, καὶ δήπου χαίρουσιν οὐκ ἐῶντες ἀγαθὸν λέγειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀγαθόν, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἄνθρω*πον. ἐντυγχάνεις γάρ, ὦ Θεαίτητε, ὡς C ἐγῷμαι, πολλάκις τὰ τοιαῦτα ἐσπουδακόσιν, ἐνίοτε πρεσβυτέροις ἀνθρώποις καὶ ὑπὸ πενίας τῆς περὶ φρόνησιν κτήσεως τὰ τοιαῦτα τεθαυμακόσι, καὶ δή τι καὶ πάνσοφον οἰομένοις τοῦτ' αὐτὸ ἀνευρηκέναι.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἵνα τοίνυν πρὸς ἅπαντας ἡμῖν ὁ λόγος ᾖ τοὺς πώποτε περὶ οὐσίας καὶ ὁτιοῦν διαλεχθέντας, ἔστω καὶ πρὸς τούτους * καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, ὅσοις ἔμπροσθεν D διειλέγμεθα, τὰ νῦν ὡς ἐν ἐρωτήσει λεχθησόμενα.

ΘΕΑΙ. Τὰ ποῖα δή;

ΞΕ. Πότερον μήτε τὴν οὐσίαν κινήσει καὶ στάσει προσάπτωμεν μήτε ἄλλο ἄλλῳ μηδὲν μηδενί, ἀλλ' ὡς ἄμικτα ὄντα καὶ ἀδύνατα μεταλαμβάνειν ἀλλήλων οὕτως αὐτὰ ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν λόγοις τιθῶμεν; ἢ πάντα εἰς ταὐτὸν ξυνάγωμεν ὡς δυνατὰ ἐπικοινωνεῖν ἀλλήλοις; ἢ τὰ μέν,

---

*) Io. ἄνθρωπον ἕνα.

Hosp. Dicamus igitur quo tandem pacto multis nominibus idem hoc ſemper nuncupemus.

Theae. Quale iſtud? exemplum profer.

Hosp. Dicimus hominem ſcilicet unum, multa ei nomina imponentes, colores ei attribuentes et figuras et magnitudines et pravitates et virtutes; quibus omnibus aliisque ſexcentis non ſolum hominem eum eſſe declaramus, verum etiam bonum aliaque innumerabilia, et reliqua quoque eadem hac ratione unum quodque ſumentes rurſus multa id multisque nominibus appellamus.

Theae. Vera dicis.

Hosp. Unde quidem, opinor, iuvenibus et ſenibus qui ſero diſcere coeperunt epulum paravimus: ſtatim enim hoc arripere ad reprehendendum cuivis in promptu eſt, contendenti fieri non poſſe ut multa unum et unum multa ſit, ac nimirum gaudent non ſinentes bonum dici hominem, ſed bonum affirmantes eſſe bonum, hominem vero hominem. offendis enim, Theaetete, ut arbitror, ſaepenumero tales qui ad haec ſtudium contulerunt, nonnunquam ſeniores homines et qui propter inopiam ſapientiae tales res admirantur, atque etiam perſapiens quid ſe autumant hoc ipſum excogitaſſe.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Ut igitur cum omnibus oratio a nobis habeatur qui umquam de eo quod eſt quicquam diſſeruerunt, ſunto et his et reliquis omnibus quibuscum ſupra colloquuti ſumus haec nunc interrogando dicta.

Theae. Qualia tandem?

Hosp. Utrum neque id quod eſt motioni et ſtabilitati attribuamus neque ullam aliam rem ulli alii, ſed neque mixtas eſſe neque poſſe inter ſe quicquam communicare noſtra ratione ponamus? an omnia in unum conducamus quippe inter quae communitas poſſit eſſe?

τὰ δὲ μή; Τούτων, ὦ Θεαίτητε, τί ποτ' ἂν προ*αιρεῖσθαι E
τούτους φήσαιμεν;

ΘΕΑΙ. Ἐγὼ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν οὐδὲν ἔχω πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι. τί οὖν οὐ καθ' ἓν ἀποκρινόμενος *) ἐφ' ἑκάστου τὰ ξυμβαίνοντα ἐσκέψω;

ΞΕ. Καλῶς λέγεις, καὶ τιθῶμέν γε αὐτοὺς λέγειν, εἰ βούλει, πρῶτον μηδενὶ μηδὲν μηδεμίαν δύναμιν ἔχειν κοινωνίας εἰς μηδέν. οὐκοῦν κίνησίς τε καὶ στάσις οὐδαμῇ μεθέξετον οὐσίας;

ΘΕΑΙ. * Οὐ γὰρ οὖν; 252

ΞΕ. Τί δέ; ἔσται πότερον αὐτῶν οὐσίας μὴ προσκοινωνοῦν;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔσται.

ΞΕ. Ταχὺ δὴ ταύτῃ γε τῇ ξυνομολογίᾳ πάντα ἀνάστατα γέγονεν, ὡς ἔοικεν, ἅμα τε τῶν τὸ πᾶν κινούντων καὶ τῶν ὡς ἓν ἱστάντων καὶ ὅσοι κατ' εἴδη τὰ ὄντα κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχοντα εἶναί φασιν ἀεί. πάντες γὰρ οὗτοι τό γε εἶναι προσάπτουσιν, οἱ μὲν ὄντως κινεῖσθαι λέγοντες, οἱ δὲ ὄντως ἑστηκότα εἶναι.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Καὶ μὴν καὶ ὅσοι τοτὲ μὲν ξυν*τιθέασι τὰ πάν- B
τα, τοτὲ δὲ διαιροῦσιν, εἴτε εἰς ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς ἄπειρα εἴτε εἰς πέρας ἔχοντα στοιχεῖα διαιρούμενοι καὶ ἐκ τούτων ξυντιθέντες, ὁμοίως μὲν ἐὰν ἐν μέρει τοῦτο τιθῶσι γιγνόμενον, ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν ἀεί, κατὰ πάντα ταῦτα λέγοιεν ἂν οὐδέν, εἴπερ μηδεμία ἔστι ξύμμιξις.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ἔτι τοίνυν ἂν αὐτοὶ πάντων καταγελαστότατα μετίοιεν τὸν λόγον οἱ μηδὲν ἐῶντες κοινωνίᾳ παθήματος ἑτέρου θάτερον προσαγορεύειν.

ΘΕΑΙ. * Πῶς; C

ΞΕ. Τῷ τε εἶναί που περὶ πάντα ἀναγκάζονται χρῆσθαι καὶ τῷ χωρὶς καὶ τῷ ἄλλων καὶ τῷ καθ' αὑτὸ καὶ μυρίοις ἑτέροις, ὧν ἀκρατεῖς ὄντες εἴργεσθαι καὶ

---

*) γρ. ἀποκρινόμενον.

an alia, alia non? Ex his, Theaetete, quidnam electuros esse illos dicamus?

Theae. Equidem nihil habeo quod illorum nomine ad haec respondeam. quin tu ad singula respondens cuiusque consequentia exploras?

Hosp. Praeclare dicis, et sumamus eos dicere, si vis, primum nihil esse quod ullam habeat facultatem cum ulla re quicquam communicandi. nonne igitur motio et stabilitas nullas eius quod est partes habebunt?

Theae. Minime vero.

Hosp. Quid? num erit alterutrum eorum si nullas habebit eius quod est partes?

Theae. Non erit.

Hosp. Protinus hac quidem assensione omnia ad seditionem excitabuntur, ut patet, et eorum qui universum movent et eorum qui ut unum illud sistunt et quicumque secundum species ea quae sunt una et eadem semper ratione se habere dicunt. omnes enim hi id quod vere est attribuunt, alii vere moveri dicentes, alii vere stare.

Theae. Ita sane se habet.

Hosp. Quin etiam quicumque modo componunt omnia modo dividunt, sive in unum et ex uno in infinita sive in finita elementa dividentes exque his componentes, tam si alternis hoc ponunt fieri, quam si semper, his omnibus nihil dicent, siquidem nulla est communio.

Theae. Recte vero.

Hosp. Et illi quidem ratione omnium maxime deridenda explicabunt orationem suam, qui non sinunt ab alterius cuius particeps est affectione alterum denominari.

Theae. Quomodo?

Hosp. Verbo videlicet *esse* in omnibus coguntur uti et vocabulis *sine*, *alia*, *per se* aliisque innumerabilibus, quibus quum nequeant se abstinere quin ea con-

μὴ ξυνάπτειν ἐν τοῖς λόγοις οὐκ ἄλλων δέονται τῶν ἐξελεγξόντων, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον οἴκοθεν τὸν πολέμιον καὶ ἐναντιωσόμενον ἔχοντες, ἐντὸς ὑποφθεγγόμενον ὥςπερ τὸν ἄτοπον Εὐρυκλέα, περιφέροντες ἀεὶ πορεύονται.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ λέγεις ὅμοιόν * τε καὶ ἀληθές. D

ΞΕ. Τί δ', ἂν πάντα ἀλλήλοις ἐῶμεν δύναμιν ἔχειν [ἐπὶ] κοινωνίας;

ΘΕΑΙ. Τοῦτο μὲν οἷός τε κἀγὼ διαλύειν.

ΞΕ. Πῶς;

ΘΕΑΙ. Ὅτι κίνησίς τε αὐτὴ παντάπασιν ἵσταιτ' ἂν καὶ στάσις αὖ πάλιν αὐτὴ κινοῖτο, εἴπερ ἐπιγιγνοίσθην ἐπ' ἀλλήλοιν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γέ που ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις ἀδύνατον, κίνησίν τε ἵστασθαι καὶ στάσιν κινεῖσθαι;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τὸ τρίτον δὴ μόνον λοιπόν. *)

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἕν γέ * τι τούτων ἀναγκαῖον, ἢ πάντα E ἢ μηδὲν ἢ τὰ μὲν ἐθέλειν, τὰ δὲ μὴ ξυμμίγνυσθαι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Καὶ μὴν τά γε δύο ἀδύνατον εὑρέθη.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πᾶς ἄρα ὁ βουλόμενος ὀρθῶς ἀποκρίνεσθαι τὸ λοιπὸν τῶν τριῶν θήσει.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ὅτε δὴ τὰ μὲν ἐθέλει τοῦτο δρᾶν, τὰ δ' οὔ, σχεδὸν οἷον τὰ γράμματα * πεπονθότ' ἂν εἴη· καὶ γὰρ 253 ἐκείνων τὰ μὲν ἀναρμοστεῖ που πρὸς ἄλληλα, τὰ δὲ ξυναρμόττει.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τὰ δέ γε φωνήεντα διαφερόντως τῶν ἄλλων οἷον δεσμὸς διὰ πάντων κεχώρηκεν, ὥςτε ἄνευ τινὸς αὐτῶν ἀδύνατον ἁρμόττειν καὶ τῶν ἄλλων ἕτερον ἑτέρῳ.

---

*) γρ. ΘΕΑΙ. Ὅτι κίνησις — κινεῖσθαι. ΞΕ. Πῶς γὰρ οὔ; τὸ τρίτον — λοιπόν.

nectant in sermone, non aliis opus est qui eos refellant, sed, ut in proverbio est, domesticum habent hostem et adversarium, quem intus loquentem admirabilis instar Euryclis circumferentes semper incedunt.

Theae. Prorsus dicis simile quid ac verum.

Hosp. Quid vero, si omnia sinimus facultatem habere sua inter se communicandi?

Theae. Id quidem ego quoque possum redarguere.

Hosp. Quomodo?

Theae. Hoc, quod et motio ipsa prorsus staret et contra stabilitas ipsa moveretur, siquidem inter se coirent.

Hosp. Enimvero maximae vetant necessitates hoc fieri, ut motio stet et stabilitas moveatur.

Theae. Quidni vetent?

Hosp. Tertium igitur solum relinquitur.

Theae. Ita.

Hosp. Etenim unum quidem aliquid ex his necesse est, aut omnia aut nihil aut alia posse, alia non posse commisceri.

Theae. Quidni sit?

Hosp. Iam vero duo patuit fieri non posse.

Theae. Etiam.

Hosp. Quicumque ergo voluerit recte respondere, id quod reliquum est ex tribus illis ponet.

Theae. Sane quidem videtur.

Hosp. Iam si alia possunt hoc facere, alia non possunt, eadem ferme eorum quae litterarum erit ratio; nam harum etiam aliae inter se non concinunt, aliae vero concinunt.

Theae. Quippini?

Hosp. Atque vocales prae ceteris tamquam vinculum in omnes pertinent, ita ut sine aliqua earum nulla etiam alia cum alia possit congruere.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα γε.

ΞΕ. Πᾶς οὖν οἶδεν ὁποῖα ὁποίοις δυνατὰ κοινωνεῖν, ἢ τέχνης δει τῷ μέλλοντι δρᾶν ἱκανῶς αὐτά;

ΘΕΑΙ. Τέχνης.

ΞΕ. Ποίας;

ΘΕΑΙ. Τῆς γραμματικῆς.

ΞΕ. Τί δέ, περὶ τοὺς τῶν ὀξέων καὶ βαρέων * φθόγγους ἆρ' οὐχ οὕτως, ὁ μὲν τοὺς ξυγκεραννυμένους τε καὶ μὴ τέχνην ἔχων γιγνώσκειν μουσικός, ὁ δὲ μὴ ξυνιεὶς ἄμουσος; B

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Καὶ κατὰ τῶν ἄλλων δὴ τεχνῶν καὶ ἀτεχνιῶν τοιαῦτα εὑρήσομεν ἕτερα.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τί δ'; ἐπειδὴ καὶ τὰ γένη πρὸς ἄλληλα κατὰ ταὐτὰ μίξεως ἔχειν *) ὡμολογήκαμεν, ἆρ' οὐ μετ' ἐπιστήμης τινὸς ἀναγκαῖον διὰ τῶν λόγων πορεύεσθαι τὸν ὀρθῶς μέλλοντα δείξειν ποῖα ποίοις ξυμφωνεῖ τῶν γενῶν καὶ ποῖα ἄλληλα οὐ δέχεται; καὶ δὴ * καὶ διὰ πάντων εἰ ξυνέχοντα ταῦτ' ἐστίν, ὥστε ξυμμίγνυσθαι δυνατὰ εἶναι, καὶ πάλιν ἐν ταῖς διαιρέσεσιν, εἰ δι' ὅλων ἕτερα τῆς διαιρέσεως αἴτια; C

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐκ ἐπιστήμης δεῖ, καὶ σχεδόν γε ἴσως τῆς μεγίστης;

ΞΕ. Τί **) οὖν αὖ προσεροῦμεν, ὦ Θεαίτητε, ταύτην; ἢ πρὸς Διὸς ἐλάθομεν εἰς τὴν τῶν ἐλευθέρων ἐμπεσόντες ἐπιστήμην, καὶ κινδυνεύομεν ζητοῦντες τὸν σοφιστὴν πρότερον ἀνευρηκέναι τὸν φιλόσοφον;

ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ * μήτε ταὐτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι μήθ' ἕτερον ὂν ταὐτὸν μῶν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι; D

ΘΕΑΙ. Ναί, φήσομεν.

ΞΕ. Οὐκοῦν ὅ γε τοῦτο δυνατὸς δρᾶν μίαν ἰδέαν

---

*) ἴσ. μετέχειν.
**) ἄλλ. Τίν'.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Num vero quivis fcit quales cum qualibus poffint coniungi, an arte opus eft ei qui recte hoc facturus eft?

Theae. Arte.

Hosp. Quali?

Theae. Grammatica.

Hosp. Quid? nonne eadem eft in fonis acutis et gravibus ratio, ut, qui artem teneat cognofcendi qui coniungi poffint qui non poffint, muficus fit, qui eam non perceptam habeat, muficae ignarus?

Theae. Ita.

Hosp. Et in ceteris quoque artibus artiumque ignorationibus alia fimilia reperiemus.

Theae. Quidni?

Hosp. Quid vero? quoniam etiam genera inter fe eandem habere mixtionem conceffimus, nonne fcientia quadam neceffe eft orationem eius procedere qui recte fit oftenfurus qualia cum qualibus concinant generibus et qualia inter fe non recipiant? atque etiam num haec ita omnia contineant ut commifceri poffint, et rurfus in disiunctionibus, nam per omnia fint aliae disiunctionis caufae?

Theae. Quidni fcientia opus fit, et forfitan quidem maxima?

Hosp. Quomodo autem appellabimus, Theaetete, hanc? an per Iovem imprudentes in fcientiam ingenuorum incidimus et fortaffe quaerentes fophiften prius invenimus philofophum?

Theae. Quomodo dicis?

Hosp. In genera tribuere, neque eandem fpeciem diverfam exiftimare nec diverfam eandem, nonne dialecticae hoc dicemus artis effe?

Theae. Ita, dicemus.

Hosp. Nonne qui hoc poteft facere, unam formam

διὰ πολλῶν, ἑνὸς ἑκάστου κειμένου χωρὶς, πάντῃ διατεταμένην ἱκανῶς διαισθάνεται, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀλλήλων ὑπὸ μιᾶς ἔξωθεν περιεχομένας, καὶ μίαν αὖ δι' ὅλων πολλῶν ἐν ἑνὶ ξυνημμένην, καὶ πολλὰς χωρὶς πάντῃ διωρισμένας; τοῦτο δ' * ἔστιν, ᾗ τε κοινωνεῖν ἕκαστα δύναται καὶ ὅπῃ E
μή, διακρίνειν κατὰ γένος ἐπίστασθαι.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις, ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλῳ δοίη τις;

ΞΕ. Τὸν μὲν δὴ φιλόσοφον ἐν τοιούτῳ τινὶ τόπῳ καὶ νῦν καὶ ἔπειτα ἀνευρήσομεν, ἐὰν ζητῶμεν, ἰδεῖν μὲν χαλεπὸν * ἐναργῶς καὶ τοῦτον, ἕτερον μὴν τρόπον ἥ τε τοῦ σοφιστοῦ χαλεπότης ἥ τε τούτου.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ὁ μὲν ἀποδιδράσκων εἰς τὴν τοῦ μὴ ὄντος σκοτεινότητα, τριβῇ προςαπτόμενος αὐτῆς, διὰ τὸ σκοτεινὸν τοῦ τόπου κατανοῆσαι χαλεπος· ἦ γάρ;

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΞΕ. Ὁ δέ γε φιλόσοφος, τῇ τοῦ ὄντος ἀεὶ διὰ λογισμῶν προςκείμενος ἰδέᾳ, διὰ τὸ λαμπρὸν αὖ τῆς χώρας οὐδαμῶς εὐπετὴς ὀφθῆναι· τὰ γὰρ τῆς τῶν πολλῶν ψυχῆς ὄμματα καρτερεῖν * πρὸς τὸ θεῖον ἀφορῶντα ἀδύνατα. B

ΘΕΑΙ. Καὶ ταῦτα εἰκὸς οὐχ ἧττον ἐκείνων οὕτως ἔχειν.

ΞΕ. Οὐκοῦν περὶ μὲν τούτου καὶ τάχα *) ἐπισκεψόμεθα σαφέστερον, ἂν ἔτι βουλομένοις ἡμῖν ᾖ· περὶ δὲ τοῦ σοφιστοῦ που δῆλον ὡς οὐκ ἀνετέον, πρὶν ἂν ἱκανῶς αὐτὸν θεασώμεθα.

ΘΕΑΙ. Καλῶς εἶπες.

ΞΕ. Ὅτ' οὖν δὴ τὰ μὲν ἡμῖν τῶν γενῶν ὡμολόγηται κοινωνεῖν ἐθέλειν ἀλλήλοις, τὰ δὲ μή, καὶ τὰ μὲν ἐπ' ὀλίγον, τὰ δ' ἐπὶ πολλά, τὰ δὲ καὶ διὰ πάντων οὐδὲν κωλύειν

---

*) γρ. τούτου τάχα.

per multa, quonam unumquodque feparatum eft, usquequaque pertinentem probe perfpicit et multas inter fe diverfas, quas una extrinsecus continet, atque unam rurfus per omnia multa cum uno colligatam, et multas usquequaque feparatas? hoc vero eft, quomodo quaeque inter fe coniungi queant et quomodo nequeant, generatim poffe discernere.

Theae. Prorfus ita habet.

Hofp. At vero dialecticam artem nulli alii tribues, ut arbitror, nifi ei qui fincere et vere philofophatur.

Theae. Quomodo enim alii quis eam tribuat?

Hofp. Philofophum igitur in tali quadam regione et nunc et poftea reperiemus, fi quaeramus, fpectatu quidem clare difficilem etiam hunc, ita tamen ut alia fit fophiftae difficultas ac philofophi.

Theae. Quomodo?

Hofp. Ille quidem aufugiens in eius quod non eft obfcuritatem, quam confuetudine attingit, propter obfcuram hanc regionem perfpectu eft difficilis; nonne?

Theae. Patet.

Hofp. Philofophus contra, in eius quod eft femper cogitando defixus fpecie, propter loci fplendorem nequaquam proclivis eft vifu; multitudinis enim mentis oculi fustinere divini adfpectum nequeunt.

Theae. Haec vero confentaneum eft non minus quam illa fe ita habere.

Hofp. Iam de hoc quidem etiam mox videbimus accuratius, fi adhuc nobis placuerit; de fophifta autem, patet non remittendum effe prius quam fatis eum perfpexerimus.

Theae. Praeclare dicis.

Hofp. Iam vero quoniam alia genera conceffum nobis eft inter fe poffe coniungi, alia non poffe, et alia quidem cum paucis, alia vero cum multis, nonnulla etiam per omnia nihil impedire quominus cum omni-

τοῖς πᾶσι κεκοινωνηκέναι, τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ξυνεπισπώμεθα τῷ λόγῳ τῇδε σκοποῦντες, μὴ περὶ πάντων τῶν εἰδῶν, ἵνα μὴ ταραττώμεθα ἐν πολλοῖς, ἀλλὰ προελόμενοι τῶν μεγίστων λεγομένων ἄττα, πρῶτον μὲν ποῖα ἕκαστά ἐστιν, ἔπειτα κοινωνίας ἀλλήλων πῶς ἔχει δυνάμεως, ἵνα τό τε ὂν καὶ μὴ ὂν εἰ μὴ πάσῃ σαφηνείᾳ δυνάμεθα λαβεῖν, ἀλλ' οὖν λόγου γε ἐνδεεῖς μηδὲν γιγνώμεθα περὶ αὐτῶν, καθ' ὅσον ὁ τρόπος ἐνδέχεται τῆς νῦν σκέψεως, ἐὰν ἄρα ἡμῖν πῃ παρεικάθῃ τὸ μὴ * ὂν λέγουσιν ὡς ἔστιν ὄντως μὴ ὂν ἀθῴοις ἀπαλλάττειν. C D

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν χρή.

ΞΕ. Μέγιστα μὴν τῶν γενῶν, ἃ νῦν δὴ διῇμεν, τό τε ὂν αὐτὸ καὶ στάσις καὶ κίνησις.

ΘΕΑΙ. Πολύ γε.

ΞΕ. Καὶ μὴν τώ γε δύο φαμὲν αὐτοῖν ἀμίκτω πρὸς ἀλλήλω.

ΘΕΑΙ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Τὸ δέ γε ὂν μικτὸν ἀμφοῖν· ἐστὸν γὰρ ἄμφω που.

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τρία δὴ γίγνεται ταῦτα.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκοῦν αὐτῶν ἕκαστον τοῖν μὲν δυοῖν ἕτερόν ἐστιν, αὐτὸ δ' ἑαυτῷ ταὐτόν;

ΘΕΑΙ. Οὕτως. E

ΞΕ. Τί ποτ' αὖ νῦν οὕτως εἰρήκαμεν τό τε ταὐτὸν καὶ θάτερον; πότερα δύο γένη τινὲ αὐτώ *), τῶν μὲν τριῶν ἄλλω, ξυμμιγνυμένω μὴν ἐκείνοις ἐξ ἀνάγκης ἀεί, καὶ περὶ πέντε, ἀλλ' οὐ περὶ τριῶν ὡς ὄντων αὐτῶν σκεπτέον, ἢ τό τε ταὐτὸν τοῦτο καὶ θάτερον ὡς * ἐκείνων τι προσαγορεύοντες λανθάνομεν ἡμᾶς αὐτούς; 255

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΞΕ. Ἀλλ' οὔ τι μὴν κίνησίς γε καὶ στάσις οὔθ' ἕτερον οὔτε ταὐτόν ἐστιν.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

---

*) γρ. αὐτοῖν.

bus coniuncta ſint, deinceps ſequamur orationem non omnes formas ſpectantes ut ne confundamur multis, ſed eligentes ex iis quae maximae dicuntur aliquas; et primo quidem quales quaeque ſint, deinde qualem habeant inter ſe coniungendi facultatem, ut de eo quod eſt et de eo quod non eſt, ſi non omni ea perſpicuitate potuerimus comprehendere, explicatione tamen non careamus, quantum ratio patitur eius quam nunc habemus quaeſtionis: ſi forte nobis liceat id quod non eſt dicentibus vere non eſſe impune diſcedere.

Theae. Sane neceſſe eſt.

Hoſp. Maxima vero generum de quibus nunc expoſuimus ſunt eſſentia per ſe, ſtabilitas et motio.

Theae. Omnino haec ſunt.

Hoſp. Atque duo dicimus ex illis inter ſe non miſceri.

Theae. Sane quidem.

Hoſp. Eſſentiam vero miſceri cum ambobus; ſunt enim certe ambo.

Theae. Quidni ſint?

Hoſp. Tria igitur haec reperiuntur.

Theae. Tria vero.

Hoſp. Nonne quodque eorum a duobus alteris diverſum eſt, per ſe vero unum et idem?

Theae. Ita.

Hoſp. Quid tandem rurſus hoc diximus de eodem et diverſo? utrum duo genera quaedam haec ſunt, a tribus illis diverſa quidem, neceſſario autem cum eis coniuncta, ut de quinque, non de tribus generibus nobis quaerendum ſit, an hoc idem et diverſum, tamquam aliquid ad illa pertinens, inſcientes diximus?

Theae. Fortaſſe.

Hoſp. At vero neutiquam motio et ſtabilitas neque diverſae neque eaedem ſunt.

Theae. Quomodo?

ΞΕ. Ὅ τιπερ ἂν κοινῇ προςείπωμεν κίνησιν καὶ στάσιν, τοῦτο οὐδέτερον αὐτοῖν οἷόν τε εἶναι.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Κίνησίς τε στήσεται καὶ στάσις αὖ κινηθήσεται· περὶ γὰρ ἀμφότερα θάτερον ὁποτερονοῦν γιγνόμενον αὐτοῖν ἀναγκάσει μεταβάλλειν αὖ θάτερον ἐπὶ τοὐναντίον τῆς αὑτοῦ φύσεως, ἅτε * μετασχὸν τοῦ ἐναντίου. B

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ γε.

ΞΕ. Μετέχετον μὴν ἄμφω ταὐτοῦ καὶ θατέρου.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν λέγωμεν κίνησίν γ' εἶναι ταὐτὸν ἢ θάτερον, μηδ' αὖ στάσιν.

ΘΕΑΙ. Μὴ γάρ.

ΞΕ. Ἀλλ' ἆρα τὸ ὂν καὶ τὸ ταὐτὸν ὡς ἕν τι διανοητέον ἡμῖν;

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΞΕ. Ἀλλ' εἰ τὸ ὂν καὶ τὸ ταὐτὸν μηδὲν διάφορον σημαίνετον, κίνησιν αὖ πάλιν καὶ στάσιν ἀμφότερα εἶναι λέγοντες ἀμφότερα οὕτως αὐτὰ ταὐτὸν ὡς ὄντα προςε*ροῦμεν. C

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ἀδύνατον.

ΞΕ. Ἀδύνατον ἄρα ταὐτὸν καὶ τὸ ὂν ἓν εἶναι.

ΘΕΑΙ. Σχεδόν.

ΞΕ. Τέταρτον δὴ πρὸς τοῖς τρισὶν εἴδεσιν εἶδος τὸ ταὐτὸν τιθῶμεν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ θάτερον ἆρα ἡμῖν λεκτέον πέμπτον, ἢ τοῦτο καὶ τὸ ὂν ὡς δύ' ἄττα ὀνόματα ἐφ' ἑνὶ γένει διανοεῖσθαι δεῖ;

ΘΕΑΙ. Τάχ' ἄν.

ΞΕ. Ἀλλ' οἶμαί σε ξυγχωρεῖν τῶν ὄντων τὰ μὲν αὐτὰ καθ' αὑτά, τὰ δὲ πρὸς ἄλληλα *) ἀεὶ λέγεσθαι.

ΘΕΑΙ. Τί δ' οὔ;

ΞΕ. * Τὸ δ' ἕτερον ἀεὶ πρὸς ἕτερον· ἦ γάρ; D

---

*) γρ. ἄλλα.

Hosp. Id quod communiter attribuimus motioni et stabilitati, id neutra potest earum esse.

Theae. Qui autem?

Hosp. Motio stabit, stabilitas contra movebitur; altera enim utracumque earum in utraque versans coget etiam alteram in contrariam sui naturam vertere, quippe quae coniuncta sit cum contraria.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Coniunctae vero ambae sunt cum eodem et diverso.

Theae. Etiam.

Hosp. Ne igitur dicamus motionem esse idem vel diversum, neque stabilitatem.

Theae. Ne dicamus.

Hosp. Num vero id quod est et idem cogitandum nobis unum aliquod esse?

Theae. Fortasse.

Hosp. Iam si id quod est et idem nihil diversi significant, motionem rursus et stabilitatem dum ponemus utramque esse, ambas, quia sunt, easdem dicemus esse.

Theae. At hoc quidem fieri nequit.

Hosp. Fieri igitur nequit ut idem et id quod est unum sint.

Theae. Ita fere est.

Hosp. Quartam igitur ad tres illas species speciem idem ponamus?

Theae. Sane quidem.

Hosp. Quid vero? diversum num nobis dicendum est quintum, an hoc et id quod est duo unius generis vocabula existimari oportet?

Theae. Forsitan.

Hosp. At arbitror te concedere rerum quae sint alias ipsas per se, alias inter se collatas semper dici.

Theae. Quidni dicantur?

Hosp. Aliud vero semper ad aliud: nonne?

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐκ ἄν, εἴ γε τὸ ὂν καὶ τὸ θάτερον μὴ πάμπολυ διεφερέτην· ἀλλ' εἴπερ θάτερον ἀμφοῖν μετεῖχε τοῖν εἰδοῖν ὥσπερ τὸ ὄν, ἦν ἄν ποτέ τι καὶ τῶν ἑτέρων ἕτερον οὐ πρὸς ἕτερον· νῦν δὲ ἀτεχνῶς ἡμῖν, ὅ τιπερ ἂν ἕτερον ᾖ, ξυμβέβηκεν ἐξ ἀνάγκης ἑτέρου τοῦτο ὅπερ ἐστὶν εἶναι.

ΘΕΑΙ. Λέγεις, καθάπερ ἔχει.

ΞΕ. Πέμπτον δὴ τὴν θατέρου φύσιν λεκτέον ἐν τοῖς εἴδεσιν οὖσαν, ἐν οἷς προαιρού*μεθα. E

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ διὰ πάντων γε αὐτὴν αὐτῶν φήσομεν εἶναι διεληλυθυῖαν· ἓν ἕκαστον γὰρ ἕτερον εἶναι τῶν ἄλλων οὐ διὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ μετέχειν τῆς ἰδέας τῆς θατέρου.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ὧδε δὴ λέγωμεν ἐπὶ τῶν πέντε καθ' ἓν ἀναλαμβάνοντες.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Πρῶτον μὲν κίνησιν, ὡς ἔστι παντάπασιν ἕτερον στάσεως· ἢ πῶς λέγομεν;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐ στάσις ἄρ' ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Ἔστι δέ γε * διὰ τὸ μετέχειν τοῦ ὄντος. 256

ΘΕΑΙ. Ἔστιν.

ΞΕ. Αὖθις δὴ πάλιν ἡ κίνησις ἕτερον ταὐτοῦ ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Σχεδόν.

ΞΕ. Οὐ ταὐτὸν ἄρα ἐστίν.

ΘΕΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν αὕτη γ' *) ἦν ταὐτὸν διὰ τὸ μετέχειν αὖ πάντ' αὐτοῦ.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Τὴν κίνησιν δὴ ταὐτόν τ' εἶναι καὶ μὴ ταὐτὸν

---

*) ἴσ. αὖ πῄ γ'.

Theae. Ita.

Hosp. Non sane, nisi id quod est et diversum permultum differrent, sed si diversum utriusque particeps esset formae, quemadmodum id quod est, esset quandoque aliquid eorum quae alia sunt aliud non ad aliud; nunc autem omnino quicquid aliud est efficitur necessario alius hoc esse quod est.

Theae. Dicis ita, ut habet.

Hosp. Quintam igitur diversi naturam dicendum in iis esse formis quas elegimus.

Theae. Ita.

Hosp. Et per omnes quidem illas dicemus eam pertinere; unamquamque enim diversam esse a reliquis non per suam ipsam naturam, sed per coniunctionem cum specie diversi.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Ita igitur dicamus de quinque illis singulatim repetentes.

Theae. Quomodo?

Hosp. Primum quidem motionem esse prorsus diversam a stabilitate: an quomodo dicemus?

Theae. Ita.

Hosp. Ergo non est stabilitas?

Theae. Minime vero.

Hosp. Est autem per coniunctionem cum eo quod est.

Theae. Est vero.

Hosp. Rursus autem motio diversa est ab eodem.

Theae. Etiam.

Hosp. Non est ergo idem.

Theae. Minime vero.

Hosp. Iam vero etiam idem erat, propterea quod omnia cum hoc coniuncta sunt.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Motionem igitur et idem esse et non idem

ὁμολογητέον καὶ οὐ δυςχεραντέον· οὐ γὰρ ὅταν εἴπωμεν αὐτὴν ταὐτὸν καὶ μὴ ταὐτόν, ὁμοίως εἰρήκαμεν, ἀλλ' ὁπόταν μὲν ταὐτόν, διὰ τὴν μέθεξιν ταὐτοῦ * πρὸς αὐτὴν *) B οὕτω λέγομεν, ὅταν δὲ μὴ ταὐτόν, διὰ τὴν κοινωνίαν αὖ θατέρου, δι' ἣν ἀποχωριζομένη ταὐτοῦ γέγονεν οὐκ ἐκεῖνο, ἀλλ' ἕτερον, ὥςτε ὀρθῶς αὖ λέγεται πάλιν οὐ ταὐτόν.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν κἂν εἴ πῃ μετελάμβανεν αὐτὴ **) κίνησις στάσεως, οὐδὲν ἂν ἄτοπον ἦν στάσιμον αὐτὴν προςαγορεύειν;

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατά γε, εἴπερ τῶν γενῶν ξυγχωρησόμεθα τὰ μὲν ἀλλήλοις ἐθέλειν μίγνυσθαι, τὰ δὲ μή.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐπί γε * τὴν τούτου πρότερον ἀπόδειξιν ἢ τῶν νῦν ἀφικόμεθα, ἐλέγχοντες ὡς ἔστι κατὰ φύσιν ταύτῃ. C

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Λέγωμεν δὴ πάλιν· ἡ κίνησις ἐστιν ἕτερον τοῦ ἑτέρου, καθάπερ ταὐτοῦ τε ἦν ἄλλο καὶ τῆς στάσεως.

ΘΕΑΙ. Ἀναγκαῖον.

ΞΕ. Οὐχ ἕτερον ἄρ' ἐστί πῃ καὶ ἕτερον κατὰ τὸν νῦν δὴ λόγον.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Τί οὖν δὴ τὸ μετὰ τοῦτο; ἆρ' αὖ ***) τῶν μὲν τριῶν ἕτερον αὐτὴν φήσομεν εἶναι, τοῦ δὲ τετάρτου μὴ φῶμεν, ὁμολογήσαντες αὐτὰ εἶναι πέντε, περὶ ὧν καὶ ἐν * οἷς προὐθέμεθα σκοπεῖν; D

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς; ἀδύνατον γὰρ ξυγχωρεῖν ἐλάττω τὸν ἀριθμὸν τοῦ νῦν δὴ φανέντος.

ΞΕ. Ἀδεῶς ἄρα τὴν κίνησιν ἕτερον εἶναι τοῦ ὄντος διαμαχόμενοι λέγωμεν;

ΘΕΑΙ. Ἀδεέστατα μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν δὴ σαφῶς ἡ κίνησις ὄντως οὐκ ὄν ἐστι καὶ ὄν, ἐπείπερ τοῦ ὄντος μετέχει;

---

*) ἴσ. αὐτήν.

) ἴσ. αὖ ἡ. *) γρ. οὐ.

confitendum eſt nec averſandum; neque enim quum ponimus eam idem eſſe et non idem, pari id modo dicimus, ſed quum idem, ita dicimus, quia cum eodem ad ſe ipſa coniuncta eſt, quum vero non idem, propter communitatem cum diverſo, quà ſeparata ab eodem non hoc, ſed aliud exſiſtit: ut recte etiam dicatur non idem.

Theae. Sane quidem.

Hoſp. Nonne etiam, ſi qua coniuncta eſſet motio cum ſtabilitate, non abſurdum foret ſtabilem eam appellare?

Theae. Rectiſſime vero, ſiquidem generum confitebimur alia inter ſe poſſe miſceri, alia non poſſe.

Hoſp. At vero ad huius quidem rei demonſtrationem prius pervenimus quam ad huius de qua nunc quaerimus, probantes naturà ita eſſe.

Theae. Qui aliter?

Hoſp. Dicamus igitur rurſus: motio eſt diverſa a diverſo, quemadmodum ab eodem et a ſtatu diverſa erat.

Theae. Neceſſe eſt.

Hoſp. Non diverſa igitur eſt quodammodo et diverſa ex ea quam modo explanavimus ratione.

Theae. Vera.

Hoſp. Quid iam deinceps? num a tribus quidem illis diverſam eam dicemus eſſe, a quarto vero non dicemus, cum conceſſerimus quinque ea eſſe de quibus et in quibus faceremus quaeſtionem?

Theae. Quomodo autem? neque enim poſſumus concedere minorem numerum eo qui modo apparuit.

Hoſp. Fidenter ergo motionem diverſam eſſe ab eo quod eſt contendamus?

Theae. Fidentiſſime vero.

Hoſp. Nonne igitur manifeſto motio vere non eſt ſimulque eſt, quandoquidem particeps eſt eius quod eſt?

ΘΕΑΙ. Σαφέστατά γε.

ΞΕ. Ἔστιν ἄρα ἐξ ἀνάγκης τὸ μὴ ὂν ἐπί τε κινήσεως εἶναι καὶ κατὰ πάντα τὰ γένη· κατὰ πάντα γὰρ ἡ θατέρου φύσις ἕτερον ἀπεργαζομένη * τοῦ ὄντος ἕκαστον E οὐκ ὂν ποιεῖ, καὶ ξύμπαντα δὴ κατὰ ταὐτὰ οὕτως οὐκ ὄντα ὀρθῶς ἐροῦμεν, καὶ πάλιν, ὅτι μετέχει τοῦ ὄντος, εἶναί τε καὶ ὄντα.

ΘΕΑΙ. Κινδυνεύει.

ΞΕ. Περὶ ἕκαστον ἄρα τῶν εἰδῶν πολὺ μέν ἐστι τὸ ὄν, ἄπειρον δὲ πλήθει τὸ μὴ ὄν.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τὸ ὂν αὐτὸ τῶν ἄλλων * ἕτερον 257 εἶναι λεκτέον;

ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη.

ΞΕ. Καὶ τὸ ὂν ἄρ᾽ ἡμῖν, ὅσαπέρ ἐστι τὰ ἄλλα, κατὰ τοσαῦτα οὐκ ἔστιν· ἐκεῖνα γὰρ οὐκ ὂν ἓν μὲν αὐτό ἐστιν, ἀπέραντα δὲ τὸν ἀριθμὸν τἆλλα οὐκ ἔστιν αὖ.

ΘΕΑΙ. Σχεδὸν οὕτως.

ΞΕ. Οὐκοῦν δὴ καὶ ταῦτα οὐ δυσχεραντέον, ἐπείπερ ἔχει κοινωνίαν ἀλλήλοις ἡ τῶν γενῶν φύσις. εἰ δέ τις ταῦτα μὴ ξυγχωρεῖ, πείσας ἡμῶν τοὺς ἔμπροσθεν λόγους οὕτω πειθέτω τὰ μετὰ ταῦτα.

ΘΕΑΙ. Δικαιότατα εἴρηκας.

ΞΕ. Ἴδωμεν * δὴ καὶ τόδε. B

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὁπόταν τὸ μὴ ὂν λέγωμεν, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἐναντίον τι λέγομεν τοῦ ὄντος, ἀλλ᾽ ἕτερον μόνον.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οἷον ὅταν εἴπωμέν τι μὴ μέγα, τότε μᾶλλόν τί σοι φαινόμεθα τὸ σμικρὸν ἢ τὸ ἴσον δηλοῦν τῷ ῥήματι;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Οὐκ ἄρ᾽ ἐναντίον, ὅταν ἀπόφασις λέγηται, σημαίνειν ξυγχωρησόμεθα, τοσοῦτον δὲ μόνον, ὅτι τῶν ἄλ-

Theae. Manifestissime vero.

Hosp. Est igitur necessarium id quod non est et in motione esse et in omnibus generibus; in omnibus enim diversi natura diversum efficiens ab eo quod est unumquodque facit ut non sit, et cuncta iccirco eadem hac ratione non esse recte dicemus, et rursus, quia coniuncta sunt cum eo quod est, esse eadem.

Theae. Sane quidem ita videtur.

Hosp. In unaquaque ergo formarum late patet id quod est, innumerabile etiam id quod non est.

Theae. Consentaneum est.

Hosp. Nonne etiam id ipsum quod est a reliquis diversum esse dicendum?

Theae. Necesse est.

Hosp. Ergo etiam id quod est, quot sunt reliqua, totidem nobis non est; illa enim dum non est, unum quidem per se est, innumerabilia vero cetera non est.

Theae. Ita fere est.

Hosp. Itaque nec hoc aversandum, siquidem sua inter se communicat generum natura. sin quisquam haec non concesserit, is, quum persuaserit primo superioribus disputationibus, ita etiam persuadeto eis quae sequuntur.

Theae. Iustissime dicis.

Hosp. Videamus etiam hoc.

Theae. Quale?

Hosp. Quum id quod non est dicimus, non, ut patet, contrarii quid dicimus eius quod est, sed diversum tantum.

Theae. Quomodo?

Hosp. Veluti quum dicimus aliquid non magnum, tum magis tibi videmur parvum, quam aequale significare hoc verbo?

Theae. Qui autem videamur?

Hosp. Neque ergo, si negatio ponatur, contrarium eam significare concedemus, sed hoc tantum, in-

λων τί μηνύει τὸ μή καὶ τὸ οὔ προτιθέμενα τῶν ἐπιόντων ὀνομάτων, * μᾶλλον δὲ τῶν πραγμάτων, περὶ ἅττ' ἂν κέηται τὰ ἐπιφθεγγόμενα ὕστερον τῆς ἀποφάσεως ὀνόματα. C

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Τόδε δὲ διανοηθῶμεν, εἰ καὶ σοὶ ξυνδοκεῖ.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ἡ θατέρου μοι φύσις φαίνεται κατακεκερματίσθαι, καθάπερ ἐπιστήμη.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Μία μέν ἐστί που καὶ ἐκείνη, τὸ δ' ἐπί τῳ γιγνόμενον μέρος αὐτῆς ἕκαστον ἀφορισθὲν ἐπωνυμίαν ἴσχει τινὰ ἑαυτῆς ἰδίαν· διὸ πολλαὶ * τέχναι τ' εἰσὶ λεγόμεναι καὶ ἐπιστῆμαι. D

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τὰ τῆς θατέρου φύσεως μόρια μιᾶς οὔσης ταὐτὸν πέπονθε τοῦτο;

ΘΕΑΙ. Τάχ' ἄν· ἀλλ' ὅπῃ δὴ *) λέγωμεν.

ΞΕ. Ἔστι τῷ καλῷ τι θατέρου μόριον ἀντιτιθέμενον;

ΘΕΑΙ. Ἔστιν.

ΞΕ. Τοῦτ' οὖν ἀνώνυμον ἐροῦμεν ἢ τιν' ἔχον ἐπωνυμίαν;

ΘΕΑΙ. Ἔχον· ὃ γὰρ μὴ καλὸν ἑκάστοτε φθεγγόμεθα, τοῦτο οὐκ ἄλλου τινὸς ἕτερόν ἐστιν ἢ τῆς τοῦ καλοῦ φύσεως.

ΞΕ. Ἴθι νῦν τόδε μοι λέγε.

ΘΕΑΙ. * Τὸ ποῖον; E

ΞΕ. Ἄλλο τι τῶν ὄντων τινὸς γένους ἀφορισθὲν καὶ πρός τι τῶν ὄντων αὖ πάλιν ἀντιτεθὲν οὕτω ξυμβέβηκεν εἶναι τὸ μὴ καλόν;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ὄντος δὴ πρὸς ὂν ἡ ἀντίθεσις, ὡς ἔοικ', εἶναί τις **) ξυμβαίνει τὸ μὴ καλόν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα.

---

*) γρ. ΞΕ. Ἀλλά πῃ δὴ λ.
**) ἴσ. εἶναί πῃ.

dicare haec *ne* et *non* praepoſita diverſum quid a ſequentibus nominibus, vel potius a rebus de quibus uſurpata ſunt ea quae negationem excipiunt nomina.

Theae. Prorſus ita.

Hoſp. Hoc vero ſpectemus, num tibi quoque videatur.

Theae. Quidnam eſt iſtud?

Hoſp. Diverſi natura videtur discerpta eſſe, quemadmodum ſcientia.

Theae. Quomodo?

Hoſp. Una quidem eſt etiam haec, unaquaeque vero eius pars quae in aliqua re verſatur ſeparata nomen invenit proprium quoddam; quocirca multae et artes nominantur et ſcientiae.

Theae. Sane quidem.

Hoſp. Nonne etiam in diverſi naturae partes, licet una illa ſit, idem hoc cadit?

Theae. Forſitan; at quo pacto dicamus.

Hoſp. Eſtne pulchro diverſi pars aliqua oppoſita?

Theae. Eſt vero.

Hoſp. Hoc autem nomine carere dicemus, an nomen quoddam habere?

Theae. Habere: nam quodcumque non pulchrum dicimus, hoc ab alia nulla re diverſum eſt niſi a pulchri natura.

Hoſp. Age nunc hoc mihi dic.

Theae. Quale iſtud?

Hoſp. Nonne, quum ab eorum quae ſunt genere quopiam ſeparatur rurſusque alicui eorum quae ſunt opponitur, ita efficitur ut ſit non pulchrum?

Theae. Ita.

Hoſp. Eius igitur quod eſt ad id quod eſt oppoſitio, ut patet, eſt fere non pulchrum.

Theae. Rectiſſime.

ΞΕ. Τί οὖν; κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἄρα μᾶλλον μὲν τὸ καλὸν ἡμῖν ἐστὶ τῶν ὄντων, ἧττον δὲ τὸ μὴ καλόν;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΞΕ. Ὁμοίως ἄρα τὸ μὴ * μέγα καὶ τὸ μέγα αὐτὸ 258
εἶναι λεκτέον;

ΘΕΑΙ. Ὁμοίως.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τὸ μὴ δίκαιον τῷ δικαίῳ κατὰ ταὐτὰ θετέον πρὸς τὸ μηδέν τι μᾶλλον εἶναι θάτερον θατέρου;

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Καὶ τἄλλα δὴ ταύτῃ λέξομεν, ἐπείπερ ἡ θατέρου φύσις ἐφάνη τῶν ὄντων οὖσα· ἐκείνης δὲ οὔσης ἀνάγκη δὴ καὶ τὰ μόρια αὐτῆς μηδενὸς ἧττον ὄντα τιθέναι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΘΕΑΙ. Οὐκοῦν, ὡς ἔοικεν, ἡ τῆς θατέρου μορίου
φύσεως καὶ τῆς τοῦ ὄντος πρὸς * ἄλληλα ἀντικειμένων B
ἀντίθεσις οὐδὲν ἧττον, εἰ θέμις εἰπεῖν, αὐτοῦ τοῦ ὄντος οὐσία *) ἐστίν, οὐκ ἐναντίον ἐκείνῳ σημαίνουσα, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον, ἕτερον ἐκείνου.

ΘΕΑΙ. Σαφέστατά γε.

ΞΕ. Τίν' οὖν αὐτὴν προςείπωμεν;

ΘΕΑΙ. Δῆλον ὅτι τὸ μὴ ὄν, ὃ διὰ τὸν σοφιστὴν ἐζητοῦμεν, αὐτό ἐστι τοῦτο.

ΞΕ. Πότερον οὖν, ὥςπερ εἶπες, ἔστιν οὐδενὸς τῶν ἄλλων οὐσίας ἐλλειπόμενον, καὶ δεῖ θαῤῥοῦντα ἤδη λέγειν ὅτι τὸ μὴ ὂν βεβαίως ἐστὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἔχον, ὥςπερ
τὸ μέγα ἦν μέ*γα καὶ τὸ καλὸν ἦν καλὸν καὶ τὸ μὴ μέγα C
μὴ μέγα καὶ τὸ μὴ καλὸν μὴ καλόν **), οὕτω δὲ καὶ τὸ μὴ ὂν κατὰ ταὐτὸν ἦν τε καὶ ἔστι μὴ ὄν, ἐνάριθμον τῶν πολλῶν ὄντων εἶδος ἕν; ἤ τινα ἔτι πρὸς αὐτό, ὦ Θεαίτητε, ἀπιστίαν ἔχομεν;

ΘΕΑΙ. Οὐδεμίαν.

ΞΕ. Οἶςθ' οὖν ὅτι Παρμενίδῃ μακροτέρως τῆς ἀποῤῥήσεως ἠπιστήκαμεν;

---

*) ἄλλ. οὖσα.

**) γρ. καὶ τὸ μὴ μέγα καὶ τὸ μὴ καλόν.

Hosp. Quid? ex hac ratione num magis pulchrum nobis est eorum aliquid quae sunt, minus vero non pulchrum?

Theae. Nihilo magis.

Hosp. Pari ergo modo non magnum et ipsum magnum *esse* dicendum?

Theae. Pari modo.

Hosp. Nonne etiam de iniusto aeque atque iusto statuendum nihilo magis *esse* alterum altero?

Theae. Quidni ponendum sit?

Hosp. Et de reliquis quoque ita dicemus, siquidem diversi naturam patuit eorum esse quae sunt; illa videlicet quum sit, etiam partes eius non minus quam aliud quicquam esse ponamus oportet.

Theae. Quidni oporteat?

Hosp. Itaque, ut patet, natùrae partis alicuius ad diversi genus pertinentis et naturae eius quod est inter se oppositio nihilo minus est, si fas dictu, quam ipsum quod est, non contrarium quid illius significans, sed hoc tantum, diversum ab illo.

Theae. Manifestissime.

Hosp. Quomodo autem eam appellabimus?

Theae. Dubium non est quin quod non est, de quo propter sophisten quaesivimus, hoc ipsum sit.

Hosp. Utrum, quemadmodum dicebas, nulli aliarum quae sont rerum cedit et fidenter iam dici potest id quod non est firme esse suam habens naturam? nempe sicuti magnum erat magnum et pulchrum erat pulchrum et non magnum non magnum et non pulchrum non pulchrum, ita etiam id quod non est fuisse et esse quod non est, haud vulgarem multarum quae sunt formarum unam? an adhuc ei, Theaetete, diffidimus?

Theae. Nullo modo.

Hosp. Scin Parmenidi nos interdicto audientes non fuisse?

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Πλεῖον ἢ 'κεῖνος ἀπεῖπε σκοπεῖν, ἡμεῖς εἰς τὸ πρόσθεν ἔτι ζητήσαντες ἀπεδείξαμεν αὐτῷ.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ὅτι ὁ μὲν * πού φησιν D

Οὐ γὰρ μή ποτε τοῦτο δαῇς εἶναι μὴ ἐόντα,
Ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος εἶργε νόημα.

ΘΕΑΙ. Λέγει γὰρ οὖν οὕτως.

ΞΕ. Ἡμεῖς δέ γε οὐ μόνον ὡς ἔστι τὰ μὴ ὄντα ἀπεδείξαμεν, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶδος ὃ τυγχάνει ὂν τοῦ μὴ ὄντος ἀπεφηνάμεθα· τὴν γὰρ θατέρου φύσιν ἀποδείξαντες οὖσάν τε καὶ κατακεκερματισμένην ἐπὶ πάντα τὰ ὄντα πρὸς ἄλληλα, * τὸ πρὸς τὸ ὂν ἕκαστον μόριον αὐτῆς ἀντιτιθέ- E μενον ἐτολμήσαμεν εἰπεῖν ὡς αὐτὸ τοῦτό ἐστιν ὄντως τὸ μὴ ὄν.

ΘΕΑΙ. Καὶ παντάπασί γε, ὦ ξένε, ἀληθέστατά μοι δοκοῦμεν εἰρηκέναι.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν ἡμᾶς εἴπῃ τις ὅτι τοὐναντίον τοῦ ὄντος τὸ μὴ ὂν ἀποφαινόμενοι τολμῶμεν λέγειν ὡς ἔστιν· ἡμεῖς γὰρ περὶ μὲν ἐναντίου τινὸς αὐτῷ χαίρειν πάλαι λέγομεν, εἴτ' ἔστιν εἴτε μή, λόγον ἔχον ἢ καὶ παντάπασιν ἄλο*γον· ὃ δὲ νῦν εἰρήκαμεν εἶναι τὸ μὴ ὄν, ἢ πεισάτω 259 τις ὡς οὐ καλῶς λέγομεν ἐλέγξας, ἢ μέχριπερ ἂν ἀδυνατῇ, λεκτέον καὶ ἐκείνῳ καθάπερ ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ξυμμίγνυταί τε ἀλλήλοις τὰ γένη καὶ τό τε ὂν καὶ θάτερον διὰ πάντων καὶ δι' ἀλλήλων διεληλυθότα τὸ μὲν ἕτερον μετασχὸν τοῦ ὄντος ἔστι μὲν διὰ ταύτην τὴν μέθεξιν, οὐ μὴν ἐκεῖνό γε οὗ μετέσχεν, ἀλλ' ἕτερον, ἕτερον δὲ τοῦ ὄντος ὂν ἔστι σαφέστατα ἐξ ἀνάγκης εἶναι μὴ ὄν· τὸ δὲ ὂν αὖ θατέ*ρου μετειληφὸς ἕτερον τῶν ἄλλων ἂν εἴη γενῶν, ἕτε- B ρον δ' ἐκείνων ἁπάντων ὂν οὐκ ἔστιν ἕκαστον αὐτῶν οὐδὲ ξύμπαντα τὰ ἄλλα πλὴν αὐτό, ὥστε τὸ ὂν ἀναμφισβητήτως αὖ μυρία ἐπὶ μυρίοις οὐκ ἔστι, καὶ τἄλλα δὴ καθ' ἕκαστον οὕτω καὶ ξύμπαντα πολλαχῇ μὲν ἔστι, πολλαχῇ δ' οὐκ ἔστιν.

Theae. Qui tandem?

Hosp. Supra quam vetuit anquiri, nos etiam ulterius quaerentes ei demonstravimus.

Theae. Quomodo?

Hosp. Ille enim dicit:

Nam tu percipies numquam, quae non sint esse,
Sane via hac par est quaerendi avertere mentem.

Theae. Dicit sane ita.

Hosp. Nos autem non solum esse ea quae non sunt probavimus, verum etiam quaenam esset species eius quod non est declaravimus; diversi enim naturam probantes et esse et discerpi in omnia quae essent inter se, quamque eius partem ad id quod est oppositam ausi sumus dicere vere esse id quod non esset.

Theae. Et prorsus quidem, hospes, verissime mihi videmur dixisse.

Hosp. Ne igitur dicat quispiam nos contrarium eius quod est id quod non est declarantes audere dicere id esse: nos enim contrarium eius iamdiu valere iubemus, sive est sive non est, consentaneum aut a ratione prorsus aversum; quod autem nunc diximus esse, id quod non est, aut persuadeto quisquam non recte nos dicere refellendo, aut dum id nequit facere, dicendum etiam huic, quemadmodum nos dicimus, commisceri inter se genera et, quum id quod est et diversum per omnia et inter se pertineant, diversum quidem cum eo quod est coniunctum esse per hanc coniunctionem, non tamen id quocum coniunctum est, sed aliud, aliud vero quum sit quam id quod est, prorsus necessario esse id quod non est; itemque id quod est cum diverso coniunctum aliud fore ac reliqua genera, aliud vero quia sit quam illa omnia, non esse quodque eorum neque omnia reliqua, sed ipsum per se: ut id quod est sine ulla controversia plus millies non sit, et cetera quoque hac ratione et singulatim et generatim multis modis tam sint quam non sint.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Καὶ ταύταις δὴ ταῖς ἐναντιώσεσιν εἴτε ἀπιστεῖ τις, ἐπισκεπτέον αὐτῷ καὶ λεκτέον βέλτιόν τι τῶν νῦν εἰρημένων, εἴτε ὥς τι χα*λεπὸν κατανενοηκὼς χαίρει τοτὲ C μὲν ἐπὶ θάτερα τοτὲ δ' ἐπὶ θάτερα τοὺς λόγους ἕλκων, οὐκ ἄξια πολλῆς σπουδῆς ἐσπούδακεν, ὡς οἱ νῦν λόγοι φασί· τοῦτο μὲν γὰρ οὔτε τι κομψὸν οὔτε χαλεπὸν εὑρεῖν, ἐκεῖνο δ' ἤδη καὶ χαλεπὸν ἅμα καὶ καλόν.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὃ καὶ πρόσθεν εἴρηται, τὸ ταῦτα ἐάσαντα ὡς δυνατὰ τοῖς λεγομένοις οἷόν τ' εἶναι καθ' ἕκαστον ἐλέγχοντα ἐπακολουθεῖν, ὅταν τέ τις ἕτερον ὄν πῃ ταὐτὸν εἶναι φῇ καὶ ὅταν ταὐτὸν ὂν * ἕτερον, ἐκείνῃ καὶ κατ' ἐκεῖνο ὃ D φησι τούτων πεπονθέναι πότερον. τὸ δὲ ταὐτὸν ἕτερον ἀποφαίνειν ἀμηγέπῃ καὶ τὸ θάτερον ταὐτὸν καὶ τὸ μέγα σμικρὸν καὶ τὸ ὅμοιον ἀνόμοιον, καὶ χαίρειν οὕτω τἀναντία ἀεὶ προφέροντα ἐν τοῖς λόγοις, οὔ τέ τις ἔλεγχος οὗτος ἀληθινὸς ἄρτι τε τῶν ὄντων τινὸς ἐφαπτομένου δῆλος νεογενὴς ὤν.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Καὶ γάρ, ὦ 'γαθέ, τό γε πᾶν ἀπὸ παντὸς ἐπιχειρεῖν ἀποχωρίζειν ἄλλως τε οὐκ ἐμμελὲς καὶ δὴ καὶ * παντάπασιν ἀμούσου τινὸς καὶ ἀφιλοσόφου. E

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Τελεωτάτη πάντων λόγων ἐστὶν ἀφάνισις τὸ διαλύειν ἕκαστον ἀπὸ πάντων· διὰ γὰρ τὴν ἀλλήλων τῶν εἰδῶν ξυμπλοκὴν ὁ λόγος γέγονεν ἡμῖν.

ΘΕΑΙ. Ἀλη*θῆ. 260

ΞΕ. Σκόπει τοίνυν ὡς ἐν καιρῷ νῦν δὴ *) τοῖς τοιούτοις διεμαχόμεθα καὶ προσηναγκάζομεν ἐᾶν ἕτερον ἑτέρῳ μίγνυσθαι.

ΘΕΑΙ. Πρὸς δὴ τί;

ΞΕ. Πρὸς τὸ τὸν λόγον ἡμῖν τῶν ὄντων ἕν τι γενῶν εἶναι· τούτου γὰρ στερηθέντες τὸ μὲν μέγιστον φιλο-

---

*) γρ. δὴ νῦν.

Theae. Vera.

Hosp. Et his quidem oppositionibus si quis diffidat, anquirendum ei ac dicendum melius quid eis quae nunc posita sunt, sin, quasi difficile quid excogitaverit, gestiat modo in hanc modo in illam partem sermones trahere, rei multo indignae studio studet, ut sermones nostri dicunt; hoc enim neque exquisiti quid neque difficile est inventu, illud vero iam et difficile et pulchrum est.

Theae. Quale istud?

Hosp. Quod etiam ante dictum est, haec sinere tamquam quae facile fieri possint, dicta vero posse singula convincentem consequi, sive quis id quod aliud est quodammodo idem esse dicit sive quod idem aliud, hac videlicet ratione et hoc respicientem quod ille dixerit alterutri illorum accidere. idem vero diversum exhibere omni modo et diversum idem et magnum parvum et simile dissimile et gestire ita contraria semper proferre in sermonibus, haec neque vera et novicia est inquisitio alicuius qui recens ea quae sunt attingit.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Etenim, mi bone, omnia ab omnibus aggredi separare quum inconcinnum tum etiam hominis est humanitatis et philosophiae prorsus inopis.

Theae. Qui autem?

Hosp. Perfectissima omnium orationum est exstinctio divellere quidque ab omnibus: ex formarum enim inter se contextu oratio exsistit nobis.

Theae. Vera.

Hosp. Iam considera quam opportune modo cum talibus contenderimus eosque coegerimus ut sinerent alterum cum altero commisceri.

Theae. Quorsum istud dicis?

Hosp. Hoc ut probem, orationem nobis unum aliquid esse generum quae sunt; hac enim privati, id quod

σοφίας ἂν στερηθεῖμεν· ἔτι δ' ἐν τῷ παρόντι δεῖ λόγον ἡμᾶς διομολογήσασθαι τί ποτ' ἐστίν, εἰ δὲ ἀφῃρέθημεν αὐτὸ μηδ' εἶναι τὸ παράπαν, οὐδὲν ἂν ἔτι που λέγειν οἷοί τ' ἦμεν· ἀφῃρέθημεν δ' ἄν, εἰ ξυνε*χωρήσαμεν μηδεμίαν εἶ- B
ναι μίξιν μηδενὶ πρὸς μηδέν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς τοῦτό γε· λόγον δὲ διότι νῦν διομολογητέον, οὐκ ἔμαθον.

ΞΕ. Ἀλλ' ἴσως τῇδ' ἑπόμενος ῥᾷστ' ἂν μάθοις.

ΘΕΑΙ. Πῇ.

ΞΕ. Τὸ μὲν δὴ μὴ ὂν ἡμῖν ἕν τι τῶν ἄλλων γένος ὂν ἀνεφάνη, κατὰ πάντα τὰ ὄντα διεσπαρμένον.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο σκεπτέον, εἰ δόξῃ τε καὶ λόγῳ μίγνυται.

ΘΕΑΙ. Τί δή;

ΞΕ. Μὴ μιγνυμένου μὲν αὐτοῦ τούτοις ἀναγκαῖον ἀλη*θῆ πάντ' εἶναι, μιγνυμένου δέ, δόξα τε ψευδὴς γίγνε- C
ται καὶ λόγος· τὸ γὰρ τὰ μὴ ὄντα δοξάζειν ἢ λέγειν, τοῦτ' ἐστί που τὸ ψεῦδος ἐν διανοίᾳ τε καὶ λόγοις γιγνόμενον.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Ὄντος δέ γε ψεύδους ἔστιν ἀπάτη.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἀπάτης οὔσης εἰδώλων τε καὶ εἰκόνων ἤδη καὶ φαντασίας πάντα ἀνάγκη μεστὰ εἶναι.

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τὸν δέ γε σοφιστὴν ἔφαμεν ἐν τούτῳ που τῷ τόπῳ καταπεφευγέναι μέν, * ἔξαρνον δὲ γεγονέναι τὸ πα- D
ράπαν μηδ' εἶναι ψεῦδος· τὸ γὰρ μὴ ὂν οὔτε διανοεῖσθαί τινα οὔτε λέγειν· οὐσίας γὰρ οὐδὲν οὐδαμῇ τὸ μὴ ὂν μετέχειν.

ΘΕΑΙ. Ἦν ταῦτα.

maximum est, philosophia privaremur; praeterea in praesentia oportet inter nos hoc convenire, quid tandem sit oratio; quodsi nobis adimeretur tamquam aliquid quod omnino non esset, nihil iam dicere possemus; adimeretur autem nobis, si concederemus omnino nullam esse alterius cum altero permixtionem.

Theae. Recte hoc quidem; oratio vero cur nunc inter nos conveniat necesse sit, non intelligo.

Hosp. Forsitan autem huc sequens facillime intelligas.

Theae. Quo?

Hosp. Id quod non est nobis apparuit unum e reliquis generibus esse, per omnia quae sunt dispersum.

Theae. Ita.

Hosp. Itaque deinde videndum, num cum iudicio et oratione commisceatur.

Theae. Quomodo tandem?

Hosp. Si cum his non commiscetur, necesse est vera omnia sint, sin commiscetur, et iudicium falsum exsistit et oratio: ea enim quae non sunt iudicare vel dicere, haec est haud dubie falsitas et in cogitatione et in orationibus exsistens.

Theae. Ita.

Hosp. Falsitas vero si est, est etiam fraus.

Theae. Etiam.

Hosp. Atqui fraus si est, simulacrorum et imaginum iam et visionis omnia plena sint necesse est.

Theae. Qui aliter?

Hosp. Sophisten autem diximus in hunc fere locum confugisse quidem, sed negasse omnino esse falsitatem: id enim quod non esset neque cogitare quemquam neque dicere, propterea quod id quod non esset nullas omnino partes haberet eius quod esset.

Theae. Diximus vero.

ΞΕ. Νῦν δέ γε τοῦτο μὲν ἐφάνη μετέχον τοῦ ὄντος,
ὥστε ταύτῃ μὲν ἴσως οὐκ ἂν μάχοιτο ἔτι· τάχα δ' ἂν φαίη
τῶν εἰδῶν τὰ μὲν μετέχειν τοῦ μὴ ὄντος, τὰ δ' οὔ, καὶ λόγον
δὴ καὶ δόξαν εἶναι τῶν οὐ μετεχόντων· ὥστε τὴν εἰδωλοποιϊ-
κὴν *) καὶ φανταστικήν, ἐν ᾗ φαμὲν αὐτὸν εἶναι, διαμά*χοιτ' E
ἂν πάλιν ὡς παντάπασιν οὐκ ἔστιν, ἐπειδὴ δόξα καὶ λόγος οὐ
κοινωνεῖ τοῦ μὴ ὄντος· ψεῦδος γὰρ τὸ παράπαν οὐκ εἶναι
ταύτης μὴ ξυνισταμένης τῆς κοινωνίας. διὰ ταῦτ' οὖν λό-
γον πρῶτον καὶ δόξαν καὶ φαντασίαν διερευνητέον ὅ τί
ποτ' ἔστιν, ἵνα φανέντων καὶ τὴν κοινωνίαν αὐτῶν τῷ μὴ
ὄντι κατίδωμεν, κατι*δόντες δὲ τὸ ψεῦδος ὂν ἀποδείξωμεν, 261
ἀποδείξαντες δὲ τὸν σοφιστὴν εἰς αὐτὸ ἐνδήσωμεν, εἴπερ
ἔνοχός ἐστιν, ἢ καὶ ἀπολύσαντες ἐν ἄλλῳ γένει ζητῶμεν.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ γε, ὦ ξένε, ἔοικεν ἀληθὲς εἶναι τὸ
περὶ τὸν σοφιστὴν κατ' ἀρχὰς λεχθέν, ὅτι δυσθήρευτον εἴη
τὸ γένος. φαίνεται γὰρ οὖν προβλημάτων γέμειν, ὧν ἐπει-
δάν τι προβάλῃ, τοῦτο πρότερον ἀναγκαῖον διαμάχεσθαι,
πρὶν ἐπ' αὐτὸν ἐκεῖνον ἀφικέσθαι. νῦν γὰρ μόγις μὲν τὸ
μὴ ὂν ὡς οὐκ ἔστι προβληθὲν διεπεράσαμεν, ἕτερον δὲ
* προβέβληται, καὶ δεῖ δὴ ψεῦδος ὡς ἔστι καὶ περὶ λόγον B
καὶ περὶ δόξαν ἀποδεῖξαι, καὶ μετὰ τοῦτο ἴσως ἕτερον καὶ
ἔτ' ἄλλο μετ' ἐκεῖνο· καὶ πέρας, ὡς ἔοικεν, οὐδὲν φανή-
σεταί ποτε.

ΞΕ. Θαῤῥεῖν, ὦ Θεαίτητε, χρὴ τὸν καὶ σμικρόν τι
δυνάμενον εἰς τὸ πρόσθεν ἀεὶ προϊέναι· τί γὰρ ὅ γ' ἀθυ-
μῶν ἐν τούτοις δράσειεν ἂν ἐν ἄλλοις, ἢ μηδὲν ἐν ἐκεί-
νοις ἀνύτων ἢ καὶ πάλιν εἰς τοὔπισθεν ἀπωσθείς; σχολῇ
που, τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον, ὅ γε τοιοῦτος
* ἄν ποτε ἕλοι πόλιν. νῦν δ' ἐπεί, ὦ 'γαθέ, τοῦτο ὃ λέ- C
γεις διαπεπέρανται, τό τοι μέγιστον ἡμῖν τεῖχος ᾑρημένον
ἂν εἴη, τὰ δ' ἄλλα ἤδη ῥᾴω καὶ σμικρότερα.

ΘΕΑΙ. Καλῶς εἶπες.

---

*) γρ. εἰδωλοποιητικήν.

Hosp. Nunc autem hoc patuit coniunctum esse cum eo quod est, ut in hanc quidem partem fortasse non sit amplius dimicaturus; forsitan vero dixerit formarum alias coniunctas esse cum eo quod est, alias non esse coniunctas, et orationem quidem et iudicium esse earum quae nullas eius partes habeant: ut simulacrorum et visorum effingendorum artem, in qua dicimus eum versari, contendat rursus omnino non esse, quia iudicio et orationi nihil cum eo quod est commune sit; falsitatem enim omnino non esse, haec nisi communitas constet. hanc igitur ob causam oratio primum et iudicium et visio quid sint perscrutandum est, ut, quum hoc patuerit, eorum communitatem cum eo quod non est perspiciamus, hoc perspecto falsitatem esse probemus eoque probato sophisten illa illigemus si reus fuerit, vel etiam exsolutum in alio investigemus genere.

Theae. Sane quidem, hospes, videtur verum esse quod de sophista initio dicebatur, genus eum esse captu difficile. etenim videtur propugnaculis quibusdam refertus esse, quorum si quid opposuerit, adversus hoc prius pugnandum sit quam ad ipsum illum possis pervenire. nunc enim vix id quod opposuit: non esse id quod non est, traiecimus, aliud est oppositum; oportet videlicet falsitatem esse et in oratione et in iudicio probari; deinde fortasse aliud iterumque aliud post illud; neque finis, ut patet, ullus umquam apparebit.

Hosp. Bono esse animo, Theaetete, oportet eum qui vel paullulum potest prorsum semper pergere; quid enim, qui animis cadit in hac causa, facere poterit in aliis, ubi vel nihil profecerit vel etiam rursus repulsus fuerit? vix ac ne vix quidem, quod proverbii loco dici solet, talis umquam expugnaverit urbem. nunc vero, mi bone, quum hoc quod dicis traiecerimus, maximus sane murus nobis expugnatus erit; reliqua iam faciliora ac minora.

Theae. Praeclare dicis.

ΞΕ. Λόγον δὴ πρῶτον καὶ δόξαν, καθάπερ ἐῤῥήθη νῦν δή, *) λάβωμεν, ἵν' ἐναργέστερον ἀπολογισώμεθα, πότερον αὐτῶν ἅπτεται τὸ μὴ ὄν, ἢ παντάπασιν ἀληθῆ μέν ἐστιν ἀμφότερα ταῦτα, ψεῦδος δὲ οὐδέποτε οὐδέτερον.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Φέρε δή, καθάπερ ἐπὶ τῶν * εἰδῶν καὶ τῶν γραμμάτων ἐλέγομεν, περὶ τῶν ὀνομάτων πάλιν ὡσαύτως ἐπισκεψώμεθα· φαίνεται **) γάρ πῃ ταύτῃ τὸ νῦν ζητούμενον. D

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον οὖν δὴ περὶ τῶν ὀνομάτων ὑπακουστέον;

ΞΕ. Εἴτε πάντα ἀλλήλοις ξυναρμόττει εἴτε μηδέν, εἴτε τὰ μὲν ἐθέλει, τὰ δὲ μή.

ΘΕΑΙ. Δῆλον τοῦτό γε, ὅτι τὰ μὲν ἐθέλει, τὰ δ' οὔ.

ΞΕ. Τὸ τοιόνδε λέγεις ἴσως, ὅτι τὰ μὲν ἐφεξῆς λεγόμενα καὶ δηλοῦν*τά τι ξυναρμόττει, τὰ δὲ τῇ ξυνεχείᾳ E μηδὲν σημαίνοντα ἀναρμοστεῖ.

ΘΕΑΙ. Πῶς τί τοῦτ' εἶπες;

ΞΕ. Ὅπερ ᾠήθην ὑπολαβόντα σε προσομολογεῖν. ἔστι γὰρ ἡμῖν που τῶν τῇ φωνῇ περὶ τὴν οὐσίαν δηλωμάτων διττὸν γένος.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Τὸ μὲν ὀνόματα, τὸ * δὲ ῥήματα κληθέν. 262

ΘΕΑΙ. Εἰπὲ ἑκάτερον.

ΞΕ. Τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὂν δήλωμα ῥῆμά που λέγομεν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δέ γ' ἐπ' αὐτοῖς ***) ἐκεῖνα πράττουσι σημεῖον τῆς φωνῆς ἐπιτεθὲν ὄνομα.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἐξ ὀνομάτων μὲν μόνων ξυνεχῶς λεγομένων οὐκ ἔστι ποτὲ λόγος, οὐδ' αὖ ῥημάτων χωρὶς ὀνομάτων λεχθέντων;

---

*) γρ. ἐῤῥήθη, νῦν διαλάβωμεν.

) Ἴσ. φανεῖται. *) Ἴσ. ἐπ' αὖ τοῖς.

Hosp. Orationem igitur primo et iudicium, quemadmodum dictum est modo, sumamus, ut evidentius colligamus, utrum ea attingat id quod non est, an omnino vera sint haec ambo, nec umquam alterutrum falsum.

Theae. Recte vero.

Hosp. Agedum, quemadmodum de formis et litteris exposuimus, ita etiam de nominibus quaeramus; patebit enim hac fere ratione id quod nunc agitur.

Theae. Quidnam autem de nominibus attendendum?

Hosp. Num omnia inter se concinant, an nullum, an alia quidem possint, alia vero non possint.

Theae. Dubium id quidem non est quin alia possint, alia non possint.

Hosp. Hoc fortasse dicis, ea quae deinceps ponantur et aliquid declarent concinere, quae vero coniuncta nihil significent, ea non concinere.

Theae. Quomodo et quidnam istud dixisti?

Hosp. Quod te arbitrabar existimantem assentiri. est enim nobis certe eius quod est per vocem declarationum duplex genus.

Theae. Quomodo?

Hosp. Nominum unum, alterum verborum quae dicuntur.

Theae. Dic utrumque.

Hosp. Actionum videlicet declarationem verbum dicimus.

Theae. Ita.

Hosp. Id vero quod illas suscipientibus imponitur vocis signum nomen.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Nonne ex nominibus solis continuo dictis numquam exsistit oratio, neque etiam e verbis sine nominibus prolatis?

ΘΕΑΙ. Ταῦτ' οὐκ ἔμαθον.

ΞΕ. Δῆλον γὰρ ὡς πρὸς ἕτερόν τι * βλέπων ἄρτι B ξυνωμολόγεις· ἐπεὶ τοῦτ' αὐτὸ ἐβουλόμην εἰπεῖν, ὅτι ξυνεχῶς ὧδε λεγόμενα ταῦτα οὐκ ἔστι λόγος.

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οἷον βαδίζει τρέχει καθεύδει καὶ τἄλλα ὅσα πράξεις σημαίνει ῥήματα, κἂν πάντα τις ἐφεξῆς αὔτ' *) εἴπῃ, λόγον οὐδέν τι μᾶλλον ἀπεργάζεται.

ΘΕΑΙ. Πῶς γάρ;

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ πάλιν ὅταν λέγηται λέων ἔλαφος ἵππος, ὅσα τε ὀνόματα τῶν τὰς πράξεις αὖ πραττόντων ὠνομάσθη, καὶ κατὰ ταύτην δὴ τὴν ξυνέχειαν οὐδείς πω C ξυνέστη λόγος; οὐδεμίαν γὰρ οὔτε οὕτως οὔτ' ἐκείνως πρᾶξιν οὐδ' ἀπραξίαν οὐδὲ οὐσίαν ὄντος οὐδὲ μὴ ὄντος δηλοῖ τὰ φωνηθέντα, πρὶν ἄν τις τοῖς ὀνόμασι τὰ ῥήματα κεράσῃ· τότε δ' ἥρμοσέ τε καὶ λόγος ἐγένετο εὐθὺς ἡ πρώτη ξυμπλοκή, σχεδὸν τῶν λόγων ὁ πρῶτος καὶ **) σμικρότατος.

ΘΕΑΙ. Πῶς ἄρ' ὧδε λέγεις;

ΞΕ. Ὅταν εἴπῃ τις ἄνθρωπος μανθάνει, λόγον εἶναί φῃς τοῦτον ἐλάχιστόν τε καὶ πρῶτον;

ΘΕΑΙ. * Ἔγωγε. D

ΞΕ. Δηλοῖ γὰρ ἤδη που τότε περὶ τῶν ὄντων ἢ γιγνομένων ἢ γεγονότων ἢ μελλόντων, καὶ οὐκ ὀνομάζει μόνον, ἀλλά τι περαίνει, ξυμπλέκων τὰ ῥήματα τοῖς ὀνόμασι. διὸ λέγειν τε [καὶ] αὐτόν, ἀλλ' οὐ μόνον ὀνομάζειν εἴπομεν, καὶ δὴ καὶ τῷ πλέγματι τούτῳ τὸ ὄνομα ἐφθεγξάμεθα λόγον.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὕτω δὴ καθάπερ τὰ πράγματα τὰ μὲν ἀλλήλοις ἥρμοττε, τὰ δ' οὔ, καὶ περὶ τὰ τῆς φωνῆς αὖ σημεῖα, τὰ μὲν οὐχ ἁρμόττει, τὰ δὲ * ἁρμόττοντα αὐτῶν λόγον ἀπειργάσατο. E

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἔτι δὴ σμικρὸν τόδε.

---

*) γρ. αὖ τ'. **) ἄλλ. πρῶτος, εἰ καὶ σμικρότατος.

Theae. Haec non intellexi.

Hosp. Patet enim te aliud quid spectantem modo concessisse; etenim hoc ipsum volebam dicere, continuo ita prolata non esse orationem.

Hosp. Quomodo?

Hosp. Velut, vadit currit dormit et quaecumque alia actiones significant verba; etiamsi omnia quispiam deinceps pronunciet, orationem nihilo magis efficit.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Nonne rursus etiam quando dicitur leo cervus equus et quotquot nomina de iis qui actiones suscipiunt usurpantur, in hac quoque continuatione nulla umquam conflatur oratio? neque enim hac neque illa ratione nec actionem nec cessationem neque aliquid quod est vel non est declarant pronunciata, donec quis nominibus verba misceat; tum concinunt et oratio exsistit primus statim contextus, orationum fere prima et minima.

Theae. Quomodo istud dicis?

Hosp. Si quis dicit *homo discit*, orationemne esse dicis hanc brevissimam et primam?

Theae. Equidem.

Hosp. Declarat enim iam tum aliquid de iis quae sunt vel fiunt vel facta vel futura sunt, nec solum nominat, verum etiam aliquid definit, connectens verba cum nominibus. quocirca et loqui eum, non solum nominare dicimus, et contextui huic nomen imponimus orationis.

Theae. Recte.

Hosp. Hac igitur ratione quemadmodum res aliae inter se concinunt, aliae non concinunt, ita etiam vocis signa alia non concinunt, alia vero inter se concinentia orationem efficiunt.

Theae. Prorsus ita habet.

Hosp. Iam etiam exiguum hocce.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Λόγον ἀναγκαῖον, ὅτανπερ ᾖ, τινὸς εἶναι λόγον, μὴ δέ τινος ἀδύνατον.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ ποιόν τινα αὐτὸν εἶναι δεῖ;

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Προσέχωμεν δὴ τὸν νοῦν ἡμῖν αὐτοῖς.

ΘΕΑΙ. Δεῖ γοῦν.

ΞΕ. Λέξω τοίνυν σοι λόγον, ξυνθεὶς πρᾶγμα πράξει δι' ὀνόματος καὶ ῥήματος· ὅτου δ' ἂν ὁ λόγος ᾖ, σύ μοι φράζειν.

ΘΕΑΙ. Ταῦτ' * ἔσται κατὰ δύναμιν. 263

ΞΕ. Θεαίτητος κάθηται. μῶν μὴ μακρὸς ὁ λόγος;

ΘΕΑΙ. Οὔκ, ἀλλὰ μέτριος.

ΞΕ. Σὸν ἔργον δὴ φράζειν περὶ οὗ τ' ἐστὶ καὶ ὅτου.

ΘΕΑΙ. Δῆλον ὅτι περὶ ἐμοῦ τε καὶ ἐμός.

ΞΕ. Τί δὲ ὅδ' αὖ;

ΘΕΑΙ. Ποῖος;

ΞΕ. Θεαίτητος, ᾧ νῦν ἐγὼ διαλέγομαι, πέτεται.

ΘΕΑΙ. Καὶ τοῦτον οὐδ' ἂν εἷς ἄλλως εἴποι πλὴν ἐμόν τ' εἶναι καὶ περὶ ἐμοῦ.

ΞΕ. Ποιὸν δέ γέ τινά φαμεν ἀναγκαῖον ἕκαστον εἶναι τῶν λόγων.

ΘΕΑΙ. * Ναί. B

ΞΕ. Τούτων δὴ ποῖόν τινα ἑκάτερον φατέον εἶναι;

ΘΕΑΙ. Τὸν μὲν ψευδῆ που, τὸν δὲ ἀληθῆ.

ΞΕ. Λέγει δὲ αὐτῶν ὁ μὲν ἀληθὴς τὰ ὄντα, ὡς ἔστι περὶ σοῦ.

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΞΕ. Ὁ δὲ δὴ ψευδὴς ἕτερα τῶν ὄντων.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὰ μὴ ὄντ' ἄρα ὡς ὄντα λέγει.

Theae. Quale istud?

Hosp. Orationem necesse est, quandocumque est, alicuius esse orationem, nullius vero ut sit fieri nequit.

Theae. Ita.

Hosp. Nonne etiam qualem eam esse oportet?

Theae. Quidni?

Hosp. Animos igitur attendamus ad nosmet ipsos.

Theae. Debemus certe.

Hosp. Dicam enim tibi orationem, rem cum actione connectens per nomen et verbum, et ad quem spectet oratio, tu mihi indica.

Theae. Haec equidem faciam pro viribus.

Hosp. Theaetetus sedet. numquid longa haec oratio?

Theae. Non, sed modica.

Hosp. Tuum iam est dicere, de quonam agat et ad quem spectet.

Theae. Dubium non est quin de me agat meque spectet.

Hosp. Quid contra haec?

Theae. Qualis?

Hosp. Theaetetus, quocum nunc ego colloquor, volat.

Theae. Etiam hanc nemo alio dixerit nisi ad me spectare et de me agere.

Hosp. Qualem autem dicimus necessario quamque esse orationem.

Theae. Ita.

Hosp. Harum vero utramque qualem esse dici oportet?

Theae. Falsam unam, alteram veram.

Hosp. Dicit autem vera de te quod est id esse.

Theae. Quidni?

Hosp. Falsa autem diversa ab eis quae sunt.

Theae. Ita.

Hosp. Ea igitur quae non sunt dicit quasi sint.

ΘΕΑΙ. Σχεδόν.

ΞΕ. Ὄντων δέ γε ὄντα ἕτερα περὶ σοῦ· πολλὰ μὲν γὰρ ἔφαμεν ὄντα περὶ ἕκαστον εἶναί που, πολλὰ δὲ οὐκ ὄντα.

ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ὃν ὕστερον δὴ λόγον εἴρηκα περὶ σοῦ, πρῶ- C
τον μέν, ἐξ ὧν ὡρισάμεθα τί ποτ' ἐστὶ λόγος, ἀναγκαιότατον αὐτὸν ἕνα τῶν βραχυτάτων εἶναι.

ΘΕΑΙ. Νῦν δὴ γοῦν ταύτῃ ξυνωμολογήσαμεν.

ΞΕ. Ἔπειτα δέ γε τινός.

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Εἰ δὲ μή ἐστι σός, οὐκ ἄλλου γε οὐδενός.

ΘΕΑΙ. Πῶς γάρ;

ΞΕ. Μηδενὸς δὲ *) ὢν οὐδ' ἂν λόγος εἴη τὸ παράπαν· ἀπεφήναμεν γὰρ ὅτι τῶν ἀδυνάτων ἦν λόγον ὄντα μηδενὸς εἶναι λόγον.

ΘΕΑΙ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Περὶ δὴ σοῦ λεγόμενα μέντοι θάτερα ὡς τὰ D
αὐτὰ καὶ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, παντάπασιν, ὡς ἔοικεν, ἡ τοιαύτη ξύνθεσις ἔκ τε ῥημάτων γιγνομένη καὶ ὀνομάτων ὄντως τε καὶ ἀληθῶς γίγνεσθαι λόγος ψευδής.

ΘΕΑΙ. Ἀληθέστατα μὲν οὖν.

ΞΕ. Τί δὲ δὴ διάνοιά τε καὶ δόξα καὶ φαντασία; μῶν οὐκ ἤδη δῆλον ὅτι ταῦτα τὰ γένη **) ψευδῆ τε καὶ ἀληθῆ πάνθ' ἡμῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγγίγνεται;

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Ὧδ' εἴσει ῥᾷον, ἂν πρῶτον λάβῃς, τί ποτ' ἔστι καὶ τί διαφέρουσιν ἕκαστ' ἀλλήλων. E

ΘΕΑΙ. Δίδου μόνον.

ΞΕ. Οὐκοῦν διάνοια μὲν καὶ λόγος ταὐτόν, πλὴν ὁ μὲν ἐντὸς τῆς ψυχῆς πρὸς αὑτὴν ***) διάλογος ἄνευ φωνῆς γιγνόμενος τοῦτ' αὐτὸ ἡμῖν ἐπωνομάσθη, διάνοια;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

---

*) γρ. Μηδενός γε.

**) ἴσ. ταῦτά γε ψευδῆ.

***) γρ. αὐτήν.

Theae. Fere ita habet.

Hosp. Eaque diversa ab eis quae sunt de te; multa enim diximus esse quae cuiusque essent, multa etiam quae non essent.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Quam vero postea orationem protuli de te, eam primum, ex eis quae statuimus de hoc quid oratio esset, prorsus necesse est unam de brevissimis esse.

Theae. Modo sane hoc inter nos convenit.

Hosp. Deinde spectare ad aliquem.

Theae. Ita.

Hosp. Et nisi ad te spectat, ad nullum alium pertinet.

Theae. Qui aliter?

Hosp. Ad neminem vero si spectaverit, nec oratio omnino erit; ostendimus enim fieri non posse ut oratio quae haberetur de nullo haberetur.

Theae. Rectissime.

Hosp. De te igitur si dicuntur diversa tamquam eadem et quae non sunt tamquam sint, prorsus, ut patet, huiusmodi compositio e verbis exsistens ac nominibus vere et reapse exsistit oratio falsa.

Theae. Verissima sane.

Hosp. Quid vero cogitatio, iudicium et visio? nonne iam perspicuum est haecce omnia et falsa et vera in animis nostris inesse?

Theae. Quomodo?

Hosp. Ita intelliges facilius, ubi primum perceperis, qualia tandem sint et quid inter se differant.

Theae. Duce modo.

Hosp. Nonne cogitatio et oratio idem sunt, nisi quod interior mentis secum colloquutio sine voce hoc ipsum nomen accepit cogitationis?

Theae. Sane quidem.

ΞΕ. Τὸ δέ γ' ἀπ' ἐκείνης ῥεῦμα διὰ τοῦ στόματος ἰὸν μετὰ φθόγγου κέκληται λόγος.

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἐν λόγοις γε αὐτὸ ἴσμεν ὄν.

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Φάσιν τε καὶ ἀπόφασιν.

ΘΕΑΙ. Ἴσμεν.

ΞΕ. Ὅταν οὖν τοῦτο ἐν * ψυχῇ κατὰ διάνοιαν ἐγ- e
γίγνηται μετὰ σιγῆς, πλὴν δόξης ἔχεις ὅ τι προςείπῃς αὐτό;

ΘΕΑΙ. Καὶ πῶς;

ΞΕ. Τί δ', ὅταν μὴ καθ' αὑτήν, ἀλλὰ δι' αἰσθήσεως παρῇ τινὶ τὸ τοιοῦτον αὖ πάθος, ἆρ' οἷόν τε ὀρθῶς εἰπεῖν ἕτερόν τι πλὴν φαντασίαν;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

ΞΕ. Οὐκοῦν, ἐπείπερ λόγος ἀληθὴς ἦν καὶ ψευδής, τούτων δ' ἐφάνη διάνοια μὲν αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν ψυχῆς διάλογος, δόξα δὲ διανοίας ἀποτελεύτησις, φαίνε-
ται δὲ ὃ * λέγομεν ξύμμιξις αἰσθήσεως καὶ δόξης, ἀνάγκη B
δὴ καὶ τούτων τῷ λόγῳ ξυγγενῶν ὄντων ψευδῆ τε αὐτῶν ἔνια καὶ ἐνίοτε εἶναι;

ΘΕΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Κατανοεῖς οὖν ὅτι πρότερον εὑρέθη ψευδὴς δόξα καὶ λόγος ἢ κατὰ τὴν προςδοκίαν ἣν ἐφοβήθημεν ἄρτι, μὴ παντάπασιν ἀνήνυτον ἔργον ἐπιβαλλοίμεθα ζητοῦντες αὐτό;

ΘΕΑΙ. Κατανοῶ.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν μηδ' εἰς τὰ λοιπὰ ἀθυμῶμεν. ἐπειδὴ
γὰρ πέφανται ταῦτα, τῶν ἔμπρο*σθεν ἀναμνησθῶμεν κατ' C
εἴδη διαιρέσεων.

ΘΕΑΙ. Ποίων δή;

ΞΕ. Διειλόμεθα τῆς εἰδωλοποιϊκῆς εἴδη δύο, τὴν μὲν εἰκαστικήν, τὴν δὲ φανταστικήν.

Hosp. Illa vero eius fluxio quae per os emittitur cum voce coniuncta nuncupata est oratio.

Theae. Vera.

Hosp. Iam vero in orationibus quidem hoc scimus inesse.

Theae. Quale istud?

Hosp. Affirmationem et negationem.

Theae. Scimus vero.

Hosp. Quando igitur hoc in animo cogitando peragitur silentio, praeter iudicium habes quo id nuncupes?

Theae. Qui habeam praeter iudicium?

Hosp. Quid vero, si cui non per se, sed per sensum tale quid usu venit, num potest hoc recte dici aliud quid nisi visio?

Theae. Nihil aliud.

Hosp. Nonne igitur, quum oratio vera fuerit et falsa, et ad has pertinentem cogitationem patuerit mentis ipsius secum colloquutionem esse, iudicium vero cogitationis conclusionem, et id quod dicimus *videtur* permixtionem sensus et iudicii, etiam horum quae cum oratione cognata sunt nonnulla et nonnunquam falsa sint necesse est?

Theae. Quidni?

Hosp. Intelligisne citius nobis repertum esse falsum iudicium et orationem quam exspectaveramus modo timentes, ne irritum prorsus negotium de hoc quaerendi susciperemus?

Theae. Intelligo.

Hosp. Quocirca nec de reliquis desperandum. postquam enim haec patuerunt, formarum quas supra posuimus divisiones recordemur.

Theae. Quales quaeso?

Hosp. Distinximus duas artis simulacrorum fingendorum species, similitudinum confectionem unam, visorum fictionem alteram.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τὸν σοφιστὴν εἴπομεν ὡς ἀποροῖμεν εἰς ὁποτέραν θήσομεν.

ΘΕΑΙ. Ἦν ταῦτα.

ΞΕ. Καὶ τοῦθ' ἡμῶν ἀπορουμένων ἔτι μείζων κατεχύθη σκοτοδινία, φανέντος τοῦ λόγου τοῦ πᾶσιν ἀμφισβητοῦντος ὡς οὔτε εἰκὼν οὔτε εἴδωλον οὔτε φάντασμα εἴη τὸ παράπαν οὐδὲν * διὰ τὸ μηδαμῶς μηδέποτε μηδαμοῦ D ψεῦδος εἶναι.

ΘΕΑΙ. Λέγεις ἀληθῆ.

ΞΕ. Νῦν δέ γ', ἐπειδὴ πέφανται μὲν λόγος, πέφανται δ' οὖσα δόξα ψευδής, ἐγχωρεῖ δὴ μιμήματα τῶν ὄντων εἶναι καὶ τέχνην ἐκ ταύτης γίγνεσθαι τῆς διαθέσεως ἀπατητικήν.

ΘΕΑΙ. Ἐγχωρεῖ.

ΞΕ. Καὶ μὴν ὅτι γ' ἦν ὁ σοφιστὴς τούτων πότερον, διωμολογημένον ἡμῖν ἐν τοῖς πρόσθεν ἦν.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πάλιν τοίνυν ἐπιχειρῶμεν, σχίζοντες διχῇ τὸ * προτεθὲν γένος, πορεύεσθαι κατὰ τοὐπὶ δεξιὰ ἀεὶ μέ- E ρος τοῦ τμηθέντος ἐχόμενοι τῆς τοῦ σοφιστοῦ κοινωνίας, ἕως ἂν αὐτοῦ τὰ κοινὰ πάντα περιελόντες τὴν οἰκείαν λιπόντες φύσιν ἐπιδείξωμεν μάλιστα μὲν ἡμῖν αὐτοῖς, ἔπειτα δὲ * καὶ τοῖς ἐγγυτάτω γένει τῆς τοιαύτης μεθόδου 265 πεφυκόσιν.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὐκοῦν τότε μὲν ἠρχόμεθα ποιητικὴν καὶ κτητικὴν τέχνην διαιρούμενοι;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τῆς κτητικῆς ἐν θηρευτικῇ καὶ ἀγωνίᾳ καὶ ἐμπορικῇ καί τισιν ἐν τοιούτοις εἴδεσιν ἐφαντάζετο ἡμῖν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Νῦν δέ γ', ἐπειδὴ μιμητικὴ περιείληφεν αὐτὸν

Theae. Ita.

Hosp. Et de sophista diximus nos haesitare utri eum adscriberemus.

Theae. Erant ista.

Hosp. Et de his dum haesitabamus, etiam maiores nobis offusae sunt tenebrae, quum oratio sese offerret omnibus hoc opponens, neque imaginem neque simulacrum neque visionem ullam omnino esse, propterea quod nullo plane modo umquam uspiam falsitas esset.

Theae. Dicis vera.

Hosp. Nunc autem quum patuerit orationem patueritque iudicium esse falsum, possunt iam imitationes eorum quae sunt exstare et ars ex hac exsistere constitutione decipiendi.

Theae. Possunt vero.

Hosp. Iam vero sophisten ad alterutram illarum artium pertinere convenit inter nos supra.

Theae. Ita.

Hosp. Iterum igitur aggrediamur, distribuentes bifariam genus propositum, procedere e dextra semper parte divisi generis adhaerescentes ei in qua sophistes versatur communitate, dum omnibus quae ei communia sunt circumcisis propriam eius reliquam faciamus naturam eamque ostendamus potissimum quidem nobismet ipsis, deinde vero etiam eis qui genere maxime propinqui sunt huic disputandi rationi.

Theae. Recte.

Hosp. Nonne tum initium duximus ab arte fingendi et acquirendi distinguenda?

Theae. Ita.

Hosp. Et in arte venatoria, concertatoria, mercatoria et in huiusmodi fere artis acquirendi formis visus est nobis?

Theae. Sane quidem.

Hosp. Nunc vero, quum imitandi ars eum com-

τέχνη, δῆλον ὡς αὐτὴν τὴν ποιητικὴν δίχα διαιρετέον πρώτην· ἡ γάρ που μίμησις * ποίησίς τίς ἐστιν, εἰδώλων μέν- B
τοι φαμέν, ἀλλ' οὐκ αὐτῶν ἑκάστων· ἢ γάρ;

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ποιητικῆς δὴ πρῶτον δύο ἔστω μέρη.

ΘΕΑΙ. Ποίω;

ΞΕ. Τὸ μὲν θεῖον, τὸ δ' ἀνθρώπινον.

ΘΕΑΙ. Οὔπω μεμάθηκα.

ΞΕ. Ποιητικήν, εἴπερ μεμνήμεθα τὰ κατ' ἀρχὰς λεχθέντα, πᾶσαν ἔφαμεν εἶναι δύναμιν, ἥτις ἂν αἰτία γίγνηται τοῖς μὴ πρότερον οὖσιν ὕστερον γίγνεσθαι.

ΘΕΑΙ. Μεμνήμεθα.

ΞΕ. Ζῶα δὴ * πάντα θνητὰ καὶ φυτά, ὅσα τ' ἐπὶ C
γῆς ἐκ σπερμάτων καὶ ῥιζῶν φύεται καὶ ὅσα ἄψυχα ἐν γῇ ξυνίσταται σώματα τηκτὰ καὶ ἄτηκτα, μῶν ἄλλου τινὸς ἢ θεοῦ δημιουργοῦντος φήσομεν ὕστερον γίγνεσθαι πρότερον οὐκ ὄντα; ἢ τῷ τῶν πολλῶν δόγματι καὶ ῥήματι χρώμενοι;

ΘΕΑΙ. Ποίῳ;

ΞΕ. Τῷ τὴν φύσιν αὐτὰ γεννᾷν ἀπό τινος αἰτίας αὐτομάτης καὶ ἄνευ διανοίας φυούσης· ἢ μετὰ λόγου τε καὶ ἐπιστήμης θείας ἀπὸ θεοῦ γιγνομένης;

ΘΕΑΙ. Ἐγὼ * μὲν ἴσως διὰ τὴν ἡλικίαν πολλάκις D
ἀμφότερα μεταδοξάζω· νῦν μὴν βλέπων εἰς σὲ καὶ ὑπολαμβάνων οἴεσθαί σε κατά γε θεὸν αὐτὰ γίγνεσθαι, ταύτῃ καὶ αὐτὸς νενόμικα.

ΞΕ. Καλῶς γε, ὦ Θεαίτητε, καὶ εἰ μέν γέ σε ἡγούμεθα τῶν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἄλλως πως δοξαζόντων εἶναι, νῦν ἂν τῷ λόγῳ μετὰ πειθοῦς ἀναγκαίας ἐπεχειροῦμεν ποιεῖν ὁμολογεῖν· ἐπειδὴ δέ σου καταμανθάνω τὴν φύσιν, ὅτι καὶ ἄνευ τῶν παρ' ἡμῶν λό-
γων αὐτὴ πρόσει*σιν ἐφ' ἅπερ νῦν ἕλκεσθαί φῃς, ἐάσω· E

plexa sit, perspicuum ipsam fingendi artem bifariam esse distribuendam primum; nam imitatio certe est confectio quaedam, simulacrorum tamen dicimus, non rei cuiusque ipsius; nonne?

Theae. Prorsus ita habet.

Hosp. Fingendi igitur artis primum duae sunto partes.

Theae. Quales?

Hosp. Divina una, altera humana.

Theae. Nondum perspexi.

Hosp. Fingendi artem, si meminimus ea quae initio dicta sunt, universam posuimus esse facultatem eam quae efficeret ut quae ante non fuissent postea exsisterent.

Theae. Meminimus vero.

Hosp. Animalia igitur omnia mortalia et naturae quotquot supra terram e seminibus et radicibus nascuntur et quotquot inanimata in terra consistunt corpora, tam quae possunt quam quae non possunt liquefieri, num alio quopiam nisi deo fabricante dicemus postea exsistere, quum ante non fuerint, an illo, quod plerique sequuntur, decreto ac sermone utemur?

Theae. Quali?

Hosp. Hoc, naturam illa procreare per causam quandam sua sponte et sine mente gignentem; an cum ratione et scientia divina a deo proficiscente?

Theae. Equidem fortasse propter aetatem meam saepe in utraque sententia fluctuo; nunc vero intuens in te et existimans te arbitrari per deum sane illa procreari, ipse quoque ita statuo.

Hosp. Praeclare vero, Theaetete; atque si te existimarem esse eorum qui in posterum aliter iudicaturi essent, nunc oratione persuasionem adhibens cogentem aggrederemur efficere ut assentirere; quoniam vero perspectum habeo naturam tuam etiam sine orationibus nostris per se eo inclinare, quo nunc te trahi dicis,

χρόνος γὰρ ἐκ περιττοῦ γίγνοιτ' ἄν. ἀλλὰ θήσω τὰ μὲν φύσει λεγόμενα ποιεῖσθαι θείᾳ τέχνῃ, τὰ δ' ἐκ τούτων ὑπ' ἀνθρώπων ξυνιστάμενα ἀνθρωπίνῃ, καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον δύο ποιητικῆς γένη, τὸ μὲν ἀνθρώπινον εἶναι, τὸ δὲ θεῖον.

ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Τέμνε δὴ δυεῖν οὔσαιν δίχα ἑκατέραν αὐταῖν *).

ΘΕΑΙ. Πῶς;

ΞΕ. Οἷον τό*τε μὲν κατὰ πλάτος τέμνων τὴν ποιη- 266
τικὴν πᾶσαν, νῦν δὲ αὖ κατὰ μῆκος.

ΘΕΑΙ. Τετμήσθω.

ΞΕ. Τέτταρα μὴν αὐτῆς οὕτω τὰ πάντα μέρη γίγνεται, δύο μὲν τὰ πρὸς ἡμῶν, ἀνθρώπεια, δύο δ' αὖ τὰ πρὸς θεῶν, θεῖα.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὰ δέ γ' ὡς ἑτέρως αὖ διῃρημένα, μέρος μὲν ἓν ἀφ' ἑκατέρας τῆς μερίδος αὐτοποιητικόν, τὼ δ' ὑπολοίπω σχεδὸν μάλιστ' ἂν λεγοίσθην εἰδωλοποιϊκώ· καὶ κατὰ ταῦτα δὴ πάλιν ἡ ποιητικὴ διχῇ διαιρεῖται.

ΘΕΑΙ. Λέγε * ὅπῃ ἑκατέρα αὖθις. B

ΞΕ. Ἡμεῖς **) μέν που καὶ τἄλλα ζῶα καὶ ἐξ ὧν τὰ πεφυκότ' ἐστί, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τούτων ἀδελφά, θεοῦ γεννήματα πάντα ἴσμεν αὐτὰ ἀπειργασμένα ἕκαστα· ἢ πῶς;

ΘΕΑΙ. Οὕτως.

ΞΕ. Τούτων δέ γε ἑκάστων εἴδωλα, ἀλλ' οὐκ αὐτά, παρέπεται, δαιμονίᾳ καὶ ταῦτα μηχανῇ γεγονότα.

ΘΕΑΙ. Ποῖα;

ΞΕ. Τά τε ἐν τοῖς ὕπνοις καὶ ὅσα μεθ' ἡμέραν φαντάσματα αὐτοφυῆ λέγεται, σκιὰ μὲν ὅταν ἐν τῷ πυρὶ σκότος ἐγγίγνηται, δι*πλοῦν δὲ ἡνίκ' ἂν φῶς οἰκεῖόν τε καὶ C
ἀλλότριον περὶ τὰ λαμπρὰ καὶ λεῖα εἰς ἓν ξυνελθὸν τῆς

---

*) ἄλλ. αὖθις.

**) ἴσ. Ἡμᾶς.

ſinam; fruſtra enim contereretur tempus. at vero ponam quae a natura dicantur procreari ea effici divina arte, quae autem ab hominibus componantur humanâ, et ex hac quidem ratione duo eſſe artis fingendi genera, humanum unum, alterum divinum.

Theae. Recte vero.

Hoſp. Divide igitur, quum duo ſint, biſariam utrumque eorum.

Theae. Quomodo?

Hoſp. Quaſi tum per latitudinem fingendi artem univerſam diviſeris, nunc contra per longitudinem divide.

Theae. Diviſa eſt.

Hoſp. Quattuor iam ita eius cunctae partes exſiſtunt, duae quidem noſtrae artis, humanae, duae etiam divinae artis, divinae.

Theae. Ita.

Hoſp. Hoc alio autem modo quum iterum diviſae ſint, una utriusque generis pars effectrix per ſe, reliquae vero potiſſimum fere dicentur ſimulacrorum effectrices; et hac quidem ratione rurſus fingendi ars biſariam distribuitur.

Theae. Dic quomodo utraque rurſus.

Hoſp. Nos videlicet, reliqua animantia et ea e quibus quae nata ſunt conſtant, ignem et aquam hisque ſimilia dei eſſe opera omnia ſcimus ſingulaque confecta; nonne?

Theae. Ita.

Hoſp. Horum autem ſingulis ſimulacra a rebus ipſis diverſa tamquam comites ſe adiungunt, divinâ haec quoque fabricâ effecta.

Theae. Qualia?

Hoſp. Illa in ſomnis et quaecumque interdiu viſa naturalia dicuntur, umbra quoque, quum igni caligo interiicitur, et imago, duplex quam lux, propria et aliena, circa res ſplendidas ac leves in unum confluens

ἔμπροσθεν εἰωθυίας ὄψεως ἐναντίαν αἴσθησιν παρέχον εἶδος ἀπεργάζηται.

ΘΕΑΙ. Δύο γὰρ οὖν ἐστὶ ταῦτα θείας ἔργα ποιήσεως, αὐτό τε καὶ τὸ παρακολουθοῦν εἴδωλον ἑκάστῳ.

ΞΕ. Τί δὲ τὴν ἡμετέραν τέχνην; ἆρ' οὐκ αὐτὴν μὲν οἰκίαν οἰκοδομικῇ φήσομεν ποιεῖν, γραφικῇ δέ τιν' ἑτέραν, οἷον ὄναρ ἀνθρώπινον ἐγρηγορόσιν ἀπειργασμένην;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν. D

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τἄλλα οὕτω κατὰ δύο διττὰ ἔργα τῆς ἡμετέρας αὖ ποιητικῆς πράξεως, τὸ μὲν αὐτό, φαμέν, αὐτουργική, τὸ δὲ εἴδωλον εἰδωλοποιϊκή *).

ΘΕΑΙ. Νῦν μᾶλλον ἔμαθον, καὶ τίθημι δύο διχῇ ποιητικῆς εἴδη, θεία μὲν καὶ ἀνθρωπίνη **) κατὰ θάτερον τμῆμα, κατὰ δὲ θάτερον τὸ μὲν αὐτῶν ὄν, τὸ δὲ ὁμοιωμάτων τινῶν γέννημα.

ΞΕ. Τῆς τοίνυν εἰδωλουργικῆς ἀναμνησθῶμεν ὅτι το μὲν εἰκαστικόν, τὸ δὲ φανταστικὸν ἔμελλεν εἶναι γένος, εἰ τὸ ψεῦδος ὄντως ὂν ψεῦδος καὶ τῶς ὄντων ἕν τι φανείη πεφυκός. E

ΘΕΑΙ. Ἦν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἐφάνη τε καὶ διὰ ταῦτα δὴ καταριθμήσομεν αὐτὼ ***) νῦν ἀναμφισβητήτως εἴδη δύο;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ τοίνυν φανταστικὸν αὖθις διορίζομεν ****) δίχα. 267

ΘΕΑΙ. Πῇ;

ΞΕ. Τὸ μὲν δι' ὀργάνων γιγνόμενον, τὸ δὲ αὐτοῦ παρέχοντος ἑαυτὸν ὄργανον τοῦ ποιοῦντος τὸ φάντασμα.

ΘΕΑΙ. Πῶς φῄς;

---

*) ἴσ. τὸ μὲν αὐτό φαμεν αὐτουργικῆς, τὸ δὲ εἴδωλον εἰδωλοποιϊκῆς.

**) ἴσ. θείαν μὲν καὶ ἀνθρωπίνην.

***) γρ. αὐτῷ.

****) ἄλλ. διορίζωμεν.

efficit, quae quidem imago ante confuetae vifionis contrariam exhibet fpeciem.

Theae. Duo igitur haec funt divinae opera confectionis, res ipfa et quod quamque comitatur fimulacrum.

Hofp. Quid vero noftra ars? nonne ipfam quidem domum nos aedificandi arte dicemus facere, pingendi autem arte aliam quandam, quae velut fomnium humanum vigilantibus conficiatur?

Theae. Sane quidem.

Hofp. Igitur etiam in reliquis ita fecundum duas partes duplicia opera noftrae fictricis effectionis ponentes ipfam quidem rem dicimus artis per fe fabricantis opus effe, fimulacrum vero artis fimulacra fingendi.

Theae. Nunc magis intelligo, et pono binas bifariam artis fingendi fpecies, divinam et humanam fecundum unam divifionem, fecundum alteram vero unam rerum ipfarum, alteram fimilitudinum quarundam procreationem.

Hofp. Artis vero imaginum fingendarum recordemur unam partem fimilitudinum, alteram viforum effectionem effe oportuiffe, fi futurum effet ut falfitatem veram falfitatem et eorum quae effent unum aliquid effe pateret.

Theae. Erant vero ifta.

Hofp. Nonne igitur et hoc patuit et hanc ob caufam enumerabimus has nunc fine alia controverfia fpecies duas?

Theae. Etiam.

Hofp. Viforum iam effectionem rurfus distribuimus bifariam.

Theae. Quomodo?

Hofp. Una eius pars eft ea' quae per inftrumenta illa efficit, altera ea, qua fe ipfum inftrumentum exhibet is qui efficit vifum.

Theae. Quomodo dicis?

ΞΕ. Ὅταν, οἶμαι, τὸ σὸν σχῆμά τις τῷ ἑαυτοῦ χρώμενος σώματι προσόμοιον ἢ φωνὴν φωνῇ φαίνεσθαι ποιῇ, μίμησις τοῦτο τῆς φανταστικῆς μάλιστα κέκληταί που.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Μιμητικὸν δὴ τοῦτο αὐτῆς προςειπόντες ἀπονειμώμεθα, τὸ δ' ἄλλο πᾶν ἀφῶμεν μαλακισθέντες καὶ παρέντες ἑτέρῳ ξυναγαγεῖν τε * εἰς ἓν καὶ πρέπουσαν ἐπωνυμίαν ἀποδοῦναί τιν' αὐτῷ. B

ΘΕΑΙ. Νενεμήσθω, τὸ δὲ μεθείσθω.

ΞΕ. Καὶ μὴν καὶ τοῦτο ἔτι διπλοῦν, ὦ Θεαίτητε, ἄξιον ἡγεῖσθαι· δι' ἃ δέ, σκόπει.

ΘΕΑΙ. Λέγε.

ΞΕ. Τῶν μιμουμένων οἱ μὲν εἰδότες ὃ μιμοῦνται τοῦτο πράττουσιν, οἱ δ' οὐκ εἰδότες· καίτοι τίνα μείζω διαίρεσιν ἀγνωσίας τε καὶ γνώσεως θήσομεν;

ΘΕΑΙ. Οὐδεμίαν.

ΞΕ. Οὐκοῦν τό γε ἄρτι λεχθὲν εἰδότων ἦν μίμημα· τὸ γὰρ σὸν σχῆμα καὶ σὲ γιγνώσκων ἄν τις μιμήσαιτο.

ΘΕΑΙ. * Πῶς δ' οὔ; C

ΞΕ. Τί δὲ *) δικαιοσύνης τὸ σχῆμα καὶ ὅλης ξυλλήβδην ἀρετῆς; ἆρ' οὐκ ἀγνοοῦντες μέν, δοξάζοντες δέ πῃ, σφόδρα ἐπιχειροῦσι πολλοὶ τὸ δοκοῦν σφίσι τοῦτο ὡς ἐνὸν αὐτοῖς προθυμεῖσθαι φαίνεσθαι ποιεῖν, ὅτι μάλιστα ἔργοις τε καὶ λόγοις μιμούμενοι;

ΘΕΑΙ. Καὶ πάνυ γε πολλοί.

ΞΕ. Μῶν οὖν πάντες ἀποτυγχάνουσι τοῦ δοκεῖν εἶναι δίκαιοι μηδαμῶς ὄντες; ἢ τούτου πᾶν τοὐναντίον;

ΘΕΑΙ. Πᾶν.

ΞΕ. Μιμητὴν δὴ τοῦτόν γε ἕτερον ἐκείνου λε*κτέον οἶμαι, τὸν ἀγνοοῦντα τοῦ γιγνώσκοντος. D

---

*) γρ. δαί.

Hosp. Si quis, opinor, tuam figuram suum ipse corpus adhibens vel vocem tuam sua voce assimilatam exhibet, haec visorum fingendorum artis pars maxime fere imitatio appellatur.

Theae. Ita.

Hosp. Imitandi igitur artem hanc eius partem appellemus eique attribuamus, alteram vero cunctam dimittamus defatigati et relinquamus eam alii, ut eam conducat in unum conveniensque aliquod ei nomen imponat.

Theae. Attributum hoc, illud vero dimissum esto.

Hosp. Atque etiam hoc duplex, Theaetete, par est existimari; quamobrem, vide.

Theae. Dic.

Hosp. Eorum qui imitantur alii scientes eius quod imitantur hoc faciunt, alii vero nescientes; et quam maiorem ponemus distinctionem nisi hanc inscientiae et scientiae?

Theae. Nullam vero maiorem.

Hosp. Itaque, quod modo dicebatur, scientium erat imitatio; tuam enim figuram teque cognoscens quis imitabitur.

Theae. Prorsus ita.

Hosp. Quid vero iustitiae figura et universae omnino virtutis? nonne multi ignorantes quidem, cogitatione vero quodammodo eam complectentes, instituunt vehementer eniti, ut quod sibi videtur id ita exhibeant, quasi ipsis insit, quam maxime possunt et factis et dictis id imitantes?

Theae. Sane quidem multi.

Hosp. Num igitur omnes frustra hoc agunt ut videantur esse iusti, quum non sint? an plane contra fit?

Theae. Plane.

Hosp. Imitatorem igitur hunc diversum ab illo dicendum esse puto, nescientem a sciente.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΞΕ. Πόθεν οὖν ὄνομα ἑκατέρῳ τις αὐτῶν λήψεται πρέπον; ἢ δῆλον δὴ χαλεπὸν ὄν, διότι τῆς τῶν γενῶν κατ' εἴδη διαιρέσεως παλαιά τις, ὡς ἔοικεν, αἰτία *) τοῖς ἔμπροσθεν καὶ ἀξύννους παρῆν, ὥστε μηδ' ἐπιχειρεῖν μηδένα διαιρεῖσθαι· καθὸ δὴ τῶν ὀνομάτων ἀνάγκη μὴ σφόδρα εὐπορεῖν; ὅμως δέ, κἂν ᾖ τολμηρότερον εἰρῆσθαι, διαγνώσεως ἕνεκα τὴν μὲν μετὰ δόξης μίμησιν δοξομιμητικὴν
προσείπωμεν, τὴν δὲ μετ' ἐπιστήμης ἱστορικήν τινα μί- E
μησιν.

ΘΕΑΙ. Ἔστω.

ΞΕ. Θατέρῳ τοίνυν χρηστέον· ὁ γὰρ σοφιστὴς οὐκ ἐν τοῖς εἰδόσιν ἦν, ἀλλ' ἐν τοῖς μιμουμένοις δή.

ΘΕΑΙ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Τὸν δοξομιμητὴν δὴ σκοπώμεθα ὥσπερ σίδηρον, εἴτε ὑγιὴς εἴτε διπλόην ἔτ' ἔχων τινά ἐστιν ἐν ἑαυτῷ.

ΘΕΑΙ. Σκοπῶμεν.

ΞΕ. Ἔχει τοίνυν καὶ μάλα συχνήν· ὁ μὲν γὰρ εὐή-
θης αὐτῶν * ἐστίν, οἰόμενος εἰδέναι ταῦτα ἃ δοξάζει, τὸ 268
δὲ θατέρου σχῆμα διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις κυλίνδησιν ἔχει πολλὴν ὑποψίαν καὶ φόβον, ὡς ἀγνοεῖ ταῦτα ἃ πρὸς τοὺς ἄλλους ὡς εἰδὼς ἐσχημάτισται.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν ἔστιν ἑκατέρου γένους ὧν **) εἴρηκας.

ΞΕ. Οὐκοῦν τὸν μὲν ἁπλοῦν μιμητήν τινα, τὸν δὲ εἰρωνικὸν μιμητὴν θήσομεν;

ΘΕΑΙ. Εἰκὸς γοῦν.

ΞΕ. Τούτου δ' αὖ τὸ γένος ἓν ἢ δύο φῶμεν;

ΘΕΑΙ. Ὅρα σύ.

ΞΕ. Σκοπῶ, καί μοι διττὼ καταφαίνεσθόν τινε· B
τὸν μὲν δημοσίᾳ τε καὶ μακροῖς λόγοις πρὸς πλήθη δυ-

---

*) ἴσ. ἀηδία.

**) ἄλλ. ὡς.

Theae. Etiam.

Hosp. Unde iam nomen utrique eorum quisquam arripiet conveniens? an dubium non eſt quin difficile ſit, propterea quod ad generum in ſpecies distributionem vetuſtam quandam, ut videtur, et inconſideratam ſuperiores habebant offenſionem atque faſtidium, ita ut ne conaretur quidem ullus dividere; quocirca etiam nomina non ſatis nobis poſſunt in promptu eſſe? attamen, etiamſi audacius eſt dictu, diſtinctionis cauſa imitationem cum opinione coniunctam opinatam imitationem appellemus, eam vero quae cum ſcientia coniuncta eſt, ſcientem quandam.

Theae. Eſto.

Hosp. De altera iam nobis agendum; ſophiſtes enim non in ſcientibus erat, ſed in imitantibus.

Theae. Sane quidem.

Hosp. Opinatum igitur imitatorem ſpectemus ficut ferrum, num ſanus ſit an ſciſſuram quandam adhuc in ſe habeat.

Theae. Spectemus.

Hosp. Habet vero etiam permagnam; unus enim eorum fatuus, ut qui ſe opinetur ſcire haec quae cogitatione fingat, alterius vero ſpecies, quia in omni genere orationum volutatur, magnam habet ſuſpicionem ac dubitationem, ſciatne haec in quibus apud multitudinem ſcientis prae ſe fert ſpeciem.

Theae. Sane quidem eſt utriusque generis, ut dixiſti.

Hosp. Nonne alterum ſimplicem quendam imitatorem, alterum ſimulatum imitatorem ponemus?

Theae. Conſentaneum profecto.

Hosp. Huius iterum genus unumne an duo eſſe dicamus?

Theae. Vide tu.

Hosp. Conſidero, et bini quidam mihi ſeſe offerunt; unum quidem, qui publice longisque orationibus

νατὸν εἰρωνεύεσθαι καθορῶ, τὸν δὲ ἰδίᾳ τε καὶ βραχέσι λόγοις ἀναγκάζοντα τὸν προςδιαλεγόμενον ἐναντιολογεῖν αὐτὸν αὑτῷ.

ΘΕΑΙ. Λέγεις ὀρθότατα.

ΞΕ. Τίνα οὖν ἀποφαινώμεθα τὸν μακρολογώτερον εἶναι; πότερα πολιτικὸν ἢ δημολογικόν;

ΘΕΑΙ. Δημολογικόν.

ΞΕ. Τί δὲ τὸν ἕτερον ἐροῦμεν; σοφὸν ἢ σοφιστικόν;

ΘΕΑΙ. Τὸ *) μέν που σοφὸν ἀδύνατον, ἐπείπερ οὐκ εἰδότα * αὐτὸν ἔθεμεν· μιμητὴς δ' ὢν τοῦ σοφοῦ δῆλον C ὅτι παρωνύμιον αὐτοῦ τι λήψεται, καὶ σχεδὸν ἤδη μεμάθηκα ὅτι τοῦτον δεῖ προςειπεῖν ἀληθῶς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν παντάπασιν ὄντως σοφιστήν.

ΞΕ. Οὐκοῦν ξυνδήσωμεν αὐτοῦ, καθάπερ ἔμπροσθεν, τοὔνομα ξυμπλέξαντες ἀπὸ τελευτῆς ἐπ' ἀρχήν;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τὸ δὴ τῆς ἐναντιοποιολογικῆς εἰρωνικοῦ μέρους τῆς δοξαστικῆς μιμητικόν, τοῦ φανταστικοῦ γένους ἀπὸ τῆς εἰδωλοποιϊκῆς οὐ θεῖον, ἀλλ' ἀνθρωπικὸν **) τῆς D ποιήσεως ἀφωρισμένον ἐν λόγοις τὸ θαυματοποιϊκὸν μόριον, ταύτης τῆς γενεᾶς τε καὶ αἵματος ὃς ἂν φῇ τὸν ὄντως σοφιστὴν εἶναι, τἀληθέστατα, ὡς ἔοικεν, ἐρεῖ.

ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

---

*) γρ. Τόν.

**) ἴσ. ἀνθρώπινον.

apud plebem habitis potest simulatione uti, conspicio, alterum vero privatim brevibusque sermonibus cogentem hunc quicum colloquitur, ut secum ipse pugnet.

Theae. Dicis rectissime.

Hosp. Quem iam affirmemus longioribus uti orationibus? utrum civilem an eum qui apud populum verba facit?

Theae. Eum qui apud populum verba facit.

Hosp. Quem vero alterum dicemus? sapientem an sophisticum?

Theae. Ut sapiens appelletur fieri nequit, quoniam non esse scientem eum posuimus; sed imitator quum sit sapientis, haud dubie denominationem ab hoc aliquam accipiet, et ferme iam intelligo hunc profecto dicendum esse ipsum illum germanissimum sophisten.

Hosp. Nonne iam colligemus, quemadmodum supra, eius nomen connectentes a fine ad initium?

Theae. Sane quidem.

Hosp. Itaque eius imitationis partis quae efficit sermonibus ut alter secum ipse pugnet, ad simulationem et opinationem illius quidem pertinentis, ab arte proficiscentis visorum et simulacrorum fingendorum, et repetendae non a divinae, sed ab humanae confectionis ea parte separata, quae in praestigiis oratoriis habitat: huius generis ac sanguinis qui ponit germanum sophisten esse, verissima, ut patet, dicet.

Theae. Prorsus isto modo res habet.

ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΞΕΝΟΣ
ΣΩΚΡΑΤΗΣ Ο ΝΕΩΤΕΡΟΣ

ΣΩ. Ἦ πολλὴν χάριν ὀφείλω σοι τῆς Θεαιτήτου γνω- 257
ρίσεως, ὦ Θεόδωρε, ἅμα καὶ τῆς τοῦ ξένου.

ΘΕΟ. Τάχα δέ γε, ὦ Σώκρατες, ὀφειλήσεις ταύτης
τριπλασίαν, ἐπειδὰν τόν τε πολιτικὸν ἀπεργάσωνταί σοι καὶ
τὸν φιλόσοφον.

ΣΩ. Εἶεν, οὕτω τοῦτο, ὦ φίλε Θεόδωρε, φήσομεν
ἀκηκοότες εἶναι τοῦ περὶ λογισμοὺς καὶ τὰ γεωμετρικὰ
κρατίστου;

ΘΕΟ. * Πῶς, ὦ Σώκρατες; B

ΣΩ. Τῶν ἀνδρῶν ἕκαστον θέντος *) τῆς ἴσης ἀξίας,
οἳ τῇ τιμῇ πλέον ἀλλήλων ἀφεστᾶσιν, ἢ κατὰ τὴν ἀναλο-
γίαν τὴν τῆς ὑμετέρας τέχνης;

ΘΕΟ. Εὖ γε, νὴ τὸν ἡμέτερον θεόν, ὦ Σώκρατες,
τὸν Ἄμμωνα, καὶ δικαίως, καὶ πάνυ μὲν οὖν μνημονικῶς
ἐπέπληξάς μοι τὸ περὶ τοὺς λογισμοὺς ἁμάρτημα. καὶ σὲ
μὲν ἀντὶ τούτων ἐςαῦθις **) μέτειμι· σὺ δ' ἡμῖν, ὦ ξένε,
μηδαμῶς ἀποκάμῃς χαριζόμενος, ἀλλ' ἑξῆς, εἴτε τὸν πολι-
τικὸν ἄνδρα πρότερον * εἴτε τὸν φιλόσοφον προαιρεῖ, προ- C
ελόμενος διέξελθε.

ΞΕ. Ταῦτ', ὦ Θεόδωρε, ποιητέον· ἐπείπερ ἅπαξ γε
ἐγκεχειρήκαμεν, καὶ οὐκ ἀποστατέον, πρὶν ἂν αὐτῶν πρὸς
τὸ τέλος ἔλθωμεν. ἀλλὰ γὰρ περὶ Θεαιτήτου τοῦδε τί χρὴ
δρᾶν με;

---

*) γρ. θέντες. **) γρ. εἰσαῦθις.

SOCRATES THEODORUS HOSPES SOCRATES IUNIOR

So. Magnam profecto gratiam tibi debeo propter Theaeteti notitiam, Theodore, itemque hoſpitis.

Theo. Fortaſſe autem, Socrate, debebis triplam, quum virum civilem exhibuerint tibi atque philoſophum.

So. Quid? itane hoc, o care Theodore, dicemus nos audiſſe a viro in arte numerandi et geometricis praeſtantiſſimo?

Theo. Quomodo, Socrate?

So. Eum virorum quemque paris aeſtimaſſe, qui dignitate inter ſe longius diſtant quam pro veſtrae artis proportione?

Theo. Praeclare vero, per noſtrum Deum, Socrate, Ammonem, iure et ſatis quidem memoria id cuſtodiens obieciſti mihi quod in computando erravi. atque a te quidem huius rei poenas poſthac repetam; tu vero nobis, hoſpes, nullo modo recuſes gratificari, ſed ex ordine, ſive civilem virum prius ſive philoſophum elegeris, hunc eligens perſequere.

Hoſp. Haec, Theodore, facienda: quoniam ſemel id ſuſcepimus, etiam non prius deſiſtendum, quam ad exitum venerimus. at vero Theaeteto hoc quid oportet me facere?

ΘΕΟ. Τοῦ πέρι;

ΞΕ. Διαναπαύσωμεν αὐτὸν μεταλαβόντες αὐτοῦ τὸν ξυγγυμναστὴν τόνδε Σωκράτη; ἢ πῶς ξυμβουλεύεις;

ΘΕΟ. Καθάπερ εἶπες, μεταλάμβανε· *) νέω γὰρ ὄντε ῥᾷον οἴσετον πάντα πόνον ἀναπαυομένω.

ΣΩ. * Καὶ μὴν κινδυνεύετον, ὦ ξένε, ἄμφω ποθὲν D ἐμοὶ ξυγγένειαν ἔχειν τινά· τὸν μέν γε οὖν ὑμεῖς κατὰ τὴν τοῦ προσώπου φύσιν ὅμοιον ἐμοὶ φαίνεσθαί φατε, τοῦ δ' ἡμῖν ἡ κλῆσις ὁμώνυμος οὖσα καὶ ἡ * πρόσρησις παρέχε- 258 ταί τινα οἰκειότητα. δεῖ δὴ τούς γε **) ξυγγενεῖς ἡμᾶς ἀεὶ προθύμως διὰ λόγων ἀναγνωρίζειν. Θεαιτήτῳ μὲν οὖν αὐτός τε ξυνέμιξα χθὲς διὰ λόγων καὶ νῦν ἀκήκοα ἀποκρινομένου, Σωκράτους δὲ οὐδέτερα· δεῖ δὲ σκέψασθαι καὶ τοῦτον. ἐμοὶ μὲν οὖν ἐσαῦθις, σοὶ δὲ νῦν ἀποκρινέσθω.

ΞΕ. Ταῦτ' ἔσται. Ὦ Σώκρατες, ἀκούεις δὴ Σωκράτους;

ΝΕΟΣ ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Ξυγχωρεῖς οὖν οἷς λέγει;

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐ * τὰ σὰ κωλύειν φαίνεται, δεῖ δὲ ἴσως ἔτι B ἧττον τἀμὰ διακωλύειν. ἀλλὰ δὴ μετὰ τὸν σοφιστὴν ἀναγκαῖον, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τὸν πολιτικὸν ἄνδρα διαζητεῖν νῷν. καί μοι λέγε, πότερον τῶν ἐπιστημόνων τιν' ἡμῖν καὶ τοῦτον θετέον, ἢ πῶς;

ΣΩ. Οὕτως.

ΞΕ. Τὰς ἐπιστήμας ἄρα διαληπτέον, ὥσπερ ἡνίκα τὸν πρότερον ἐσκοποῦμεν.

ΣΩ. Τάχ' ἄν.

ΞΕ. Οὐ μὲν δὴ κατὰ ταὐτόν γε, ὦ Σώκρατες, φαίνεταί μοι τμῆμα.

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. * Κατ' ἄλλο. C

---

*) γρ. εἶπες. ΞΕ. Μεταλάμβανε.

**) γρ. τούς τε.

Theo. Quidnam ſignificas?

Hoſp. Requieſcere eum ſinamus asſumto, qui exercitationis ei ſocius eſt, hoc Socrate? an quomodo ſuades?

Theo. Quemadmodum dixiſti, eum illius loco asſume; iuvenes enim quum ſint facilius ferent quemvis laborem requieſcentes.

So. Etenim videntur, hoſpes, utrique cognatione aliqua mecum coniuncti eſſe; unum certe vos ſimilem mihi vultum habere dicitis, alterius vero nomen, idem quod noſtrum, et appellatio efficit necèſſitudinem aliquam. oportet igitur nos cognatos prompto ſemper animo disſerendo recognoſcere. Atque cum Theaeteto quidem quum ipſe ſermonem contuli heri, tum nunc eum audivi reſpondentem, Socratem vero neutram in partem cognovi; oportet autem etiam hunc conſiderari. mihi igitur alias, tibi vero nunc reſpondeto.

Hoſp. Hoc ita fiet. O Socrate, audisne Socratem?

So. iun. Ita.

Hoſp. Num aſſentiris eis quae dicit?

So. Sane quidem.

Hoſp. Per te nulla videtur mora eſſe, fortaſſe autem multo minus per me morae ſit oportet. iam vero poſt ſophiſtam neceſſe eſt, ut mihi videtur, civilem nos virum perſcrutari. itaque mihi dic: num ſcientium aliquem eſſe etiam hunc nobis ponendum eſt, an quomodo?

So. Ita.

Hoſp. Scientiae igitur distribuendae ſunt, ſicuti, quum de priore quaereremus.

So. Forſitan.

Hoſp. Neque tamen eadem, Socrate, videtur mihi diviſio.

So. Quidni?

Hoſp. Sed alia.

ΣΩ. Ἔοικέ γε.

ΞΕ. Τὴν οὖν πολιτικὴν ἀτραπὸν πῇ τις ἀνευρήσει *); δεῖ γὰρ αὐτὴν ἀνευρεῖν, καὶ χωρὶς ἀφελόντας ἀπὸ τῶν ἄλλων ἰδέαν αὐτῇ μίαν ἐπισφραγίσασθαι, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐκτροπαῖς ἓν ἄλλο εἶδος ἐπισημηναμένους ἁπάσας τὰς ἐπιστήμας ὡς οὔσας δύο εἴδη διανοηθῆναι τὴν ψυχὴν ἡμῶν ποιῆσαι.

ΣΩ. Τοῦτ' ἤδη σόν, οἶμαι, τὸ ἔργον, ὦ ξένε, ἀλλ' οὐκ ἐμὸν γίγνεται.

ΞΕ. Δεῖ γε μήν, ὦ Σώκρατες, αὐτὸ * εἶναι καὶ D σόν, ὅταν ἐμφανὲς ἡμῖν γένηται.

ΣΩ. Καλῶς εἶπες.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν οὐκ ἀριθμητικὴ μὲν καί τινες ἕτεραι ταύτῃ ξυγγενεῖς τέχναι ψιλαὶ τῶν πράξεών εἰσι, τὸ δὲ γνῶναι παρέχονται **) μόνον;

ΣΩ. Ἔστιν οὕτως.

ΞΕ. Αἱ δέ γε περὶ τεκτονικὴν αὖ καὶ ξύμπασαν χειρουργίαν ὥςπερ ἐν ταῖς πράξεσιν ἐνοῦσαν ξύμφυτον τὴν ἐπιστήμην * κέκτηνται, καὶ ξυναποτελοῦσι τὰ γιγνόμενα E ὑπ' αὐτῶν σώματα, πρότερον οὐκ ὄντα.

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Ταύτῃ τοίνυν ξυμπάσας ἐπιστήμας διαίρει, τὴν μὲν πρακτικὴν προςειπών, τὴν δὲ μόνον γνωστικήν.

ΣΩ. Ἔστω σοι ταῦθ' ὡς μιᾶς ἐπιστήμης τῆς ὅλης εἴδη δύο.

ΞΕ. Πότερ' οὖν τὸν πολιτικὸν καὶ βασιλέα καὶ δεσπότην καὶ ἔτ' οἰκονόμον θήσομεν ὡς ἓν πάντα ταῦτα προςαγορεύοντες, ἢ τοσαύτας τέχνας αὐτὰς εἶναι φῶμεν, ὅσαπερ ὀνόματα ἐῤῥήθη; Μᾶλλον δέ μοι δεῦρο ἕπου.

ΣΩ. Πῇ.

ΞΕ. * Τῇδε. εἴ τῳ τις τῶν δημοσιευόντων ἰατρῶν 259 ἱκανὸς ξυμβουλεύειν ἰδιωτεύων αὐτός, ἆρ' οὐκ ἀναγκαῖον αὐτῷ προςαγορεύεσθαι τοὔνομα τῆς τέχνης ταὐτόν, ὅπερ ***) ᾧ ξυμβουλεύει;

---

*) γρ. ἂν εὑρήσει. **) ἄλλ. παρέσχοντο.

***) γρ. ταυτὸν περ.

So. Videtur ſane.

Hoſp. Civilem iam ſemitam quomodo quis inveniat? oportet enim eam inveniri, ſeparatim exemptam ex reliquarum numero una ſpecie ſignari, reliquisque digreſſionibus una alia forma nota inſignitis effici ut cunctas ſcientias duo eſſe genera animo complectamur.

So. Hoc iam tuum, opinor, eſt, hoſpes, non meum.

Hoſp. Oportet tamen, Socrate, etiam tuum eſſe, quum manifeſtum nobis factum fuerit.

So. Bene vero dicis.

Hoſp. Nonne arithmetica et aliae quaedam huic cognatae artes vacuae ſunt ab actionibus, et cognitionem tantum praeſtant?

So. Eſt ita.

Hoſp. Ars vero tignaria et univerſa operaria tamquam actionibus inſitam atque innatam ſcientiam poſſident unaque perficiunt quae ex iis exſiſtunt res corporeas ante non exſtantes.

So. Quippini?

Hoſp. Hac igitur ratione univerſas diſciplinas distribue unam dicens eam quae in agendo, alteram eam quae in cognoſcendo tantum poſita ſit.

So. Sunto tibi hae tamquam unius ſcientiae univerſae ſpecies duae.

Hoſp. Utrum vero civilem et regem et dominatorem itemque diſpenſatorem ponemus uno hos omnes nomine appellantes, an tot artes eas eſſe dicamus, quot nomina dicta ſint? Potius vero me huc ſequere.

So. Quo tandem?

Hoſp. Huc. ſi quis cui eorum qui medicinam publice profitentur conſilium dare poteſt ipſe privatim artem factitans, nonne neceſſe eſt eodem cum artis nomine nuncupari quo is cui ſuaſerit nuncupetur?

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τί δ'; ὅστις βασιλεύοντι χώρας ἀνδρὶ παραινεῖν δεινὸς ἰδιώτης ὢν αὐτός, ἆρ' οὐ φήσομεν ἔχειν αὐτὸν τὴν ἐπιστήμην, ἣν ἔδει τὸν ἄρχοντα αὐτὸν κεκτῆσθαι;

ΣΩ. Φήσομεν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν ἥ γε ἀληθινοῦ βασι*λέως βασιλική; B

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Ταύτην δὲ ὁ κεκτημένος οὐκ, ἄν τε ἄρχων ἄν τ' ἰδιώτης ὢν τυγχάνῃ, πάντως κατά γε τὴν τέχνην αὐτὴν βασιλικὸς ὀρθῶς προσρηθήσεται;

ΣΩ. Δίκαιον γοῦν.

ΞΕ. Καὶ μὴν οἰκονόμος γε καὶ δεσπότης ταὐτόν.

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τί δέ; μεγάλης σχῆμα οἰκήσεως ἢ σμικρᾶς αὖ πόλεως ὄγκος μῶν τι πρὸς ἀρχὴν διοίσετον;

ΣΩ. Οὐδέν.

ΞΕ. Οὐκοῦν, ὃ νῦν δὴ διε*σκοπούμεθα, φανερὸν C
ὡς ἐπιστήμη μία περὶ πάντ' ἐστὶ ταῦτα. ταύτην δὲ εἴτε βασιλικὴν εἴτε πολιτικὴν εἴτε οἰκονομικήν τις ὀνομάζει, μηδὲν αὐτῷ διαφερώμεθα.

ΣΩ. Τί γάρ;

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τόδε γε δῆλον, ὡς βασιλεὺς ἅπας χερσὶ καὶ ξύμπαντι τῷ σώματι σμίκρ' ἄττα εἰς τὸ κατέχειν τὴν ἀρχὴν δύναται πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ξύνεσιν καὶ ῥώμην.

ΣΩ. Δῆλον.

ΞΕ. Τῆς δὴ γνωστικῆς μᾶλλον ἢ τῆς χειροτεχνικῆς
καὶ ὅλως πρα*κτικῆς βούλει τὸν βασιλέα φῶμεν οἰκειότερον D
εἶναι;

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τὴν ἄρα πολιτικὴν καὶ πολιτικὸν καὶ βασιλικὴν καὶ βασιλικὸν εἰς ταὐτὸν ὡς ἓν πάντα ταῦτα ξυνθήσομεν.

ΣΩ. Δῆλον.

So. Ita.

Hosp. Quid vero? qui viro terram regenti suadere potest quum ipse privatus sit, nonne dicemus eum habere scientiam eam quam oportuit imperantem ipsum tenere?

So. Dicemus.

Hosp. Atqui veri quidem regis scientia est regia?

So. Ita.

Hosp. Hanc vero qui possidet nonne, sive imperator sive privatus est, omnino ex hac quidem arte regius recte nominabitur?

So. Par certe est.

Hosp. Atqui dispensator et dominator idem.

So. Quidni?

Hosp. Quid vero? magnarum status rerum familiarium vel parvae urbis corpus numquid ad imperium different?

So. Nihil vero.

Hosp. Itaque, de quo modo quaerebamus, manifestum scientiam unam horum omnium esse. hanc vero sive regiam sive civilem sive rei familiaris tuendae artem quis nominaverit, minime cum eo contendamus.

So. Minime vero.

Hosp. At vero hoc quidem perspicuum est, regem quemvis manibus universoque corpore parum ad retinendum imperium pollere, pro eo quantum animi intelligentia atque vis possunt.

So. Patet vero.

Hosp. Cognoscendi igitur arti magis quam operariae et omnino in agendo positae num vis regem dicamus propinquiorem esse?

So. Quidni dicamus?

Hosp. Civilem igitur disciplinam civilemque virum, regiam regiumque virum in idem, tamquam unum omnia haec sint, conducemus.

So. Patet vero.

ΞΕ. Οὐκοῦν πορευοίμεθ' ἂν ἑξῆς, εἰ *) μετὰ ταῦτα τὴν γνωστικὴν διοριζοίμεθα;

ΣΩ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Πρόσεχε δὴ τὸν νοῦν, ἂν ἄρα ἐν αὐτῇ τινὰ διαφυὴν **) κατανοήσωμεν.

ΣΩ. Φράζε ποίαν.

ΞΕ. Τοιάνδε. λογιστική πού τις ἡμῖν ἦν * τέχνη. E

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τῶν γνωστικῶν γε, οἶμαι, παντάπασι τεχνῶν.

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Γνούσῃ δὴ λογιστικῇ τὴν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς διαφορὰν μῶν τι πλέον ἔργον δώσομεν, ἢ τὰ γνωσθέντα κρῖναι;

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Καὶ γὰρ ἀρχιτέκτων γε πᾶς οὐκ αὐτὸς ἐργαστικός, ἀλλὰ ἐργατῶν ἄρχων.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Παρεχόμενός γέ που γνῶσιν, ἀλλ' οὐ χειρουργίαν.

ΣΩ. Οὕτως.

ΞΕ. Δικαίως δὴ μετέχειν * ἂν λέγοιτο τῆς γνωστικῆς ἐπιστήμης. 260

ΣΩ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Τούτῳ ***) δέ γε, οἶμαι, προσήκει κρίναντι μὴ τέλος ἔχειν μηδ' ἀπηλλάχθαι, καθάπερ ὁ λογιστὴς ἀπήλλακτο, προστάττειν δὲ ἑκάστοις τῶν ἐργατῶν τό γε πρόσφορον, ἕως ἂν ἀπεργάσωνται τὸ προσταχθέν.

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὐκοῦν γνωστικαὶ μὲν αἵ τε τοιαῦται ξύμπασαι καὶ ὁπόσαι ξυνέπονται τῇ λογιστικῇ, κρίσει δὲ καὶ ἐπιτάξει * διαφέρετον ἀλλήλοιν τούτω τὼ γένεε; B

ΣΩ. Φαίνεσθον.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν ξυμπάσης τῆς γνωστικῆς εἰ τὸ μὲν

---

*) γρ. ἑξῆς, μετὰ τ. **) γρ. διαφυγήν.
***) γρ. Τοῦτο.

Hosp. Nonne progrediemur ordine, si dein artem in cognoscendo versantem definiemus?

So. Sane quidem.

Hosp. Attende igitur animum, num forte in ea articulum quendam animadvertamus.

So. Dic qualem.

Hosp. Talem. ars ratiocinandi erat nobis certe ars?

So. Ita.

Hosp. Et quidem una ex artibus, opinor, prorsus in cognitione versantibus.

So. Quidni?

Hosp. Iam ratiocinandi arti cognoscenti numerorum differentiam, numquid amplius negoti dabimus praeter hoc, ut ea quae cognoverit diiudicet?

So. Qui possimus?

Hosp. Atque etiam architectus quivis non ipse operarius est, sed operarum praefectus.

So. Ita.

Hosp. Praestans quidem cognitionem, opus vero non faciens.

So. Ita.

Hosp. Iure igitur particeps esse dicetur scientiae in cognitione versantis.

So. Sane quidem.

Hosp. Nec vero hunc, opinor, par est si dijudicaverit absolvi ac dimitti, quemadmodum dimissus est, sed praecipere cuique operarum id quod convenit, dum perfecerint quod praeceptum sit.

So. Recte vero.

Hosp. Nonne in cognitione versantur quidem hae omnes et quotquot sequuntur ratiocinandi artem, iudicio autem et praecepto differunt inter se haec genera?

So. Videntur vero.

Hosp: Num igitur universae artis in cognoscendo

ἐπιτακτικὸν μέρος, τὸ δὲ κριτικὸν διαιρούμενοι προσείποιμεν, ἐμμελῶς ἂν φαῖμεν διῃρῆσθαι;

ΣΩ. Κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τοῖς γε κοινῇ τι πράττουσιν ἀγαπητὸν ὁμονοεῖν.

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τούτου τοίνυν μέχριπερ ἂν αὐτοὶ κοινωνῶμεν, ἐατέον τά γε τῶν ἄλλων δοξάσματα χαίρειν.

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. * Φέρε δή, ταύταιν ταῖν τέχναιν ἡμῖν τὸν βα- C
σιλικὸν ἐν ποτέρᾳ θετέον; ἆρ' ἐν τῇ κριτικῇ, καθάπερ τινὰ θεατήν; ἢ μᾶλλον τῆς ἐπιτακτικῆς ὡς ὄντα αὐτὸν τέχνης θήσομεν, δεσπόζοντά γε;

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὐ μᾶλλον;

ΞΕ. Τὴν ἐπιτακτικὴν δὴ τέχνην πάλιν ἂν εἴη θεατέον εἴ πη διέστηκε. καί μοι δοκεῖ τῇδέ πη, καθάπερ ἡ τῶν καπήλων τέχνη τῆς τῶν αὐτοπωλῶν διώρισται τέχνης, καὶ τὸ βα*σιλικὸν γένος ἔοικεν ἀπὸ τοῦ τῶν κηρύκων γέ- D
νους ἀφωρίσθαι.

ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Πωληθέντα που πρότερον ἔργα ἀλλότρια παραδεχόμενοι δεύτερον πωλοῦσι πάλιν οἱ κάπηλοι.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ τὸ κηρυκικὸν φῦλον ἐπιταχθέν, τἀλλότρια νοήματα παραδεχόμενον, αὐτὸ *) δεύτερον ἐπιτάττει πάλιν ἑτέροις;

ΣΩ. Ἀληθέστατα.

ΞΕ. Τί οὖν; εἰς ταὐτὸν μίξομεν **) βασιλικὴν ἑρμηνευτικῇ, κελευστικῇ, μαντικῇ, * κηρυκικῇ καὶ πολ- E
λαῖς ἑτέραις τούτων τέχναις ξυγγενέσιν, αἳ ξύμπασαι τό γ' ἐπιτάττειν ἔχουσιν; ἢ βούλει, καθάπερ εἰκάζομεν νῦν δή, καὶ τοὔνομα παρεικάσωμεν, ἐπειδὴ καὶ σχεδὸν ἀνώνυμον ὂν τυγχάνει τὸ τῶν αὐτεπιτακτῶν γένος, καὶ

*) ἴσ. ἐπιταχθέντα ἀλλότρια νοήματα παραδεχόμενον αὐτά κτλ.

**) ἄλλ. μίξωμεν.

positae si unam partem praeceptionem, alteram diiudicationem appellantes distinguimus, concinne dicemus eas distinctas esse?

So. Ut mea quidem fert opinio.

Hosp. Iam vero eis qui communiter aliquid agunt acceptum est si consentiunt.

So. Quidni sit?

Hosp. Hoc igitur dum ipsis nobis obvenit, aliorum certe opiniones missae sunt faciendae.

So. Sane quidem.

Hosp. Age dum, harum artium vir regius in utram nobis adscribendus? num in diiudicandi artem tamquam spectatorem aliquem? an potius ad praecipiendi eum artem referemus, quippe qui dominetur?

So. Quidni potius hoc ponamus?

Hosp. Praecipiendi iam ars rursus spectanda erit numquid disiuncta sit. atque mihi videtur, quemadmodum cauponum ars ab eorum arte qui res a se inventas confectasve vendunt discernitur, ita etiam regium genus a praeconum genere separatum esse.

So. Quomodo?

Hosp. Opera aliena ante vendita suscipientes rursus vendunt caupones.

So. Sane quidem.

Hosp. Nonne etiam praeconum familia praecepta aliena consilia suscipiens denuo rursus praecipit aliis?

So. Verissime.

Hosp. Quid igitur? commisceamus regiam artem cum interpretandi, hortandi, vaticinandi, praeconii faciundi multisque aliis his cognatis artibus, quae cunctae praecipiendi munus sunt nactae? an vis ex ea qua modo usi sumus similitudine etiam nomen fingamus, quum fere nomine careat eorum qui ipsi praecipiunt

ταύτῃ ταῦτα διελώμεθα, τὸ μὲν τῶν βασιλέων γένος εἰς τὴν αὐτεπιτακτικὴν θέντες, τοῦ δὲ ἄλλου παντὸς ἀμελήσαντες, ὄνομα ἕτερον αὐτοῖς παραχωρήσαντες θέσθαι τινά; τοῦ γὰρ ἄρχοντος ἕνεκα ἡμῖν ἡ μέθοδος ἦν, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ * ἐναντίου. 261

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ τοῦτο μετρίως ἀφέστηκεν ἀπ' ἐκείνων, ἀλλοτριότητι διορισθὲν πρὸς οἰκειότητα, τοῦτ' αὐτὸ πάλιν αὖ διαιρεῖν ἀναγκαῖον, εἴ τινα τομὴν ἔτι ἔχομεν ὑπείκουσαν ἐν τούτῳ;

ΣΩ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Καὶ μὴν φαινόμεθα ἔχειν· ἀλλ' ἐπακολουθῶν ξύντεμνε.

ΣΩ. Πῇ;

ΞΕ. Πάντας ὁπόσους ἂν ἄρχοντας διανοηθῶμεν ἐπιτάξει προσχρωμένους, ἆρ' οὐχ εὑρήσομεν γενέσεώς τινος * ἕνεκα προστάττοντας; B

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Καὶ μὴν τά γε *) γιγνόμενα πάντα δίχα διαλαβεῖν οὐ παντάπασι χαλεπόν.

ΣΩ. Πῇ;

ΞΕ. Τὰ μὲν ἔμψυχα αὐτῶν ἐστί που ξυμπάντων, τὰ δ' ἄψυχα.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τούτοις δέ γε αὐτοῖς τὸ τοῦ γνωστικοῦ μέρος **) ἐπιτακτικὸν ὄν, εἴπερ βουλόμεθα τέμνειν, τεμοῦμεν.

ΣΩ. Κατὰ τί;

ΞΕ. Τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς τῶν ἀψύχων γενέσεσιν αὐτοῦ τάσσοντες, τὸ δ' ἐπὶ ταῖς τῶν ἐμψύχων. καὶ * πᾶν οὕτως C ἤδη διαιρήσεται δίχα.

ΣΩ. Παντάπασί γε.

ΞΕ. Τὸ μὲν τοίνυν αὐτῶν παραλίπωμεν, τὸ δ' ἀναλάβωμεν, ἀναλαβόντες δὲ μερισώμεθα εἰς δύο τὸ ξύμπαν.

---

*) γρ. τά τε.

**) γρ. μέρους.

genus, et hac ratione haec diſtinguamus ut regum genus in artem per ſe praecipiendi adſcribamus, reliquum vero univerſum haud curantes aliud ei nomen ut quis imponat concedamus? praefecti enim cauſa haec nobis inſtituta eſt quaeſtio, non contrarii.

So. Sane quidem.

Hoſp. Nonne igitur quum hoc ſatis diſtet ab illis, ratione alieni ad proprium discretum, hoc ipſum rurſus distribui oportet ſi quam diviſionem habemus in eo admiſſam?

So. Sane quidem.

Hoſp. Atque etiam videmur talem habere; iam ſequens mecum divide.

So. Quomodo?

Hoſp. Omnes quoscumque praefectos exiſtimamus praeceptione uti, nonne inveniemus conſilio praecipere ut aliquid fiat?

So. Quidni?

Hoſp. Atque quae fiunt bifariam distribuere non eſt plane difficile.

So. Quomodo?

Hoſp. Alia eorum cunctorum ſunt certe animata, alia inanimata.

So. Ita.

Hoſp. Ex his vero ipſis cognitionis id genus quod in praecipiendo poſitum eſt, ſi voluerimus dividere, dividemus.

So. Quomodo?

Hoſp. Ita ut unam eius partem hanc ſtatuamus quae ad inanimatorum generationes ſpectet, alteram quae ad animatorum. et univerſum ita iam dividetur bifariam.

So. Prorſus ita habet.

Hoſp. Illam vero partem praetermittamus, hanc autem ſumamus ſumptamque partiamur in duo univerſam.

ΣΩ. Λέγεις δ' αὐτοῖν ἀναληπτέον εἶναι πότερον;

ΞΕ. Πάντως που τὸ περὶ τὰ ζῶα ἐπιτακτικόν· οὐ γὰρ δὴ τό γε τῆς βασιλικῆς ἐπιστήμης ἐστί ποτε τῶν ἀψύχων ἐπιστατοῦν, οἷον ἀρχιτεκτονικόν, ἀλλὰ γενναιότερον, ἐν τοῖς ζώοις καὶ περὶ αὐτὰ ταῦτα τὴν * δύναμιν ἀεὶ κεκτημένον. D

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Τήν γε μὴν τῶν ζώων γένεσιν καὶ τροφὴν τὴν μέν τις ἂν ἴδοι μονοτροφίαν οὖσαν, τὴν δὲ κοινὴν τῶν ἐν ταῖς ἀγέλαις θρεμμάτων ἐπιμέλειαν.

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ἀλλ' οὐ μὴν τόν γε πολιτικὸν εὑρήσομεν ἰδιοτρόφον *), ὥσπερ βοηλάτην ἤ τινα ἱπποκόμον, ἀλλ' ἱπποφορβῷ τε καὶ βουφορβῷ μᾶλλον προσεοικότα.

ΣΩ. Φαίνεταί γε δὴ ῥηθὲν νῦν.

ΞΕ. Πότερον οὖν τῆς ζωοτροφίας τὴν * τῶν ξυμπόλλων κοινὴν τροφὴν ἀγελαιοτροφίαν ἢ κοινοτροφικήν τινα ὀνομάζωμεν; E

ΣΩ. Ὁπότερον ἂν ἐν τῷ λόγῳ ξυμβαίνῃ **).

ΞΕ. Καλῶς γε, ὦ Σώκρατες· κἂν διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσει φρονήσεως. νῦν δὲ τοῦτο μέν, καθάπερ διακελεύει, ποιητέον· τὴν δὲ ἀγελαιοτροφικὴν ἆρ' ἐννοεῖς πῇ τις δίδυμον ἀποφήνας τὸ ζητούμενον ἐν δι*πλασίοις τὰ 262
νῦν ἐν τοῖς ἡμίσεσιν εἰς τότε ποιήσει ζητεῖσθαι;

ΣΩ. Προθυμήσομαι. καί μοι δοκεῖ τῶν μὲν ἀνθρώπων ἑτέρα τις εἶναι, τῶν δὲ αὖ θηρίων ἄλλη τροφή.

ΞΕ. Παντάπασί γε προθυμότατα καὶ ἀνδρειότατα διῄρησαι. μὴ μέντοι τοῦτό γε ἐσαῦθις κατὰ δύναμιν πάσχωμεν.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Μὴ σμικρὸν μόριον ἓν πρὸς πολλὰ καὶ μεγάλα ἀφαιρῶμεν, μηδὲ εἴδους χωρίς, * ἀλλὰ τὸ μέρος ἅμα B
εἶδος ἐχέτω· κάλλιστον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἄλλων εὐθὺς

---

*) γρ. ἰδιότροπον. **) γρ. ξυμβαίνοι.

So. Dicis vero earum ſumendam eſſe utram?

Hoſp. Prorſus ſane eam quae animantibus praecipit: neque enim regia ſcientia umquam inanimatis praeeſt, velut architectonica, ſed generoſior eſt, inter animantia et in haec ipſa poteſtatem habens, quotiescumque habet.

So. Recte.

Hoſp. Animantium vero generationem et paſtum partim quisquam cognoverit paſtionem eſſe ſolitariam, partim communem congregati pecoris curationem.

So. Recte.

Hoſp. Nec vero civilem reperiemus ſolitarium curatorem eſſe uni tantum praefectum, veluti bubulcum vel etiam equiſonem, ſed ei qui equos vel boves paſcit potius aſſimilem.

So. Videtur ſane nunc dictum.

Hoſp. Iam utrum animantium paſtionis eam partem qui communis eſt permultorum paſtus gregalem, an communem quandam appellemus paſtionem?

So. Utrumcumque in oratione conſequitur.

Hoſp. Praeclare vero, Socrate, et ſi caveas ne ſerium ſtudium conferas ad nomina, ditior quum ſenueris reperieris ſapientia. nunc vero hoc, quemadmodum adhortaris, ita faciendum; gregalem autem paſtionem num intelligis quomodo, ſi quis geminam eam eſſe ſtatuerit, hoc effecturus ſit, ut, quod modo quaeſivimus in duplo, id iam in dimidio quaeratur?

So. Studebo; atque videtur mihi hominum alius quis eſſe, beſtiarum rurſus alius paſtus.

Hoſp. Plane quidem ſtudioſiſſime ac fortiſſime diſtribuiſti. ne tamen hoc in poſterum pro viribus committamus.

So. Quale?

Hoſp. Ne particulam unam, exiguam ad multas et magnas, eximamus, neque ſine ſpecie, ſed ita ut pars ſimul ſpeciem habeat ſuam; etenim pulcherrimum

διαχωρίζειν τὸ ζητούμενον, ἂν ὀρθῶς ἔχῃ, καθάπερ ὀλίγον σὺ πρότερον οἰηθεὶς ἔχειν τὴν διαίρεσιν ἐπέσπευσας τὸν λόγον, ἰδὼν ἐπ' ἀνθρώπους πορευόμεναν. ἀλλὰ γάρ, ὦ φίλε, λεπτουργεῖν οὐκ ἀσφαλές, διὰ μέσων δὲ ἀσφαλέστερον ἰέναι τέμνοντας, καὶ μᾶλλον ἰδέαις ἄν τις προστυγχάνοι· τοῦτο δὲ διαφέρει τὸ πᾶν πρὸς * τὰς ζητήσεις. C

ΣΩ. Πῶς, ὦ ξένε, λέγεις τοῦτο;

ΞΕ. Πειρατέον ἔτι σαφέστερον φράζειν εὐνοίᾳ τῆς σῆς φύσεως, ὦ Σώκρατες. ἐν τῷ μὲν οὖν παρεστηκότι τὰ νῦν δηλῶσαι μηδὲν ἐνδεῶς ἀδύνατον· ἐπιχειρητέον δέ τι καὶ σμικρῷ πλέον αὐτὸ προαγαγεῖν εἰς τὸ πρόσθεν σαφηνείας ἕνεκα.

ΣΩ. Ποῖον οὖν δὴ φράζεις διαιρουμένους ἡμᾶς οὐκ ὀρθῶς ἄρτι δρᾶν;

ΞΕ. Τοιόνδε οἷον, εἴ τις τἀνθρώπινον ἐπιχειρήσας δίχα διελέσθαι γένος * διαιροῖ, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἐνθάδε διανέμουσι, τὸ μὲν Ἑλληνικὸν ὡς ἓν ἀπὸ πάντων ἀφαιροῦντες χωρίς, ξύμπασι δὲ τοῖς ἄλλοις γένεσιν, ἀπείροις οὖσι καὶ ἀμίκτοις καὶ ἀξυμφώνοις πρὸς ἄλληλα, βάρβαρον μιᾷ κλήσει προσειπόντες αὐτὸ διὰ ταύτην τὴν μίαν κλῆσιν καὶ γένος ἓν αὐτὸ εἶναι προσδοκῶσιν· ἢ *) τὸν ἀριθμόν τις αὖ νομίζοι κατ' εἴδη δύο διαιρεῖν μυριάδα ἀποτεμνόμενος ἀπὸ πάντων, ὡς ἓν εἶδος ἀποχωρίζων, καὶ τῷ λοι*πῷ δὴ παντὶ θέμενος ἓν ὄνομα διὰ τὴν κλῆσιν αὖ E καὶ τοῦτ' ἀξιοῖ γένος ἐκείνου χωρὶς ἕτερον ἐγγίγνεσθαι. κάλλιον δέ που καὶ μᾶλλον κατ' εἴδη καὶ δίχα διαιροῖτ' ἄν, εἰ τὸν μὲν ἀριθμὸν ἀρτίῳ καὶ περιττῷ τις τέμνοι, τὸ δὲ αὖ τῶν ἀνθρώπων γένος ἄῤῥενι καὶ θήλει, Λυδοὺς δὲ ἢ Φρύγας ἤ τινας ἑτέρους πρὸς ἅπαντας τάττων ἀποσχίζοι τότε, ἡνίκα ἀποροῖ γένος ἅμα καὶ μέρος εὑρίσκειν ἑκά*τερον τῶν σχισθέντων. 263

ΣΩ. Ὀρθότατα· ἀλλὰ γὰρ τοῦτ' αὐτό, ὦ ξένε, πῶς

---

*) ἴσ. ἢ εἰ.

quidem eſt a reliquis ſtatim id quod quaeritur diſcerni, ſi recte hoc ſe habet, quemadmodum tu paullo ante arbitratus ſe habere diviſionem acceleraſti ſermonem, quum vidiſſes eum ad homines pergentem. attamen, mi amice, in minuta partiri non ſatis eſt tutum. per media vero tutius eſt pergere ſecando. et magis ſpecies aliquis attigerit; in hoc vero ſunt omnia, ſi quid in quaeſtione verſatur.

So. Quomodo, hoſpes, dicis hoc?

Hoſp. Conandum etiam clarius exponere, ut indoli tuae faveam, Socrate. at in eo quidem quod propoſitum eſt modo dicta declarari ſine ulla defectione non poſſunt: inſtituendum vero eſt paullo ulterius id producere perſpicuitatis gratia.

So. Quidnam igitur nos dicis diſtribuentes non recte modo feciſſe?

Hoſp. Hoc, velut ſi, qui humanum inſtituat bifariam diſtribuere genus, diſtribuat, quemadmodum plerique noſtratium dividunt, graecum quidem ut unum ex omnibus ſeparatim eximentes, cunctis vero reliquis generibus, licet infinita ſint nec ullum inter ſe commercium habeant neque lingua eadem utantur, unam appellationem tribuentes barbarorum propter hanc unam appellationem etiam genus unum eſſe opinantur; vel ſi quis numerum quoque ſe putet in ſpecies duas diſtribuere decem millia deſecans ex omnibus, ut unum genus diſcernens, et reliquis omnibus unum imponens nomen propter hanc appellationem etiam hoc cenſeat genus alterum exſiſtere ab illo ſeparatum. pulchrius vero magisque ſecundum ſpecies et bifariam diſtribuerit quisquam, ſi numerum in parem et imparem diviſerit, et hominum quoque genus in maſculum et femininum, Lydos vero vel Phryges vel alios cunctis opponens disiunxerit tum quum neſcierit quomodo genus ſimul et partem inveniat utraque diviſorum.

So. Rectiſſime; at vero hoc ipſum, hoſpes, quo-

ἄν τις γένος καὶ μέρος ἐναργέστερον γνοίη, ὡς οὐ ταὐτόν ἐστον, ἀλλ' ἕτερον ἀλλήλοιν;

ΞΕ. Ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν, οὐ φαῦλον προστάττεις, Σώκρατες. ἡμεῖς μὲν καὶ νῦν μακρότερον *) τοῦ δέοντος ἀπὸ τοῦ προτεθέντος λόγου πεπλανήμεθα, σὺ δὲ ἔτι πλέον ἡμᾶς κελεύεις πλανηθῆναι. νῦν μὲν οὖν, ὥσπερ εἰκός, ἐπανίωμεν πάλιν· ταῦτα δὲ ἐσαῦθις κατὰ σχολὴν καθάπερ * ἰχνεύοντες **) μέτιμεν. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτό γε αὖ παν- B
τάπασι φύλαξαι, μή ποτε παρ' ἐμοῦ δόξῃς αὐτὸ ἐναργῶς διωρισμένον ἀκηκοέναι.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Εἶδός τε καὶ μέρος ἕτερον ἀλλήλων εἶναι.

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Ὡς εἶδος μὲν ὅταν ***) ᾖ του, καὶ μέρος ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι τοῦ πράγματος, ὅτου περ ἂν εἶδος λέγηται, μέρος δὲ εἶδος, οὐδεμία ἀνάγκη. ταύτῃ με ἢ ἐκείνῃ μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, ἀεὶ φαθὶ λέγειν.

ΣΩ. Ταῦτ' ἔσται.

ΞΕ. * Φράσον δή μοι τὸ μετὰ τοῦτο. C

ΣΩ. Ποῖον;

ΞΕ. Τὸ τῆς ἀποπλανήσεως ὁπόθεν ἡμᾶς δεῦρ' ἤγαγεν. οἶμαι μὲν γὰρ μάλιστα, ὅθεν ἐρωτηθεὶς σὺ τὴν ἀγελαιοτροφίαν ὅπῃ διαιρετέον εἶπες μάλα προθύμως δύ' εἶναι ζώων γένη, τὸ μὲν ἀνθρώπινον, ἕτερον δὲ τῶν ἄλλων ξυμπάντων θηρίων ἕν.

ΣΩ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Καὶ ἔμοιγε δὴ τότ' ἐφάνης μέρος ἀφαιρῶν ἡγεῖσθαι καταλιπεῖν τὸ λοιπὸν αὖ πάντων γένος ἕν, ὅτι πᾶσι ταὐτὸν ἐπονομά*ζειν ἔσχες ὄνομα, θηρία καλέσας. D

ΣΩ. Ἦν καὶ ταῦτα οὕτως.

ΞΕ. Τὸ δέ γε, ὦ πάντων ἀνδρειότατε, τάχ' ἄν, εἴ που φρόνιμόν ἐστί τι ζῶον ἕτερον, οἷον δοκεῖ τὸ τῶν γεράνων, ἢ τι τοιοῦτον ἄλλο, [ὃ] κατὰ ταὐτὰ

*) ἄλλ. μακροτέραν. **) ἄλλ. ἰχνεύομεν.
***) ἴσ. ὅ τε ἂν ᾖ.

modo quispiam clarius cognoſcat, genera et partem non eſſe eadem, ſed diverſa inter ſe?

Hoſp. O praeſtantiſſime virorum, non leve eſt quod me poſcis, Socrate. nos quidem iam nunc ultra quam par eſt a propoſita quaeſtione aberravimus, tu autem etiam ulterius nos iubes aberrare. nunc vero, ut par eſt, redeamus unde huc digreſſi ſumus, de hoc autem alias per otium veſtigia eius quaſi perſequentes quaeramus. verumtamen prorſus cave credas umquam te clare a me definitum hoc audiviſſe.

So. Quid tandem?

Hoſp. Hoc, ſpeciem et partem inter ſe diverſas eſſe.

So. Cur iſtud non ſtatuis?

Hoſp. Quia ſpecies quidem quae rei alicuius eſt etiam pars neceſſario eſt eius rei cuius ſpecies dicitur eſſe. partem vero etiam ſpeciem eſſe nulla cogitur neceſſitate. hac me potius quam illa ratione, Socrate, ſemper exiſtima dicere.

So. Ita vero fiet.

Hoſp. Dic autem mihi deinde.

So. Quidnam?

Hoſp. Digreſſio unde nos huc duxerit. arbitror vero illinc maxime, quum tu interrogatus quomodo paſtio gregalis eſſet dividenda diceres ſatis impigre, duo eſſe animantium genera, humanum unum, alterum reliquarum ad unam omnium beſtiarum.

So. Vera.

Hoſp. Ac mihi quidem tum videbaris parte exempta exiſtimare reliquum te omnium genus unum reliquiſſe, quia unum idemque habebas nomen quo omnia appellares, beſtias nuncupans.

So. Erant vero etiam iſta.

Hoſp. At vero, omnium fortiſſime, forſitan, ſi quod aliud animal eſt quod ratione utatur, quale videntur grues eſſe vel aliud quid generis eiusdem, ſimiliter

ἴσως διονομάζοι, καθάπερ καὶ σύ, γεράνους μὲν ἓν γένος ἀντιτιθὲν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ σεμνῦνον αὐτὸ ἑαυτό, τὰ δὲ ἄλλα μετὰ τῶν ἀνθρώπων ξυλλαβὸν εἰς ταὐτὸ οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἴσως θηρία προςείποι. πειραθῶμεν οὖν ἡμεῖς ἐξευλα*βεῖσθαι πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτα. E

ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Μὴ πᾶν τὸ τῶν ζώων γένος διαιρούμενοι, ἵνα ἧττον αὐτὸ πάσχωμεν.

ΣΩ. Οὐδὲν γὰρ δεῖ.

ΞΕ. Καὶ γὰρ οὖν καὶ τότε ἡμαρτάνετο ταύτῃ.

ΣΩ. Τί δή;

ΞΕ. Τῆς γνωστικῆς ὅσον ἐπιτακτικὸν ἡμῖν μέρος, ἦν που τοῦ ζωοτροφικοῦ γένους, ἀγελαίων μὴν ζώων· ἦ γάρ;

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Διῄρητο τοίνυν ἤδη καὶ τότε ξύμπαν τὸ ζῶον * τῷ τιθασσῷ καὶ ἀγρίῳ· τὰ μὲν γὰρ ἔχοντα τιθασσεύε- 264 σθαι φύσιν ἥμερα προςείρηται, τὰ δὲ μὴ ἔχοντα ἄγρια.

ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Ἣν δέ γε θηρεύομεν ἐπιστήμην, ἐν τοῖς ἡμέροις ἦν τε καὶ ἔστιν, ἐπὶ τοῖς ἀγελαίοις μὴν ζητητέα θρέμμασιν.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Μὴ τοίνυν διαιρώμεθα, ὥςπερ τότε, πρὸς ἅπαντα ἀποβλέψαντες, μηδὲ σπεύσαντες, ἵνα δὴ ταχὺ γενώμεθα πρὸς τῇ πολιτικῇ· πε*ποίηκε γὰρ ἡμᾶς καὶ νῦν παθεῖν τὸ B κατὰ τὴν παροιμίαν πάθος.

ΣΩ. Ποῖον;

ΞΕ. Οὐχ ἡσύχους εὖ διαιροῦντας ἠνυκέναι βραδύτερον.

ΣΩ. Καὶ καλῶς γε, ὦ ξένε, πεποίηκεν.

ΞΕ. Ταῦτ' ἔστω. πάλιν δ' οὖν ἐξ ἀρχῆς τὴν κοινοτροφικὴν πειρώμεθα διαιρεῖν· ἴσως γὰρ καὶ τοῦτο, ὃ σὺ

nuncuparit atque tu, grues ut unum genus opponens reliquis animalibus ſeque ipſum extollens, reliqua vero cum hominibus una comprehenſione complectens nullo alio fortaſſe niſi beſtiarum nomine affecerit. conemur igitur omnia id genus cavere.

So. Quomodo?

Hoſp. Ne univerſum animalium genus dividamus, quo minus id nobis accidat.

So. Minime vero oportet.

Hoſp. Atque etiam tum erravimus in hoc.

So. Quomodo?

Hoſp. Cognoſcendi artis ea pars quam praeceptionem vocavimus pertinebat ſine dubio ad animalium paſtionem, et gregalium quidem; nonne?

So. Ita.

Hoſp. Diviſum igitur iam tum univerſum animalium genus in cicur et ſerum; quae enim ita naturâ comparata ſunt ut manſueſieri poſſint, haec manſueta dicuntur, quae non poſſunt, fera.

So. Recte vero.

Hoſp. Quam autem venamur ſcientiam, ea in manſuetis et erat et eſt, in gregalibus vero quaerenda pecoribus.

So. Ita.

Hoſp. Ne igitur dividamus, ut tum, ad univerſum ſpectantes, neque feſtinantes ut celeriter perveniamus ad artem civilem; ex hoc enim factum eſt ut etiam nunc id quod proverbii loco dici ſolet nobis accideret.

So. Quidnam?

Hoſp. Ut non placide nec bene dividentes tardius aliquid proficeremus.

So. Et recte quidem, hoſpes, hoc factum eſt.

Hoſp. Ita hoc habeto. rurſus vero ab initio communem paſtionem conemur diſtribuere; fortaſſe enim

προθυμεῖ, διαπεραινόμενος ὁ λόγος αὐτός σοι κάλλιον μηνύσει. καί μοι φράζε.

ΣΩ. Ποῖον δή;

ΞΕ. Τόδε, εἴ τινων πολλάκις ἄρα διακήκοας· οὐ γὰρ δὴ * προςτυχής γε αὐτὸς οἶδ' ὅτι γέγονας ταῖς ἐν τῷ C Νείλῳ τιθασσείαις τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ἐν ταῖς βασιλικαῖς λίμναις· ἐν μὲν γὰρ κρήναις τάχ' ἂν ἴσως εἴης ᾐσθημένος.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν καὶ ταῦτα τεθέαμαι κἀκεῖνα πολλῶν ἀκήκοα.

ΞΕ. Καὶ μὴν χηνοβωτίας γε καὶ γερανοβωτίας, εἰ καὶ μὴ πεπλάνησαι περὶ τὰ Θετταλικὰ πεδία, πέπυσαι γοῦν καὶ πιστεύεις εἶναι.

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τοῦ δ' * ἕνεκά τοι πάντα ἠρώτησα ταῦτα; *) D διότι τῆς τῶν ἀγελαίων τροφῆς ἔστι μὲν ἔνυδρον, ἔστι δὲ καὶ ξηροβατικόν.

ΣΩ. Ἔστι γὰρ οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν καὶ σοὶ ξυνδοκεῖ ταύτῃ δεῖν διχάζειν τὴν κοινοτροφικὴν ἐπιστήμην, ἐφ' ἑκατέρῳ τούτων τὸ μέρος αὐτῆς ἐπινέμοντας ἑκάτερον, τὸ μὲν ἕτερον ὑγροτροφικὸν ὀνομάζοντας, τὸ δ' ἕτερον ξηροτροφικόν;

ΣΩ. Ἔμοιγε.

ΞΕ. Καὶ μὴν καὶ τὸ βασιλικὸν οὕτως οὐ ζητήσο*μεν E ὁποτέρας ἐστὶ τῆς τέχνης· δῆλον γὰρ δὴ παντί.

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Πᾶς μὲν δὴ τό γε ξηροτροφικὸν τῆς ἀγελαιοτροφίας διέλοιτ' ἂν φῦλον.

ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Τῷ πτηνῷ τε καὶ πεζῷ διορισάμενος.

ΣΩ. Ἀληθέστατα.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ πολιτικὸν ὥςπερ τὸ πεζὸν **) ζητητέον; ἢ οὐκ οἴει καὶ τὸν ἀφρονέστατον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, δοξάζειν οὕτως;

---

*) γρ. Τοῦδ' ἕνεκά τι (ἄλλ. τοι) πάντα ἠρώτησα ταῦτα, διότι.

**) ἴσ. ὡς περὶ τὸ πεζὸν ὂν ζητητ.

oratio si explicatur ipsa etiam hoc quod tu appetis pulchrius tibi declarabit. itaque dic mihi.

So. Quid tandem?

Hosp. Hoc, num fortasse ex quibusdam audieris; neque enim te ipsum scio assuisse ad Nilum regiosque lacus in quibus pisces mansuefiunt; in fontibus autem quomodo id fiat haud dubie nosti.

So. Saue quidem tam hoc vidi quam illud a multis audivi.

Hosp. Atque de anserum gruumque pastu. etiamsi non vagatus es per Thessalicos campos, comperisti certe eumque credis esse.

So. Quidni?

Hosp. Quam vero ob causam haec omnia interrogavi? quia gregalium animalium pastionis sunt et aquatilia et in sicco gradientia.

So. Sunt vero ista.

Hosp. Num igitur etiam tibi videtur ita distribuenda esse communis pastionis scientia, ut singulas huius partes illis attribuamus, in humido degentium unum pastum, alterum in sicco viventium appellantes?

So. Mihi vero.

Hosp. Quin etiam regium munus ita non quaeremus utrius sit artis; patet enim cuilibet.

So. Quidni?

Hosp. Quivis sane gregalem pastionem animalium in sicco viventium distribuet.

So. Quomodo?

Hosp. In pastionem volatilium et pedestrium animalium pastum dividens.

So. Verissime.

Hosp. Quid vero? civilis ars num ut ad pedestria spectans quaerenda est? annon existimas etiam insipientissimum propemodum hoc sentire?

ΣΩ. Ἔγωγε.

ΞΕ. Τὴν δὲ πεζονομικήν, καθάπερ ἄρτιον *) ἀριθμόν, δεῖ τεμνομένην δίχα ἀποφαίνειν.

ΣΩ. Δῆλον.

ΞΕ. Καὶ μήν, ἐφ' ὅ γε μέρος ὥρμηκεν ἡμῖν * ὁ 265 λόγος, ἐπ' ἐκεῖνο δύο τινὲ καθορᾶν ὁδὼ τεταμένα φαίνεται, τὴν μὲν θάττω, πρὸς μέγα μέρος σμικρὸν διαιρουμένην, τὴν δέ, ὅπερ ἐν τῷ πρόσθεν ἐλέγομεν, ὅτι δεῖ μεσοτομεῖν ὡς μάλιστα, τοῦτ' ἔχουσαν μᾶλλον, μακροτέραν γε μήν. ἔξεστιν οὖν, ὁποτέραν ἂν βουληθῶμεν, ταύτην πορευθῆναι.

ΣΩ. Τί δέ; ἀμφοτέρας ἀδύνατον;

ΞΕ. Ἅμα γ', ὦ θαυμαστέ· ἐν μέρει γε μὴν δῆλον ὅτι δυνατόν.

ΣΩ. Ἐν μέρει τοίνυν ἔγωγε ἀμφοτέρας * αἱροῦμαι. B

ΞΕ. Ῥᾴδιον, ἐπειδὴ τὸ λοιπὸν βραχύ· κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν **) καὶ μεσοῦσιν ἅμα τῆς πορείας χαλεπὸν ἂν ἦν ἡμῖν τὸ πρόσταγμα, νῦν δ', ἐπειδὴ δοκεῖ ταύτῃ, τὴν μακροτέραν πρότερον ἴωμεν· νεαλέστεροι γὰρ ὄντες ῥᾷον αὐτὴν πορευσόμεθα. τὴν δὲ δὴ διαίρεσιν ὅρα.

ΣΩ. Λέγε.

ΞΕ. Τὰ πεζὰ ἡμῖν τῶν ἡμέρων, ὅσαπερ ἀγελαῖα, διῃρημένα ἐστὶ φύσει δίχα.

ΣΩ. Τίνι;

ΞΕ. Τῷ τῶν μὲν τὴν γένεσιν ἄκερων εἶναι, τῶν δὲ κερασφό*ρον. C

ΣΩ. Φαίνεται.

ΞΕ. Τὴν δὴ πεζονομικὴν διελὼν ἀπόδος ἑκατέρῳ τῷ μέρει, λόγῳ χρώμενος· ἂν γὰρ ὀνομάζειν αὐτὰ βουληθῇς, ἔσται σοι περιπεπλεγμένον μᾶλλον τοῦ δέοντος.

ΣΩ. Πῶς οὖν χρὴ λέγειν;

ΞΕ. Ὧδε· τῆς πεζονομικῆς ἐπιστήμης δίχα διαιρεθείσης τὸ μόριον θάτερον ἐπὶ τῷ κερασφόρῳ μέρει

---

*) Ἴσ. ἄρτι τὸν ἀρ.

**) ἄλλ. μήν.

So. Equidem vero existimo.

Hosp. Animalium vero terrestrium pastionem, quemadmodum modo numerum, oportet bifariam divisam poni.

So. Liquet.

Hosp. At vero ad quam partem tendit nostra oratio, ad hanc duas quasdam conspicere vias patentes mihi videor, unam breviorem, quae exiguam ad magnam partem dividit, alteram id quod in praegressis diximus, quam maxime oportere per media dividi, hoc magis habentem, longiorem autem. licet iam, utramcumque volumus, hanc inire.

So. Quid? utramque non possumus?

Hosp. Non possumus simul, o praestantissime, alternis vero possumus.

So. Alternis igitur equidem utramque eligo.

Hosp. Facile hoc, quia quod restat paucum est; initio quidem et medio simul in itinere difficile fuisset nobis mandatum, nunc vero, quoniam ita videtur, longius prius ingrediamur. divisionem autem considera.

So. Dic.

Hosp. Terrestria nobis ex animalibus cicuribus, quaecumque sunt gregalia, distributa sunt naturâ bifariam.

So. Quomodo?

Hosp. Ita ut genus aliorum nulla habeat cornua, aliorum vero sit cornigerum.

So. Patet.

Hosp. Animalium terrestrium pastionem dividens explicationem adhibe, eamque cuique parti appone; nam si appellare eas volueris, erit tibi magis quam par est perplexum.

So. Quomodo igitur oportet dici?

Hosp. Ita: terrestrium pascendorum scientia quum bifariam distributa sit, particulae uni cornigerae gregis

τῷ τῆς ἀγέλης ἐπιτετύχθαι, τὸ δὲ ἕτερον ἐπὶ τῷ τῆς ἀκεράτου.

ΣΩ. Ταῦτ' ἔστω ταύτῃ λεχθέντα· πάντως * γὰρ ἱκα- D
νῶς δεδήλωται.

ΞΕ. Καὶ μὴν ὅ γε βασιλεὺς ἡμῖν αὖ καταφανὴς ὅτι κολοβόν τινα ἀγέλην κεράτων *) νομεύει.

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὐ δῆλος;

ΞΕ. Ταύτην τοίνυν καταθραύσαντες τὸ γιγνόμενον αὐτῷ πειρώμεθα ἀποδοῦναι.

ΣΩ. Πάνυ γε.

ΞΕ. Πότερον οὖν βούλει τῷ σχιστῷ τε καὶ τῷ καλουμένῳ μώνυχι διαιρεῖν αὐτήν, ἢ τῇ κοινογονίᾳ τε καὶ ἰδιογονίᾳ; μανθάνεις γάρ που.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὅτι τὸ μὲν τῶν ἵππων καὶ ὄνων * πέφυκεν ἐξ E
ἀλλήλων γεννᾶν.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δέ γε λοιπὸν ἔτι τῆς λείας **) ἀγέλης τῶν ἡμέρων ἀμιγὲς γένει πρὸς ἄλληλα.

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τί δ'; ὁ πολιτικὸς ἄρ' ***) ἐπιμέλειαν ἔχειν φαίνεται πότερα κοινογενοῦς φύσεως, ἢ τινος ἰδιογενοῦς;

ΣΩ. Δῆλον ὅτι τῆς ἀμίκτου.

ΞΕ. Ταύτην δὴ δεῖ καθάπερ τὰ ἔμπροσθεν, ὡς ἔοικεν, ἡμᾶς δίχα διαστέλλειν.

ΣΩ. Δεῖ γὰρ οὖν.

ΞΕ. * Καὶ μὴν τό γε ζῶον, ὅσον ἥμερον καὶ ἀγε- 266
λαῖον, σχεδὸν πλὴν γενοῖν δυεῖν πᾶν ἤδη κατακεκερμάτισται· τὸ γὰρ τῶν κυνῶν οὐκ ἐπάξιον καταριθμεῖν γένος ὡς ἐν ἀγελαίοις θρέμμασιν.

ΣΩ. Οὐ γὰρ οὖν. ἀλλὰ τίνι δὴ τὼ δύο διαιροῦμεν;

---

*) γρ. κολοβῶν — ἀκεράτων.
**) γρ. μιᾶς.
***) γρ. ἆρ'.

partem esse assignatam, alteri vero eam quae nulla habet cornua.

So. Sunto ista ita dicta; prorsus enim satis est declaratum.

Hosp. Ac regem quidem liquet nobis gregem quendam cornibus carentem pascere.

So. Quidni liqueat?

Hosp. Hanc igitur discernentes, quod obtingit, hoc ei conemur attribuere.

So. Sane quidem.

Hosp. Utrum vero vis secundum bisulcorum et solidipedum quae dicuntur animalium genus eum distribui, an secundum promiscuam et propriam pastionem? intelligis enim haud dubie.

So. Quidnam?

Hosp. Equis et asinis naturâ esse promiscua coniugia.

So. Ita.

Hosp. Reliqua vero pars levis cicurum animantium gregis corpus inter se non miscet.

So. Minime vero.

Hosp. Quid igitur? civilis vir curationem habere videtur animantium promiscue genitorum, an proprie?

So. Dubium non est quin animantium corpus cum aliis non miscentium.

Hosp. Haec igitur oportet, quemadmodum superiora, ut patet, nos bifariam disterminare.

So. Sane quidem oportet.

Hosp. Atque animantia quotquot cicura et congregata sunt propemodum omnia, si duo genera exceperis, iam discerpta sunt; neque enim canum genus est dignum quod in congregatorum animantium numerum referatur.

So. Minime vero. at quomodo duo illa dividemus?

ΞΕ. Ὥσπερ καὶ δίκαιόν γε Θεαίτητόν τε καὶ σὲ διανέμειν, ἐπειδὴ γεωμετρίας ἅπτεσθον.

ΣΩ. Τῷ;

ΞΕ. Τῇ διαμέτρῳ δήπου καὶ πάλιν τῇ τῆς διαμέτρου διαμέτρῳ.

ΣΩ. Πῶς εἶπες;

ΞΕ. Ἡ φύσις ἣν τὸ γένος ἡμῶν * τῶν ἀνθρώπων B κέκτηται, μῶν ἄλλως πως εἰς τὴν πορείαν πέφυκεν, ἢ καθάπερ ἡ διάμετρος ἡ δυνάμει δίπους;

ΣΩ. Οὐκ ἄλλως.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἥ γε τοῦ λοιποῦ γένους πάλιν ἐστὶ κατὰ δύναμιν αὖ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως διάμετρος, εἴπερ δυεῖν γέ ἐστι ποδοῖν δὶς πεφυκυῖα.

ΣΩ. Πῶς δ' οὐκ ἔστι; καὶ δὴ καὶ σχεδὸν ὃ βούλει δηλοῦν μανθάνω.

ΞΕ. Πρὸς δὴ τούτοις ἕτερον αὖ τι τῶν πρὸς γέλωτα εὐδοκιμησάντων ἄν, ὦ Σώκρατες, ἆρα καθορῶμεν ἡ*μῖν C γεγονὸς ἐν τοῖς διῃρημένοις;

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τἀνθρώπινον ἡμῶν ἅμα γένος ξυνειληχὸς καὶ ξυνδεδραμηκὸς γένει τῷ τῶν ὄντων γενναιοτάτῳ καὶ ἅμα εὐχερεστάτῳ;

ΣΩ. Καθορῶ καὶ μάλ' ἀτόπως ξυμβαῖνον.

ΞΕ. Τί δ'; οὐκ εἰκὸς ὕστατα ἀφικνεῖσθαι τὰ βραδύτατα;

ΣΩ. Ναί, τοῦτό γε.

ΞΕ. Τόδε δὲ οὐκ ἐννοοῦμεν, ὡς ἔτι γελοιότερος φαίνεται ὁ βασιλεὺς μετὰ τῆς ἀγέλης ξυνδιαθέων καὶ ξύνδρομα πεπορευμένος τῷ τῶν ἀνδρῶν αὖ πρὸς τὸν εὐχερῆ βίον * ἄριστα γεγυμνασμένῳ; D

ΣΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Νῦν γάρ, ὦ Σώκρατες, ἐκεῖνό ἐστι καταφανὲς μᾶλλον τὸ ῥηθὲν τότ' ἐν τῇ περὶ τὸν σοφιστὴν ζητήσει.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

Hosp. Ita ut par est Theaetetum et te distribuere, quum geometriam attigeritis.

So. Quo autem pacto?

Hosp. Secundum lineam diagonalem rursumque diagonalis diagonalem.

So. Quomodo dixti?

Hosp. Natura quam genus nostrum humanum habet, num aliter, si incessum spectas, se habet quam linea diagonica potentiâ bipedalis?

So. Non aliter.

Hosp. Reliqui vero generis natura potentiâ est rursus nostrae potentiae diagonalis, siquidem bis duos habet pedes.

So. Quidni habeat? atque etiam te iam fere id quod vis declarare intelligo.

Hosp. Praeterea iterum aliquid aliud eorum, quae tamquam ridicula celebrari possint, Socrate, num animadvertimus exstitisse in hac divisione?

So. Quale?

Hosp. Humano nostro generi idem forte evenire et eadem currere qua genus omnium quae sunt strenuissimum simul et expeditissimum currat?

So. Animadverto hoc nobis accidere idque valde absurde.

Hosp. Quid vero? nonne verisimile est, ut quidque tardissimum sit, ita serissime venire?

So. Ita illud quidem.

Hosp. Hoc vero nonne intelligimus, etiam magis ridiculum videri regem cum grege certatim currentem sociumque se itineris adiungere viro omnium ad vitam expeditam optime exercitato?

So. Prorsus ita habet.

Hosp. Nunc enim, Socrate, illud est magis perspicuum quod tum diximus in quaestione de sophista instituta.

So. Quale?

ΞΕ. Ὅτι τῇ τοιᾷδε μεθόδῳ τῶν λόγων οὔτε σεμνοτέρου μᾶλλον ἐμέλησεν ἢ μή, τόν τε σμικρότερον οὐδὲν ἠτίμακε πρὸ τοῦ μείζονος, ἀεὶ δὲ καθ' αὑτὴν περαίνει τἀληθέστατον.

ΣΩ. Ἔοικεν.

ΞΕ. Οὐκοῦν μετὰ τοῦτο, ἵνα μή με φθῇς *) ἐρωτήσας τὴν βραχυτέραν ὁδὸν ἥτις τότε ἦν ἐπὶ τὸν τοῦ βασιλέως ὅρον, αὐτός σοι πρότερον ἔλθω; Γ.

ΣΩ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Λέγω δὴ δεῖν τότε εὐθὺς τὸ πεζὸν τῷ δίποδι πρὸς τετράπουν γένος διανεῖμαι, κατιδόντα δὲ τἀνθρώπινον ἔτι μόνῳ τῷ πτηνῷ ξυνειληχὸς τὴν δίποδα ἀγέλην πάλιν τῷ ψιλῷ καὶ τῷ πτεροφυεῖ τέμνειν, τμηθείσης δὲ αὐτῆς καὶ τότ' ἤδη τῆς ἀνθρωπονομικῆς δηλωθείσης τέχνης φέροντα τὸν πολιτικὸν καὶ βασιλικόν, οἷον ἡνίοχον εἰς αὐτὴν ἐνστήσαντα, παραδοῦναι τὰς τῆς πόλεως ἡνίας, ὡς οἰκείας αὐτῷ ταύτης οὔσης τῆς ἐπιστήμης.

ΣΩ. * Καλῶς καὶ καθαπερεὶ χρέος ἀποδέδωκάς μοι 267
τὸν λόγον, προσθεὶς τὴν ἐκτροπὴν οἷον τόκον καὶ ἀναπληρώσας αὐτόν.

ΞΕ. Φέρε δή, καὶ ξυνείρωμεν ἐπανελθόντες ἐπὶ τὴν ἀρχὴν μέχρι τῆς τελευτῆς τὸν λόγον τοῦ ὀνόματος τῆς τοῦ πολιτικοῦ τέχνης.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τῆς γνωστικῆς τοίνυν ἐπιστήμης ἡμῖν ἦν κατ' ἀρχὰς μέρος ἐπιτακτικόν, τούτου δὲ ἀπεικασθὲν τὸ μόριον αὐτεπιτακτικὸν ἐῤῥήθη, ζωοτροφικὴ δὲ πάλιν * αὐτεπιτακτικῆς οὐ τὸ σμικρότατον τῶν γενῶν ἀπεσχίζετο, καὶ ζωοτροφικῆς εἶδος ἀγελαιοτροφικόν, ἀγελαιοτροφικοῦ δ' αὖ πεζονομικόν, τοῦ δὲ πεζονομικοῦ μάλιστα ἀπετέμνετο τέχνη τῆς ἀκεράτου φύσεως θρεπτική· ταύτης δ' αὖ τὸ μέρος οὐκ ἔλαττον τριπλοῦ ξυμπλέκειν ἀναγκαῖον, ἄν εἰς ἓν τι αὐτὸ ὄνομα ξυναγαγεῖν βουληθῇ, γενέσεως ἀμίκτου νομευτικὴν **) B

---

*) γρ. μὴ μεμφῇς.

**) γρ. οὐ μικτοῦ νομευτικῆς.

Hosp. Huiusmodi sectam rationemque disputationis neque gravius magis curare quam eius contrarium, neque minutius despicere prae maiore, sed semper per se persequi id quod verissimum esset.

So. Patet vero.

Hosp. Nonne deinceps, ut ne mihi antevertas rogans quaenam fuerit tum brevior via ad regis definitionem, ipse te praeveniam?

So. Maxime vero.

Hosp. Dico igitur oportuisse nos tum statim genus terrestre in bipedes et quadrupedes dividere, et quum animadvertissemus humanum genus cum solo volatili idem esse sortitum, bipedum gregem rursus in nudum et pinnatum secare, secato autem hoc tum demum hominum pascendorum patefacta arte proferre virum civilem ac regium veluti aurigam in ea collocantem, eique committere civitatis habenas, quippe cuius propria esset haec scientia.

So. Praeclare et veluti debitum solvisti mihi orationem adiiciens digressionem tamquam fenus eamque explens.

Hosp. Age dum connectamus repetentes ab initio ad finem explicationem nominis eius quae viri civilis propria est artis.

So. Sane quidem.

Hosp. Cognoscendi scientiae nobis erat initio pars praeceptio, ad huius vero similitudinem particula quaedam praeceptio per se mandans per nuncupata, animalium rursus pastio ab hac per se praecipiendi arte ut pars non minima separata, ab animalium pastione ut species gregalis pastus, a gregali rursus pastu pedestrium animalium curatio, a pedestrium curatione maxime abscisa est ars animalium cornibus carentium nutriendorum; huius rursus partem non minorem quam triplicem connectere oportet eum qui in unum eam nomen conducere voluerit, scientiam animantium quae cum aliis corpora non commiscent

ἐπιστήμην προςαγορεύων· τὸ δ' ἀπὸ τούτου τμῆμα, ἐπὶ ποίμνῃ * δίποδι μέρος ἀνθρωπονομικόν, ἔτι λειφθὲν μόνον, C τοῦτ' αὐτό ἐστιν ἤδη τὸ ζητηθέν, ἅμα βασιλικὸν ταὐτὸν κληθὲν καὶ πολιτικόν.

ΣΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρά γ', ὦ Σώκρατες, ἀληθῶς ἡμῖν τοῦτο, καθάπερ σὺ νῦν εἴρηκας, οὕτως ἐστὶ καὶ πεπραγμένον;

ΣΩ. Τὸ ποῖον δή;

ΞΕ. Τὸ παντάπασιν *) ἱκανῶς εἰρῆσθαι τὸ προτεθέν; ἢ τοῦτ' αὐτὸ καὶ μάλιστα ἡ ζήτησις ἐλλείπει, τὸ τὸν λόγον εἰρῆσθαι μέν πως, οὐ μὴν παντάπασί γε τε*λέως D ἀπειργάσθαι;

ΣΩ. Πῶς εἶπες;

ΞΕ. Ἐγὼ νῷν πειράσομαι τοῦτ' αὐτὸ ὃ διανοοῦμαι νῦν ἔτι μᾶλλον δηλῶσαι.

ΣΩ. Λέγοις ἄν.

ΞΕ. Οὐκοῦν τῶν νομευτικῶν ἡμῖν πολλῶν φανεισῶν ἄρτι τεχνῶν μία τις ἦν ἡ πολιτικὴ καὶ μιᾶς τινὸς ἀγέλης ἐπιμέλεια;

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Ταύτην δέ γε διώριζεν ὁ λόγος οὐχ ἵππων εἶναι τροφὸν οὐδ' ἄλλων θηρίων, ἀλλ' ἀνθρώπων κοινοτροφικὴν ἐπιστήμην.

ΣΩ. Οὕτως.

ΞΕ. Τὸ * δὴ τῶν νομέων πάντων διάφορον καὶ τὸ E τῶν βασιλέων θεασώμεθα.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Εἴ τις τῶν ἄλλων τὸ τέχνης ἄλλης ὄνομα ἔχων κοινῇ τῆς ἀγέλης ξύντροφος εἶναι φησὶ καὶ προςποιεῖται.

ΣΩ. Πῶς φῄς;

ΞΕ. Οἷον οἱ ἔμποροι καὶ γεωργοὶ καὶ σιτουργοὶ πάντες, καὶ πρὸς τούτοις γυμνασταὶ καὶ τὸ τῶν ἰατρῶν γένος, οἶςθ' ὅτι τοῖς περὶ τἀνθρώπινα νομεῦσιν, οὓς πολιτικοὺς ἐκαλέσαμεν, παντάπασι τῷ λόγῳ * διαμάχοιντ' ἂν οὗτοι 268

---

*) γρ. παντάπασι καί.

appellantem; et huius quidem artis particula, in grege bipedum species ea quae homines curat, sola adhuc reliqua, haec ipsa iam est de qua quaeritur, regia simul ars eadem dicta et civilis.

So. Prorsus ita habet.

Hosp. Num vero, Socrate, vere nobis hoc, quemadmodum tu nunc dixisti, ita etiam est peractum?

So. Quale tandem dicis?

Hosp. Hoc: num plane ut satisfaciat expositum sit id quod propositum erat? an hoc ipsum vel maxime in quaestione nostra deficiat, quod explicata quidem sit quodammodo oratio, non tamen prorsus plane confecta.

So. Quomodo dicis?

Hosp. Ego nobis conabor hoc ipsum quod sentio nunc etiam magis declarare.

So. Dic quaeso.

Hosp. Nonne ex multis his quae nobis sese modo obtulerunt pascendi artibus una quaedam erat civilis ars eaque unius alicuius gregis curatio?

So. Ita.

Hosp. Hanc vero definivit oratio non equorum nutricem neque aliarum bestiarum, sed hominum communiter pascendorum scientiam.

So. Ita.

Hosp. Iam quid inter reliquos omnes pastores et reges differat videamus.

So. Quale?

Hosp. Num quis reliquorum alius artis nomen habens communem se esse gregis pastorem et dicat et vindicet?

So. Quomodo dicis?

Hosp. Hoc: mercatores et agricolas et pistores omnes et praeter hos palaestritas medicorumque genus, scis cum rerum humanarum curatoribus, quos civiles diximus, prorsus verbis certaturos esse hos omnes se

ξύμπαντες, ὡς σφεῖς τῆς τροφῆς ἐπιμελοῦνται τῆς ἀνθρωπίνης, οὐ μόνον ἀγελαίων ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων αὐτῶν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὀρθῶς ἂν λέγοιεν;

ΞΕ. Ἴσως· καὶ τοῦτο μὲν ἐπισκεψόμεθα, τόδε δὲ ἴσμεν, ὅτι βουκόλῳ γε οὐδεὶς ἀμφισβητήσει περὶ τούτων οὐδενός, ἀλλ' αὐτὸς τῆς ἀγέλης τροφὸς ὁ βουφορβός, αὐτὸς ἰατρός, αὐτὸς οἷον νυμφευτὴς καὶ περὶ τοὺς τῶν γιγνομένων τόκους καὶ λοχείας * μόνος ἐπιστήμων τῆς μαιευτικῆς. B ἔτι τοίνυν παιδιᾶς καὶ μουσικῆς ἐφ' ὅσον αὐτοῦ τὰ θρέμματα φύσει μετείληφεν, οὐκ ἄλλος κρείττων παραμυθεῖσθαι καὶ κηλῶν πραΰνειν, μετά τε ὀργάνων καὶ ψιλῷ τῷ στόματι τὴν τῆς αὐτοῦ ποίμνης ἄριστα μεταχειριζόμενος μουσικήν. καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων πέρι νομέων ὁ αὐτὸς τρόπος· ἦ γάρ;

ΣΩ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Πῶς οὖν ἡμῖν ὁ λόγος ὀρθὸς φανεῖται καὶ ἀκέραιος ὁ περὶ τοῦ βασιλέως, ὅταν αὐτὸν νομέα καὶ τροφὸν * ἀγέλης ἀνθρωπίνης θῶμεν μόνον ἐκκρίνοντες *) μυρίων C ἄλλων ἀμφισβητούντων;

ΣΩ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Οὐκοῦν ὀρθῶς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐφοβήθημεν ὑποπτεύσαντες μὴ λέγοντες μέν τι τυγχάνοιμεν σχῆμα βασιλικόν, οὐ μὴν ἀπειργασμένοι γε εἰμέν πω **) δι' ἀκριβείας τὸν πολιτικόν, ἕως ἂν τοὺς περικεχυμένους αὐτῷ καὶ τῆς ξυννομῆς ***) αὐτῷ ἀντιποιουμένους περιελόντες καὶ χωρίσαντες ἀπ' ἐκείνων καθαρὸν μόνον αὐτὸν ἀποφήνωμεν;

ΣΩ. * Ὀρθότατα μὲν οὖν. D

ΞΕ. Τοῦτο τοίνυν, ὦ Σώκρατες, ἡμῖν ποιητέον, εἰ μὴ μέλλοιμεν ****) ἐπὶ τῷ τέλει καταισχῦναι τὸν λόγον.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οὐδαμῶς τοῦτό γε δραστέον.

ΞΕ. Πάλιν τοίνυν ἐξ ἄλλης ἀρχῆς δεῖ καθ' ἑτέραν ὁδὸν πορευθῆναί τινα.

---

*) ἴσ. ἐγκρίνοντες. **) γρ. ἦμέν πω.
) γρ. συννομικῆς. *) ἴσ. μέλλομεν.

contendentes esse qui pastum curent humanum, eumque non gregariorum modo hominum, verum etiam imperatorum ipsorum.

So. Nonne vero recte dicent?

Hosp. Fortasse; et hoc quidem considerabimus, illud vero scimus, cum bubulco neminem esse disceptaturum de ulla harum rerum, sed ipsum esse gregis nutritorem bubulcum, ipsum medicum, ipsum quasi nuptiarum conciliatorem et in partibus edendis procurandisque solum esse scientem artis obstetriciae, praeterea ludi et musicae quantum eius armentum naturâ particeps est, alius nullus melior est ad oblectandum illud deliniendoque mitigandum, et instrumentis musicis et nudo ore gregi suo accommodatam optime exercens musicam. atque etiam reliquorum pastorum eadem est ratio; nonne?

So. Rectissime.

Hosp. Quomodo igitur oratio nostra de rege explicata recta videbitur atque sincera, quum eum curatorem et pastorem gregis humani ponamus esse, solum hunc admittentes, licet sexcenti alii idem contendant?

So. Nullo vero modo.

Hosp. Nonne igitur recte paullo ante ad suspicandum ducti verebamur, ne describeremus quidem habitum quendam regium, sed non conficeremus accurate virum civilem, dum circumfusos ei et communem cum eo pastionem sibi arrogantes tolleremus eumque separantes ab illis purum ac solum per se exhiberemus?

So. Rectissime vero.

Hosp. Hoc igitur, Socrate, nobis faciendum, nisi futurum est ut in fine ignominia afficiamus orationem.

So. Neutiquam vero hoc est committendum.

Hosp. Rursus igitur ab alio initio nos oportet aliam quandam viam ingredi.

ΣΩ. Ποίαν δή;

ΞΕ. Σχεδὸν παιδιὰν ἐγκερασαμένους· συχνῷ γὰρ μέρει δεῖ μεγάλου μύθου προςχρήσασθαι, καὶ τὸ λοιπὸν δή, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν, μέρος ἀεὶ μέρους ἀφαιρουμένους ἐπ' ἄκρον ἀφικνεῖσθαι τὸ ζητούμενον. οὐκοῦν χρή; E

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἀλλὰ δὴ τῷ μύθῳ μου *) πάνυ πρόςεχε τὸν νοῦν, καθάπερ οἱ παῖδες· πάντως **) οὐ πολλὰ ἐκφεύγεις παιδίας ***) ἔτη.

ΣΩ. Λέγοις ἄν.

ΞΕ. Ἦν τοίνυν καὶ ἔτι ἔσται τῶν πάλαι λεχθέντων πολλά τε ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τὴν Ἀτρέως τε καὶ Θυέστου λεχθεῖσαν ἔριν φάσμα. ἀκήκοας γάρ που καὶ ἀπομνημονεύεις ὅ φασι γενέσθαι τότε.

ΣΩ. Τὸ περὶ τῆς χρυσῆς ἀρνὸς ἴσως σημεῖον φράζεις.

ΞΕ. * Οὐδαμῶς, ἀλλὰ τὸ περὶ τῆς μεταβολῆς δύσεώς τε καὶ ἀνατολῆς ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων, ὡς ἄρα, ὅθεν μὲν ἀνατέλλει νῦν, εἰς τοῦτον τότε τὸν τόπον ἐδύετο, ἀνέτελλε δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου· τότε δὲ δὴ μαρτυρήσας ἄρα ὁ θεὸς Ἀτρεῖ μετέβαλεν αὐτὸ ἐπὶ τὸ νῦν σχῆμα. 269

ΣΩ. Λέγεται γὰρ οὖν δὴ καὶ τοῦτο.

ΞΕ. Καὶ μὴν αὖ καὶ τήν γε βασιλείαν ἣν ἦρξε Κρόνος πολλῶν ἀκηκόαμεν.

ΣΩ. * Πλείστων μὲν οὖν. B

ΞΕ. Τί δέ; τὸ τοὺς ἔμπροσθεν φύεσθαι γηγενεῖς, καὶ μὴ ἐξ ἀλλήλων γεννᾶσθαι;

ΣΩ. Καὶ τοῦτο ἓν τῶν πάλαι λεχθέντων.

Hosp. Deinde vero reputemus, vestium texendarum artem ita dictam forsitan quempiam satis esse expositam putare, qui nequeat intelligere, a propinquis operae sociis nondum discretam, a multis vero aliis cognatis distinctam eam esse.

So. A quibusnam, dic, cognatis?

Hosp. Non assequutus es dicta, ut videtur; rursus igitur patet redeundum et a fine exordiundum esse. nam si intelligis cognationem, unam cognatam desecuimus modo ab ea, stragulorum compositionem, discernentes ea quae induuntur et ea quae substernuntur.

So. Comprehendo.

Hosp. Atque etiam totam e linis et spartis omnibusque, quae plantarum modo nervos rationi convenienter diximus, confectionem universam seiunximus; etiam lanae cogendae artem secrevimus et eam quae perforatione et sutura utitur compositionem, cuius plurima est pars sutrina.

So. Sane quidem.

Hosp. Atque tegumentorum e toto sectorum confectionem pelles adhibentem atque operimentorum et quaecumque in arte aedificandi et universa tignaria aliisque artibus exstant liquidorum arcendorum artes, has omnes disclusimus, praeterea quotquot furta violentasque actiones impedientia opera exhibent artes sepimentorum, in operculorum confectione occupatae ianuisque solidandis, artis clavo compingendi separatae partes; artem porro armorum fabricandorum

ἀπετεμόμεθα, μεγάλης καὶ παντοίας τῆς προβληματουργι-
κῆς τμῆμα οὖσαν δυνάμεως· καὶ δὴ καὶ τὴν μαγευτικὴν
τὴν περὶ τὰ ἀλεξιφάρμακα * κατ' ἀρχὰς εὐθὺς διωρισάμεθα E
ξύμπασαν, καὶ λελοίπαμεν, ὡς δόξαιμεν ἄν, αὐτὴν τὴν
ζητηθεῖσαν ἀμυντικὴν χειμώνων, ἐρεοῦ προβλήματος ἐργα-
στικήν, ὄνομα δὲ ὑφαντικὴν λεχθεῖσαν.

ΣΩ. Ἔοικε γὰρ οὖν.

ΞΕ. Ἀλλ' οὐκ ἔστι πω τέλεον, ὦ παῖ, τοῦτο λελε-
γμένον· ὁ γὰρ ἐν ἀρχῇ τῆς τῶν ἱματίων ἐργασίας ἁπτόμε-
νος τοὐναντίον * ὑφῇ δρᾶν φαίνεται. 281

ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Τὸ μὲν τῆς ὑφῆς ξυμπλοκή τίς ἐστί που.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τὸ δέ γε τῶν ξυνεστώτων καὶ ξυμπεπιλημένων
διαλυτική.

ΣΩ. Τὸ ποῖον δή;

ΞΕ. Τὸ τῆς τοῦ ξαίνοντος τέχνης ἔργον· ἢ τὴν
ξαντικὴν τολμήσομεν ὑφαντικὴν καὶ τὸν ξάντην ὡς ὄντα
ὑφάντην καλεῖν;

ΣΩ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Καὶ μὴν τήν γε αὖ 'στήμονος ἐργαστικὴν καὶ
κρόκης εἴ τις ὑφαντικὴν προςαγορεύει, παράδοξόν τε καὶ
ψεῦδος ὄνομα * λέγει. B

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τί δέ; γναφευτικὴν *) ξύμπασαν καὶ τὴν ἀκε-
στικὴν πότερα μηδεμίαν ἐπιμέλειαν μηδέ τινα θεραπείαν
ἐσθῆτος θῶμεν; ἢ καὶ ταύτας πάσας ὡς ὑφαντικὰς λέξομεν;

ΣΩ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τῆς γε θεραπείας ἀμφισβητήσουσιν
αὗται ξύμπασαι καὶ τῆς γενέσεως τῆς τῶν ἱματίων τῇ τῆς
ὑφαντικῆς δυνάμει, μέγιστον μὲν μέρος ἐκείνῃ διδοῦσαι,
μεγάλα δὲ καὶ σφίσιν αὐταῖς ἀπονέμουσαι.

ΣΩ. * Πάνυ γε. C

---

*) γρ. κναφευτικήν.

defecuimus quae magnae et multiplicis propugnaculorum conficiendorum facultatis pars eſt; atque etiam magicam artem remedia amolientia tractantem initio ſtatim discrevimus universam et reliquam fecimus, quemadmodum videri poſſimus, ipſam quae quaerebatur frigoris arcendi artem, lanei propugnaculi confectionem, quae nomen invenit textoriae artis.

So. Ita prorſus videtur.

Hoſp. At nondum, o puer, abſoluta eſt haec expoſitio; nam qui initio ad veſtium confectionem aggreditur contrarium ac textura videtur facere.

So. Quomodo?

Hoſp. Textura quidem coagmentatio quaedam eſt.

So. Ita.

Hoſp. Illud vero conflatorum et compactorum disſolutio.

So. Quale autem?

Hoſp. Carminandi artis opus; an carminandi artem poterimus textoriam et eum qui carminat textorem appellare?

So. Minime vero.

Hoſp. Atque etiam ſtaminis et ſubteminis confectionem ſi quis textoriam nominet, abſonam et falſam vocem mittat.

So. Quidni?

Hoſp. Quid vero? fullonicam univerſam artemque farciendi utrum nullam eſſe operam nec curationem veſtium ponamus? an has quoque omnes textorias dicemus?

So. Minime vero.

Hoſp. At vero de curatione contendent hae omnes et de confectione veſtium cum textoria facultate, maximam quidem partem illi tribuentes, magnas vero etiam ad ſe ipſas vindicantes.

So. Sane quidem.

ΞΕ. Πρὸς τοίνυν ταύταις ἔτι τὰς τῶν ἐργαλείων δημιουργοὺς τέχνας, δι' ὧν ἀποτελεῖται τὰ τῆς ὑφῆς ἔργα, δοκεῖν χρὴ τό γε *) ξυναιτίας εἶναι προςποιήσασθαι παντὸς ὑφάσματος.

ΣΩ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Πότερον οὖν ἡμῖν ὁ περὶ τῆς ὑφαντικῆς λόγος, οὗ προειλόμεθα μέρους, ἱκανῶς ἔσται διωρισμένος, ἐὰν ἄρ' αὐτὴν τῶν ἐπιμελειῶν, ὁπόσαι περὶ τὴν ἐρεᾶν ἐσθῆτα, εἰς τὴν καλλίστην καὶ μεγίστην πασῶν τιθῶμεν; ἢ λέγοιμεν * μὲν ἄν τι ἀληθές, οὐ μὴν σαφές γε οὐδὲ τέλεον, πρὶν D ἂν καὶ ταύτας αὐτῆς πάσας περιέλωμεν;

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὐκοῦν μετὰ ταῦτα ποιητέον ὃ λέγομεν, ἵν' ἑφεξῆς ἡμῖν ὁ λόγος ἴῃ;

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Πρῶτον μὲν τοίνυν δύο τέχνας οὔσας περὶ πάντα τὰ δρώμενα θεασώμεθα.

ΣΩ. Τίνας;

ΞΕ. Τὴν μὲν γενέσεως οὖσαν ξυναίτιον, τὴν δ' αὐτὴν αἰτίαν.

ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Ὅσαι μὲν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μὴ δημιουργοῦσι, * ταῖς δὲ δημιουργούσαις ὄργανα παρασκευάζουσιν, ὧν μὴ E παραγενομένων οὐκ ἄν ποτε ἐργασθείη τὸ προςτεταγμένον ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν, ταύτας μὲν ξυναιτίους, τὰς δὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀπεργαζομένας αἰτίας.

ΣΩ. Ἔχει γοῦν λόγον.

ΞΕ. Μετὰ τοῦτο δὴ τὰς μὲν περί τε ἀτράκτους καὶ κερκίδας καὶ ὁπόσα ἄλλα ὄργανα τῆς περὶ τὰ ἀμφιέσματα γενέσεως κοινωνεῖ, πάσας ξυναιτίους εἴπωμεν, τὰς δὲ αὐτὰ θεραπευούσας καὶ δημιουργούσας αἰτίας.

ΣΩ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Τῶν αἰτιῶν * δὴ πλυντικὴν μὲν καὶ ἀκεστικὴν 282 καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα θεραπευτικήν, πολλῆς οὔσης

---

*) γρ. τότε.

Hosp. Praeter has vero etiam artes instrumenta fabricantes, quibus peraguntur texturae opera, existimari oportet cuiusque texti se adiutrices esse profiteri.

So. Rectissime.

Hosp. Utrum nobis iam oratio de textoria suscepta, quam elegimus partem, satis erit definita, si omnium eam curationum quae in laneo vestimento occupatae sunt praestantissimam et maximam esse posuerimus? an dicemus quidem veri quid neque tamen certi nec absoluti, priusquam etiam has ab ea omnes separaverimus?

So. Recte vero.

Hosp. Nonne igitur deinceps faciundum quod dicimus, ut ordine nobis oratio procedat?

So. Quidni?

Hosp. Primum duas artes in omnibus quae peraguntur spectemus.

So. Quales?

Hosp. Unam confectionis adiutricem, alteram vero ipsam eius effectricem.

So. Quomodo?

Hosp. Quaecumque rem ipsam non fabricantur, fabricantibus vero artibus instrumenta parant, quae nisi adessent numquam conficeretur id quod cuique artium mandatum est, has quidem esse adiutrices, eas vero quae ipsam rem conficiunt effectrices.

So. Est certe consentaneum.

Hosp. Deinde iam omnes artes quae fusos radiosque fabricantur et quaecumque alia instrumenta in amictu conficiendo partes agunt, has adiutrices dicamus, eas vero quae hunc curant et fabricantur effectricem.

So. Rectissime vero.

Hosp. In effectricibus vero lavandi et farciendi artem omnemque in hoc occupatam curationem, par-

τῆς κοσμητικῆς τοὐνταῦθα αὐτῆς μόριον, εἰκὸς μάλιστα περιλαμβάνειν ὀνομάζοντας πᾶν τῇ τέχνῃ τῇ γναφευτικῇ.

ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Καὶ μὴν ξαντική γε καὶ νηστικὴ καὶ πάντα αὖ τὰ περὶ τὴν ποίησιν αὐτὴν τῆς ἐσθῆτος ἧς λέγομεν μέρη, μία τίς ἐστι τέχνη τῶν ὑπὸ πάντων λεγομένων ἡ ταλασιουργική *).

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τῆς δὴ * ταλασιουργικῆς δύο τμήματά ἐστον, B
καὶ τούτοιν ἑκάτερον ἅμα δυεῖν πεφύκατον τέχναιν μέρη.

ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. Τὸ μὲν ξαντικὸν καὶ τὸ τῆς κερκιστικῆς ἥμισυ καὶ ὅσα τὰ ξυγκείμενα ἀπ' ἀλλήλων ἀφίστησι, πᾶν τοῦτο ὡς ἓν φράζειν τῆς τε ταλασιουργίας αὐτῆς ἐστί που, καὶ μεγάλα τινὲ κατὰ πάντα ἡμῖν ἤστην τέχνα, ἡ ξυγκριτική τε καὶ διακριτική.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τῆς τοίνυν διακριτικῆς ἥ τε ξαντικὴ καὶ τὰ
νῦν δὴ ῥηθέντα ἅπαντά ἐστιν· ἡ γὰρ * ἐν ἐρίοις τε καὶ C
στήμοσι διακριτική, κερκίδι μὲν ἄλλον τρόπον γιγνομένη, χερσὶ δὲ ἕτερον, ἔσχεν ὅσα ἀρτίως ὀνόματα ἐῤῥήθη.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Αὖθις δὴ πάλιν ξυγκριτικῆς μόριον ἅμα καὶ ταλασιουργίας ἐν αὐτῇ γιγνόμενον λάβωμεν· ὅσα δὲ τῆς διακριτικῆς ἦν αὐτόθι, μετίωμεν ξύμπαντα, δίχα τέμνοντες τὴν ταλασιουργίαν διακριτικῷ τε καὶ ξυγκριτικῷ τμήματι.

ΣΩ. Διῃρήσθω.

ΞΕ. Τὸ ξυγκριτικὸν τοίνυν αὖ σοι καὶ ταλασιουργι-
κὸν * ἅμα μόριον, ὦ Σώκρατες, διαιρετέον, εἴπερ ἱκανῶς D
μέλλομεν τὴν προῤῥηθεῖσαν ὑφαντικὴν αἱρήσειν.

ΣΩ. Οὐκοῦν χρή.

ΞΕ. Χρὴ μὲν οὖν· καὶ λέγωμέν γε αὐτῆς τὸ μὲν εἶναι στρεπτικόν, τὸ δὲ ξυμπλεκτικόν.

---

*) Is. τέχνη ἡ ὑπὸ πάντων λεγομένη ταλασιουργική.

tem huc pertinentem late patentis ornandi artis, par est potissimum comprehendi uno universam artis fullonicae nomine.

So. Praeclare.

Hosp. Atque etiam carminandi et nendi artes omnesque in effectione vestimenti de qua agimus occupatae partes unam efficiunt ab omnibus dictam lanae tractandae artem.

So. Quidni?

Hosp. Lanae tractandae artis duae sunt partes, et utraeque simul duarum sunt artium partes.

So. Quomodo?

Hosp. Ars carminandi et radio subteminis traiiciendi dimidium et quicquid coniuncta inter se dirimit, hoc totum, ut uno nomine nuncupetur, ad ipsam lanae tractandae artem haud dubie pertinet, et magnae quaedam nobis in omnibus sunt artes, coagmentandi una, altera dissolvendi.

So. Ita.

Hosp. Iam ad dissolvendi artem pertinent carminandi ars et omnia quae nunc dicta sunt; lanae enim et staminis dissolutio, quae radio alia ratione peragitur, manu alia, habet quotquot modo dicta sunt nomina.

So. Sane quidem.

Hosp. Rursus vero coagmentandi artis simulque lanificii partem quae in ea inest sumamus; quaecumque vero dissolvendi vim habentia in ea insunt, ea persequamur omnia, bifariam distribuentes lanificium in partem dissolventem et coagmentantem.

So. Distributum esto.

Hosp. Coagmentans vero et lanaria simul pars iterum tibi, Socrate, dividenda, si satis volumus ante dictam artem textoriam assequi.

So. Oportet vero.

Hosp. Oportet sane quidem, et dicamus unam eius partem esse torquentem, alteram connectentem.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν μανθάνω; δοκεῖς γάρ μοι τὸ περὶ τὴν τοῦ στήμονος ἐργασίαν λέγειν στρεπτικόν.

ΞΕ. Οὐ μόνον γε, ἀλλὰ καὶ κρόκης· ἢ γένεσιν ἄστροφόν τινα αὐτῆς εὑρήσομεν;

ΣΩ. Οὐδαμῶς.

ΞΕ. Διόρισαι δὴ καὶ τούτοιν ἑκάτερον· ἴσως * γὰρ E ὁ *) διορισμὸς ἔγκαιρος ἄν σοι γένοιτο.

ΣΩ. Πῇ;

ΞΕ. Τῇδε. τῶν περὶ ξαντικὴν ἔργων μηκυνθέν τε καὶ σχὸν πλάτος λέγομεν εἶναι κάταγμά τι.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Τούτου δὴ τὸ μὲν ἀτράκτῳ τε στραφὲν καὶ στερεὸν νῆμα γενόμενον στήμονα μέν φασι **) τὸ νῆμα, τὴν δ' ἀπευθύνουσαν αὐτὸ τέχνην εἶναι στημονονητικήν ***).

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ὅσα δέ γε αὖ τὴν μὲν ξυστροφὴν χαύνην λαμβάνει, τῇ δὲ τοῦ στήμονος ἐμπλέξει πρὸς τὴν τῆς γνάψεως ὁλκὴν ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα ἴσχει, ταῦτ' ἄρα κρόκην μὲν τὰ νηθέντα, τὴν δὲ ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς εἶναι τέχνην τὴν κροκονητικὴν * φῶμεν. 283

ΣΩ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Καὶ μὴν τό γε τῆς ὑφαντικῆς μέρος, ὃ προὐθέμεθα, παντί που δῆλον ἤδη· τὸ γὰρ ξυγκριτικῆς τῆς ἐν ταλασιουργίᾳ μόριον ὅταν εὐθυπλοκίᾳ κρόκης καὶ στήμονος ἀπεργάζηται πλέγμα, τὸ μὲν πλεχθὲν ξύμπαν ἐσθῆτα ἐρεᾶν, τὴν δ' ἐπὶ τούτῳ τέχνην οὖσαν προσαγορεύομεν ὑφαντικήν.

ΣΩ. Ὀρθότατα.

ΞΕ. Εἶεν· τί δή ποτε οὖν οὐκ εὐθὺς ἀπεκρινάμεθα * πλεκτικὴν εἶναι κρόκης καὶ στήμονος ὑφαντικήν, ἀλλὰ B περιήλθομεν ἐν κύκλῳ πάμπολλα διοριζόμενοι μάτην;

ΣΩ. Οὔκουν ἔμοιγε, ὦ ξένε, μάτην οὐδὲν τῶν ῥηθέντων ἔδοξε ῥηθῆναι.

---

*) γρ. ὅδε. **) ἄλλ. μὲν φάθι.
***) γρ. στημονικήν.

So. Num vero intelligo? videris enim mihi ſtaminis confectionem dicere partem torquentem.

Hoſp. Non hanc ſolum, verum etiam ſubteminis confectionem; an exſiſtere eam niſi torqueatur inveniemus?

So. Minime vero.

Hoſp. Diſtingue igitur etiam harum utramque; forſitan enim diviſio opportuna tibi fuerit.

So. Quomodo?

Hoſp. Ita. e carminandi artis operibus id quod productum eſt habetque latitudinem dicimus eſſe tractum laneum.

So. Etiam.

Hoſp. Huius vero id quod fuſo contorquetur et firmum fit filum, ſtamen dicunt artemque illud dirigentem artem ſtaminis contorquendi.

So. Recte vero.

Hoſp. Quodcumque vero laxam accipit contortionem et ſtaminis implicatione ad tractum et polituram per ſpinam fulloniam idoneam habet mollitiem, hoc filum ſubtemen artemque ei praepoſitam eſſe ſubteminis nendi artem dicamus.

So. Rectiſſime.

Hoſp. Iam vero textoriae pars quam propoſuimus cuivis fere manifeſta; artis enim coagmentandi pars ad lanificium pertinens quando directe contexendo ſubtemen et ſtamen efficit texturam, contextum totum veſtem laneam et artem in hoc occupatam appellamus textoriam.

So. Rectiſſime.

Hoſp. Iam quid tandem non ſtatim reſpondimus ſubteminis et ſtaminis contexendi artem eſſe textoriam, ſed circumivimus in orbem permulta definientes fruſtra?

So. Neque tamen mihi, o hoſpes, fruſtra aliquid eorum quae dicta ſunt videtur dictum eſſe.

ΞΕ. Καὶ θαυμαστόν γε οὐδέν· ἀλλὰ τάχ' ἄν, ὦ μακάριε, δόξειε· πρὸς δὴ τὸ νόσημα τὸ τοιοῦτον, ἂν ἄρα πολλάκις ὕστερον ἐπίῃ (θαυμαστὸν γὰν οὐδέν), λόγον ἄκουσόν τινα προσήκοντα περὶ πάντων τῶν * τοιούτων ῥηθῆναι. C

ΣΩ. Λέγε μόνον.

ΞΕ. Πρῶτον τοίνυν ἴδωμεν *) πᾶσαν τήν τε ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν, ἵνα κατὰ λόγον ἐπαινῶμεν καὶ ψέγωμεν τὰ μακρότερα τοῦ δέοντος ἑκάστοτε λεγόμενα καὶ τἀναντία περὶ τὰς τοιαύτας **) διατριβάς.

ΣΩ. Οὐκοῦν χρή.

ΞΕ. Περὶ δὴ τούτων αὐτῶν ὁ λόγος ἡμῖν, οἶμαι, γιγνόμενος ὀρθῶς ἂν γίγνοιτο.

ΣΩ. Τίνων;

ΞΕ. Μήκους τε πέρι καὶ βραχύτητος καὶ πάσης ὑπεροχῆς τε καὶ ἐλλείψεως· ἡ * γάρ που μετρητικὴ περὶ πάντ' ἐστὶ ταῦτα. D

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Διέλωμεν τοίνυν αὐτὴν δύο μέρη· δεῖ γὰρ δὴ πρὸς ὃ νῦν σπεύδομεν.

ΣΩ. Λέγοις ἂν τὴν διαίρεσιν ὅπῃ.

ΞΕ. Τῇδε· τὸ μὲν κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα μεγέθους καὶ σμικρότητος κοινωνίαν, τὸ δὲ κατὰ τὴν τῆς γενέσεως ἀναγκαίαν οὐσίαν.

ΣΩ. Πῶς λέγεις;

ΞΕ. Ἆρ' οὐ κατὰ φύσιν δοκεῖ σοι τὸ μεῖζον μηδενὸς ἑτέρου δεῖν μεῖζον λέγειν ἢ τοῦ ἐλάττονος, καὶ τοὔλαττον αὖ τοῦ μείζονος * ἔλαττον, ἄλλου δὲ μηδενός; E

ΣΩ. Ἔμοιγε.

ΞΕ. Τί δέ; τὸ τὴν τοῦ μετρίου φύσιν ὑπερβάλλον καὶ ὑπερβαλλόμενον ὑπ' αὐτῆς ἐν λόγοις εἴτε καὶ ἐν ἔργοις ἆρ' οὐκ αὖ λέξομεν ὡς ὄντως γιγνόμενον, ἐν ᾧ καὶ διαφέρουσι μάλιστα ἡμῶν οἵ τε κακοὶ καὶ οἱ ἀγαθοί;

ΣΩ. Φαίνεται.

---

*) γρ. εἰδῶμεν. **) ἄλλ. τοιάσδε.

Hosp. Et admirandum hoc minime est, sed forsitan, egregie, ita tibi videatur; tale quid igitur si forte posthac tibi acciderit (neque enim erit admirandum), orationem percipe quam par est in omnia talia accommodari.

So. Dic modo.

Hosp. Primum igitur consideremus omnem excessum et defectum, ut recte vel laudemus vel vituperemus quaecumque vel copiosius quam par est dicuntur vel contra in talibus disputationibus.

So. Oportet vero.

Hosp. De his ipsis igitur si oratio nobis suscipiatur, recte, ni fallor, suscipiatur.

So. De quibusnam?

Hosp. De longitudine et brevitate omnique anfractu ac defectu; profecto enim ars metiendi in his omnibus versatur.

So. Ita.

Hosp. Dividamus igitur eam duas in partes; opus est enim ad id quo nunc tendimus.

So. Dic quomodo dividenda sit.

Hosp. Ita: una eius pars ad magnitudinis et parvitatis inter se communitatem, altera ad necessariam eius quod fit naturam.

So. Quonam dicis pacto?

Hosp. Nonne secundum naturam videtur tibi quod maius est nulla alia re debere maius dici quam minore et minus quoque maiore minus, nulla autem alia re?

So. Mihi vero.

Hosp. Quid? quod modici naturam superat et superatur ab ea in orationibus vel etiam in rebus, nonne hoc dicemus vere exsistere, in quo quidem maxime discrimen inter malos et bonos nostrum cernitur?

So. Videtur.

ΞΕ. Διττὰς ἄρα ταύτας οὐσίας καὶ κρίσεις τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ σμικροῦ θετέον, ἀλλ' οὐχ, ὡς ἔφαμεν ἄρτι, πρὸς ἄλληλα μόνον δεῖν *), ἀλλ', ὥςπερ νῦν εἴρηται, μᾶλλον τὴν μὲν πρὸς ἄλληλα λεκτέον, τὴν δ' αὖ πρὸς τὸ μέτριον. οὗ δὲ ἕνεκα, μαθεῖν ἆρ' ἂν βουλοίμεθα;

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Εἰ πρὸς μηδὲν ἕτερον τὴν τοῦ μείζονος * ἐά- 2
σει τις φύσιν ἢ πρὸς τοὔλαττον, οὐκ ἔσται ποτὲ πρὸς τὸ μέτριον· ἦ γάρ;

ΣΩ. Οὕτως.

ΞΕ. Οὐκοῦν τὰς τέχνας τε αὐτὰς καὶ τἄργα αὐτῶν ξύμπαντα διολοῦμεν **) τούτῳ τῷ λόγῳ, καὶ δὴ καὶ τὴν νῦν ζητουμένην πολιτικὴν καὶ τὴν ῥηθεῖσαν ὑφαντικὴν ἀφανιοῦμεν; ἅπασαι γὰρ αἵ τοιαῦταί που τὸ τοῦ μετρίου πλέον καὶ ἔλαττον οὐχ ὡς οὐκ ὄν, ἀλλ' ὡς ὂν χαλεπὸν περὶ τὰς πράξεις παραφυλάττουσι, καὶ τούτῳ δὴ τῷ τρόπῳ
τὸ * μέτρον ***) σώζουσαι πάντα ἀγαθὰ καὶ καλὰ ἀπεργά- B
ζονται.

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκοῦν, ἂν τὴν πολιτικὴν ἀφανίσωμεν, ἄπορος ἡμῖν ἡ μετὰ τοῦτο ἔσται ζήτησις τῆς βασιλικῆς ἐπιστήμης;

ΣΩ. Καὶ μάλα.

ΞΕ. Πότερον οὖν, καθάπερ ἐν τῷ Σοφιστῇ προσηναγκάσαμεν εἶναι τὸ μὴ ὄν, ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο διέφυγεν ἡμᾶς ὁ λόγος, οὕτω καὶ νῦν τὸ πλέον αὖ καὶ ἔλαττον μετρητὰ προςαναγκαστέον γίγνεσθαι μὴ πρὸς ἄλληλα μόνον,
ἀλλὰ καὶ πρὸς * τὴν τοῦ μετρίου γένεσιν; οὐ γὰρ δὴ δυ- C
νατόν γε οὔτε πολιτικὸν οὔτ' ἄλλον τινὰ τῶν περὶ τὰς πράξεις ἐπιστήμονα ἀναμφισβητήτως γεγονέναι, τούτου μὴ ξυνομολογηθέντος.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ νῦν ὅτι μάλιστα χρὴ ταὐτὸν ποιεῖν.

ΞΕ. Πλέον, ὦ Σώκρατες, ἔτι τοῦτο τὸ ἔργον ἢ

---

*) ἴσ. εἶναι.

**) γρ. διελοῦμεν.

***) γρ. μέτριον.

Hosp. Duae igitur hae naturae et diiudicationes magni et parvi ponendae: neque enim, ut dicebamus modo, ad se tantum illa referuntur, sed potius, ut nunc declaravimus, una dicenda est eorum natura haec qua ad sese referuntur, altera ea qua ad modicum. qua de causa, intelligere nam voluerimus?

So. Quidni?

Hosp. Si quis ad nihil aliud contenderit maioris naturam referri nisi ad minus, numquam referetur ad modicum; nonne?

So. Ita.

Hosp. Nonne artes ipsas earumque opera ad unum omnia perdemus hac ratione, atque etiam quam nunc quaerimus civilem et textoriam de qua verba fecimus exstinguemus? hae enim omnes id quod modico plus vel minus est non, tamquam non sit, sed ut adversum in agendo cavent, et hac quidem ratione modum servantes omnia bona et pulchra efficiunt.

So. Quidni?

Hosp. Nonne vero, si civilem artem exstinxerimus, inexplicabilis deinde nobis erit quaestio quam de regia scientia habemus?

So. Sane quidem.

Hosp. Num vero, quemadmodum in Sophista rationibus evicimus esse id quod non est, quia illuc effugerat nos oratio, sic etiam nunc plus et minus evincendum est sub mensuram cadere non modo inter se, sed etiam ad modicum quod exstitat? neque enim fieri potest ut vel civilis vel alius quis eorum qui in agendo versantur sciens sine ulla controversia exsistat, hoc nisi inter nos convenerit.

So. Igitur etiam nunc quam maxime oportet idem fieri.

Hosp. Maius vero, Socrate, etiam hoc est nego-

ἐκεῖνο· καίτοι κἀκείνου γε μεμνήμεθα τὸ μῆκος ὅσον ἦν. ἀλλ' ὑποτίθεσθαι μὲν τὸ τοιόνδε περὶ αὐτῶν καὶ μάλα δίκαιον.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὥς ποτε δεήσει τοῦ νῦν λεχθέντος * πρὸς τὴν περὶ αὐτὸ τἀκριβὲς *) ἀπόδειξιν. ὅτι δὲ πρὸς τὰ **) νῦν καλῶς καὶ ἱκανῶς δείκνυσθαι δοκεῖ μοι βοηθεῖν μεγαλοπρεπῶς ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος, ὡς ἄρα ἡγητέον ὁμοίως τὰς τέχνας πάσας εἶναι ***) μεῖζόν τι ἅμα καὶ ἔλαττον μετρεῖσθαι μὴ πρὸς ἄλληλα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τοῦ μετρίου γένεσιν· τούτου τε γὰρ ὄντος ἐκεῖνα ****) ἔστι, κἀκείνων ὄντων ἔστι καὶ τοῦτο, μὴ δὲ †) ὄντος ποτέρου τούτων οὐδέτερον αὐτῶν ἔσται ποτέ. D

ΣΩ. Τοῦτο μὲν * ὀρθῶς· ἀλλὰ τί δὴ τὸ μετὰ τοῦτο; E

ΞΕ. Δῆλον ὅτι διαιροῖμεν ἂν τὴν μετρητικήν, καθάπερ ἐῤῥήθη, ταύτῃ δίχα τέμνοντες, ἓν μὲν τιθέντες αὐτῆς μόριον ξυμπάσας τέχνας, ὁπόσαι τὸν ἀριθμὸν καὶ μήκη καὶ βάθη καὶ πλάτη καὶ παχύτητας ††) πρὸς τοὐναντίον μετροῦσι, τὸ δὲ ἕτερον, ὁπόσαι πρὸς τὸ μέτριον καὶ τὸ πρέπον καὶ τὸν καιρὸν καὶ τὸ δέον καὶ πάνθ' ὁπόσα εἰς τὸ μέσον ἀπῳκίσθη τῶν ἐσχάτων.

ΣΩ. Καὶ μέγα γ' ἑκάτερον τμῆμα εἶπες, καὶ πολὺ διαφέρον ἀλλήλοιν.

ΞΕ. Ὃ γὰρ ἐνίοτε, ὦ Σώκρατες, οἰόμενοι δή τι σοφὸν φράζειν * πολλοὶ τῶν κομψῶν λέγουσιν, ὡς ἄρα με- 285
τρητικὴ περὶ πάντ' ἐστὶ τὰ γιγνόμενα, τοῦτ' αὐτὸ τὸ νῦν λεχθὲν ὂν τυγχάνει· μετρήσεως μὲν γὰρ δή τινα τρόπον πάνθ' ὁπόσα ἔντεχνα μετείληφε· διὰ δὲ τὸ μὴ κατ' εἴδη ξυνειθίσθαι σκοπεῖν διαιρουμένους ταῦτά τε τοσοῦτον διαφέροντα ξυμβάλλουσιν εὐθὺς εἰς ταὐτὸν ὅμοια νομίσαντες, καὶ τοὐναντίον αὖ τούτου δρῶσιν ἕτερα οὐ †††) κατὰ μέρη διαιροῦντες, δέον, ὅταν μὲν τὴν τῶν πολλῶν τις πρότερον

*) ἴσ. ἀκριβῆ. **) ἴσ. πρὸς τὸ τὰ ν.
) ἴσ. πάσας καί. *) ἴσ. καὶ ἐκεῖνα.
†) γρ. μηδέ. ††) γρ. ταχυτῆτας.
†††) ἴσ. οὐκ ὄντα.

tium quam illud: quamquam illud quam longum fuerit meminimus. verumtamen hoc sumi de eo genere maxime par est.

So. Quale istud?

Hosp. Opus aliquando fore eo quod nunc dictum est ad illud accurate declarandum. praeterea vero ad ea quae nunc agimus bene et satis declaranda videtur mihi adiuvare luculenter haec ratio, existimandum esse artis cunctas aeque ac maius quid et minus non solum inter se sub mensuram cadere, verum etiam ad modicum quod exsistat; hoc enim si est, etiam illud est, et illud si est etiam hoc, alterutrum vero horum si non est, neutrum eorum umquam erit.

So. Hoc quidem recte habet; sed quid deinde?

Hosp. Patet divisuros nos esse artem metiendi, ut dictum est, ita bifariam distribuentes, ut unam eius partem ponamus artes cunctas, quotquot numerum et longitudines et altitudines et latitudines et crassitudines contrario metiuntur, alteram omnes quae modico metiuntur et decoro et opportuno et necessario et omnibus quae in medio collocata sunt extremorum.

So. Et magnam quidem utramque partem posuisti easque valde inter se differentes.

Hosp. Quod nonnumquam, Socrate, arbitrantes sapiens scilicet aliquid proferre multi argutiorum dicunt, metiendi artem ad omnia pertinere quae exsistant, hoc ipsum nunc declaravimus: sub mensuram enim quodammodo omnia quae artificiosa sunt cadunt; quia vero in formas non consueverunt distributa illa explorare, et haec tantopere inter se differentia coniiciunt illico in unum, pro similibus ea habentes, et contra quoque faciunt quae non sunt diversa ea in partes dividentes, quum oporteat eum qui rerum multarum ante

αἴσθηται * κοινωνίαν, μὴ προαφίστασθαι πρὶν ἂν ἐν αὐτῇ B τὰς διαφορὰς ἴδῃ *) πάσας, ὁπόσαιπερ ἐν εἴδεσι κεῖνται, τὰς δὲ αὖ παντοδαπὰς ἀνομοιότητας, ὅταν ἐν πλήθεσιν ὀφθῶσι, μὴ δυνατὸν εἶναι δυςωπούμενον παύεσθαι, πρὶν ἂν ξύμπαντα τὰ οἰκεῖα ἐντὸς μιᾶς ὁμοιότητος ἔρξας **) γένους τινὸς οὐσίᾳ περιβάληται. Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς περί τε τούτων καὶ περὶ τῶν ἐλλείψεων καὶ ὑπερβολῶν εἰρήσθω· φυλάττωμεν δὲ μόνον ὅτι δύο γένη περὶ αὐτὰ * ἐξεύρηται τῆς μετρητικῆς, καὶ ἅ φαμεν αὔτ' εἶναι με- C μνώμεθα.

ΣΩ. Μεμνησόμεθα.

ΞΕ. Μετὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον ἕτερον προςδεξώμεθα περὶ αὐτῶν τε τῶν ζητουμένων καὶ περὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς τοιοῖςδε λόγοις διατριβῆς.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Εἴ τις ἀνέροιτο ἡμᾶς τὴν περὶ γράμματα ξυνουσίαν τῶν μανθανόντων, ὁπόταν τις ὁτιοῦν ὄνομα ἐρωτηθῇ τίνων ἐστὶ γραμμάτων, πότερον αὐτῷ τότε φῶμεν γίγνεσθαι τὴν ζήτησιν ἑνὸς ἕνεκα * μᾶλλον τοῦ προβληθέν- D τος, ἢ τοῦ περὶ πάντα τὰ προβαλλόμενα γραμματικωτέρῳ γίγνεσθαι;

ΣΩ. Δῆλον ὅτι τοῦ περὶ ἅπαντα.

ΞΕ. Τί δ' αὖ; νῦν ἡμῖν ἡ περὶ τοῦ πολιτικοῦ ζήτησις ἕνεκα αὐτοῦ τούτου προβέβληται μᾶλλον, ἢ τοῦ περὶ πάντα διαλεκτικωτέροις γίγνεσθαι;

ΣΩ. Καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι τοῦ περὶ πάντα.

ΞΕ. Ἤπου τὸν τῆς ὑφαντικῆς γε λόγον αὐτῆς ταύτης ἕνεκα θηρεύειν οὐδεὶς ἂν ἐθελήσειε νοῦν ἔχων. ἀλλ', οἶμαι, τοὺς πλείστους * λέληθεν ὅτι τοῖς μὲν τῶν ὄντων ῥᾳδίως ***) E καταμαθεῖν αἰσθηταί τινες ὁμοιότητες πεφύκασιν, ἃς οὐδὲν χαλεπὸν δηλοῦν, ὅταν αὐτῶν τις βουληθῇ τῷ λόγον αἰτοῦντι περί του μὴ μετὰ πραγμάτων, ἀλλὰ χωρὶς λόγου ῥᾳδίως ἐνδείξασθαι· τοῖς δ' αὖ μεγίστοις οὖσι καὶ τιμιωτάτοις οὐκ

*) γρ. εἴδῃ. **) ἴσ. εἵρξας.
***) ἴσ. ῥᾳδίοις.

animadverterit communitatem, non prius desistere quam in ea differentias cognoverit omnes quae in formis sint positae, rursus vero, multiplices dissimilitudines quando in multitudine aliqua conspexerit, non deterreri nec prius desinere quam omnia cognata in unam incluserit similitudinem generisque alicuius natura vinxerit. Haec vero satis de his et de defectibus excessibusque dicta sunto; teneamus modo hoc, duo nos genera artis metiendi in iis invenisse, et quales eas dicamus esse recordemur.

So. Recordabimur.

Hosp. Deinceps orationem alteram suscipiamus quum de eo ipso quod quaerimus tum de universa huiusmodi sermonum ratione.

So. Quale istud?

Hosp. Si quis e nobis quaerat de eorum congressione qui litteras discunt, quum aliquis de nomine quoquam interrogetur quibusnam e litteris constet, utrum ei tum dicamus quaestionem haberi unius potius causa quod propositum sit, an eam ob causam, ut in omnibus quae proponantur grammaticorum peritior exsistat?

So. Patet vero omnium causa.

Hosp. Quid igitur? nunc nobis quaestio de viro civili huius ipsius causa proposita est potius, an eam ob causam ut in omnibus disputandi peritiores exsistamus?

So. Etiam hoc patet omnium causa.

Hosp. Profecto enim nemo qui quidem sapiat textoriae expositionem huius ipsius causa captare voluerit. at, opinor, plurimos fugit, nonnullis rebus facilibus ad intelligendum similitudines esse quasdam sub sensum cadentes, quae haud difficiles sint declaratu, si quis velit cuiquam rationem de aliqua petenti nullo negotio, immo sine explicatione facile hoc commonstrare: summae vero res et praestantissimae nullum habent simula-

ἔστιν εἴδωλον οὐδὲν * πρὸς τοὺς ἀνθρώπους εἰργασμένον 286
ἐναργῶς, οὗ δειχθέντος τὴν τοῦ πυνθανομένου ψυχὴν ὁ βουλόμενος ἀποπληρῶσαι, πρὸς τῶν αἰσθήσεών τινα προςαρμόττων, ἱκανῶς πληρώσει. διὸ δεῖ μελετᾶν λόγον ἑκάστου δυνατὸν εἶναι δοῦναι καὶ δέξασθαι· τὰ γὰρ ἀσώματα, κάλλιστα ὄντα καὶ μέγιστα, λόγῳ μόνῳ, ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ σαφῶς δείκνυται, τούτων δὲ ἕνεκα πάντ' ἐστὶ τὰ νῦν λεγόμενα. ῥᾴων δ' ἐν τοῖς ἐλάττοσιν ἡ μελέτη παντὸς πέρι μᾶλλον, * ἢ περὶ τὰ μείζω. B

ΣΩ. Κάλλιστ' εἶπες.

ΞΕ. Ὧν τοίνυν χάριν ἅπανθ' ἡμῖν ταῦτ' ἐῤῥήθη περὶ τούτων, μνησθῶμεν.

ΣΩ. Τίνων;

ΞΕ. Ταύτης τε *) οὐχ ἥκιστ' αὐτῆς ἕνεκα τῆς δυςχερείας, ἣν περὶ τὴν μακρολογίαν τὴν περὶ τὴν ὑφαντικὴν ἀπεδεξάμεθα **) δυςχερῶς, καὶ τὴν περὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀνείλιξιν καὶ τὴν τοῦ Σοφιστοῦ περὶ τῆς τοῦ μὴ ὄντος οὐσίας, ἐννοοῦντες ὡς ἔσχε μῆκος πλέον· καὶ ἐπὶ τούτοις δὴ πᾶσιν ἐπεπλήξαμεν ἡμῖν αὐτοῖς, δείσαντες * μὴ περί- C
εργα ἅμα καὶ μακρὰ λέγοιμεν. ἵν' οὖν ἐςαῦθις μηδὲν πάσχωμεν τοιοῦτον, τούτων ἕνεκα πάντων ***) τὰ πρόσθεν νῷν εἰρῆσθαι φαθί.

ΣΩ. Ταῦτ' ἔσται. λέγε ἑξῆς μόνον.

ΞΕ. Λέγω τοίνυν ὅτι χρὴ δὴ μεμνημένους ἐμὲ καὶ σὲ τῶν νῦν εἰρημένων τόν τε ψόγον ἑκάστοτε καὶ ἔπαινον ποιεῖσθαι βραχύτητος ἅμα καὶ μήκους ὧν ἂν ἀεὶ πέρι λέγωμεν, μὴ πρὸς ἄλληλα τὰ μήκη κρίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸ τῆς μετρητικῆς μέρος, ὃ πότε ἔφαμεν * δεῖν μεμνῆσθαι ****), πρὸς τὸ πρέπον. D

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὐ τοίνυν οὐδὲ πρὸς τοῦτο πάντα· οὔτε γὰρ πρὸς τὴν ἡδονὴν μήκους ἁρμόττοντος οὐδὲν προςδεησόμεθα, πλὴν εἰ μὴ πάρεργόν τι, τό τε †) αὖ πρὸς τὴν

*) ἴσ. γε.
) ἴσ. δυςχερείας περὶ τὴν μακρολογίαν — ὑφαντικήν, ἣν ἀπεδεξάμεθα κτλ. *) ἴσ. πάντα.
****) ἴσ. ᾧ τότε — μετρεῖσθαι. †) γρ. τότε καὶ οὔτε.

erum pro hominum captu effectum evidenter, quo ostenso is qui quaerentis desiderium voluerit explere, ad sensuum aliquem id accommodans, satis possit explere. quocirca oportet nos hoc studere ut de quoque possimus rationem et reddere et accipere; incorporalia enim, quae pulcherrima et summa sunt, ratione sola, nulla alia re, manifesto demonstrantur; et horum quidem causa omnia quae nunc exposuimus dicta sunt. facilius autem in minoribus cuiusque rei studium est magis quam in maioribus.

So. Praeclare dicis.

Hosp. Cuius vero rei causa haec omnia nobis dicta sunt de illis, eius recordemur.

So. Cuiusnam rei causa?

Hosp. Huius ipsius potissimum molestiae causa quam nobis exhibuit copiosa de arte textoria disputatio, de universi reversione et de ratione in Sophista proposita, id quod non est esse, reputantibus nimis longam eam esse; et ad haec omnia reprehendimus nos ipsi, verentes ne supervacanea simul et longa diceremus. ne igitur in posterum tale quid nobis accidat, iccirco omnia supra exposita nobis dicta esse existimato.

So. Ita fiet. dic modo porro.

Hosp. Dico igitur oportere et me et te memores eorum quae nunc dicta sint vituperatione quaque reprehendere vel laude afficere brevitatem itemque longitudinem, de quacumque re verba faciamus, non inter se longitudines diiudicantes, sed metiendi artis ea parte, qua tum diximus metiendum esse, decoro.

So. Recte vero.

Hosp. Attamen nec hoc omnia; neque enim longitudine voluptati accommodata indigebimus, nisi forte obiter, et eam longitudinem quae proposito accommo-

τοῦ προβληθέντος ζήτησιν, ὡς ἂν ῥᾷστα καὶ τάχιστα εὕροιμεν, δεύτερον ἀλλ' οὐ πρῶτον ὁ λόγος ἀγαπᾶν παραγγέλλει, πολὺ δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τὴν μέθοδον αὐτὴν *) τιμᾶν τοῦ κατ' εἴδη δυνατὸν εἶναι διαιρεῖν, καὶ δὴ καὶ λόγον, ἄν τε * παμμήκης λεχθεὶς τὸν ἀκούσαντα εὑρετικώτερον E
ἀπεργάζηται, τοῦτον σπουδάζειν καὶ τῷ μήκει μηδὲν ἀγανακτεῖν, ἄν τ' αὖ βραχύτερος, ὡσαύτως· ἔτι δ' αὖ πρὸς τούτοις τὸν περὶ τὰς τοιάσδε ξυνουσίας ψέγοντα λόγων μήκη καὶ τὰς ἐν κύκλῳ περιόδους οὐκ ἀποδεχόμενον, ὅτι χρὴ τὸν τοιοῦτον μὴ πάνυ ταχὺ μηδ' εὐθὺς οὕτω μεθιέναι ψέξαντα μόνον ὡς μακρὰ * τὰ λεχθέντα **), ἀλλὰ καὶ 287
προσαποφαίνειν οἴεσθαι δεῖν, ὡς βραχύτερα ἂν γενόμενα τοὺς ξυνόντας ἀπειργάζετο διαλεκτικωτέρους καὶ τῆς τῶν ὄντων λόγῳ δηλώσεως εὑρετικωτέρους, τῶν δὲ ἄλλων καὶ πρὸς ἄλλ' ἄττα ψόγων καὶ ἐπαίνων μηδὲν φροντίζειν, μηδὲ τὸ παράπαν ἀκούειν δοκεῖν τῶν τοιούτων λόγων.

Καὶ τούτων μὲν ἅλις, εἰ καὶ σοὶ ταύτῃ ξυνδοκεῖ· πρὸς δὲ δὴ τὸν πολιτικὸν ἴωμεν πάλιν, * τῆς προῤῥηθείσης B
ὑφαντικῆς αὐτὸ ***) φέροντες τὸ παράδειγμα.

ΣΩ. Καλῶς εἶπες, καὶ ποιῶμεν ἃ λέγεις.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἀπό γε τῶν πολλῶν ὁ βασιλεὺς ὅσαι ξύννομοι, μᾶλλον δὲ ἀπὸ πασῶν τῶν περὶ τὰς ἀγέλας διακεχώρισται· λοιπαὶ δέ, φαμέν, αἱ κατὰ πόλιν αὐτὴν τῶν τε ξυναιτίων καὶ τῶν αἰτίων, ἃς πρώτας ἀπ' ἀλλήλων διαιρετέον.

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οἶσθ' οὖν ὅτι χαλεπὸν τεμεῖν αὐτὰς δίχα; τὸ δ' αἴτιον, ὡς οἶμαι, προϊοῦσιν * οὐχ ἧττον ἔσται κατα- C
φανές.

ΣΩ. Οὐκοῦν χρὴ δρᾶν οὕτως.

ΞΕ. Κατὰ μέλη τοίνυν αὐτὰς οἷον ἱερεῖον διαιρῶ-

---

*) γρ. ταύτην.

**) γρ. τὰ πρόσθεν ταῦτα τὰ λεχθέντα.

***) ἄλλ. αὐτῷ. ἴσ. ἐπ' αὐτόν.

data est, ut facillime et celerrime quod quaerimus inveniamus, secundo, non primo loco oratio nos numerare iubet, pro summo vero et primo habere sectam orationemque ipsam in species dividendi, atque etiam ad huiusmodi orationem, quae copiosius explicata audientem efficiat ad inveniendum magis idoneum, incumbere nec graviter ferre longitudinem, sin brevius explicata fuerit, itidem; praeterea quoque si quis in huiusmodi disputationibus vituperet orationis longitudines et circuitus reiiciat, huiusmodi hominem oportere non ita celeriter nec statim dimitti, ita ut reprehenderit tantum dicta de anfractu, sed existimari praeterea ei probandum esse, breviora si illa fuissent, futurum fuisse ut colloquentes efficerent disputandi peritiores magisque idoneos ad rerum declarationem per orationem inveniendam, reliquas autem et ad alia quaedam spectantes vituperationes vel laudationes non oportere nos curare nec omnino videri huiusmodi orationes audire.

Ac de his quidem satis, si etiam tibi ita videtur; ad virum autem civilem redeamus, ante dictae textoriae artis in eum accommodantes exemplum.

So. Praeclare dicis, et faciamus quae significas.

Hosp. Iam rex a plurimis artibus quae itidem in pascendo versantur, potius ab omnibus ad greges curandos spectantibus discretus est: restant autem, dicimus, quae in civitate ipsa adiutrices et effectrices sunt, quas primas inter se distingui oportet.

So. Recte vero.

Hosp. Scin vero difficile esse secare eas bifariam? causa tamen, uti arbitror, si processerimus, haud minus erit manifesta.

So. Itaque nobis ita faciendum.

Hosp. In membra vero eas velut victimam dis-

μεθα, ἐπειδὴ δίχα ἀδυνατοῦμεν· δεῖ γὰρ εἰς τὸν ἐγγύτατα ὅτι μάλιστα τέμνειν ἀριθμὸν ἀεί.

ΣΩ. Πῶς οὖν ποιῶμεν τὰ νῦν;

ΞΕ. Ὥςπερ ἔμπροσθεν, ὁπόσαι παρείχοντο ὄργανα περὶ τὴν ὑφαντικήν, πάσας δήπου τότε ἐτίθεμεν ὡς ξυναιτίους.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ νῦν δὴ ταὐτὸν μὲν τοῦτο, ἔτι δὲ μᾶλλον ἢ τόθ' ἡμῖν ποιητέον· * ὅσαι γὰρ σμικρὸν ἢ μέγα τι δη- D
μιουργοῦσι κατὰ πόλιν ὄργανον, θετέον ἁπάσας ταύτας ὡς οὔσας ξυναιτίους· ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἄν ποτε γένοιτο πόλις οὐδὲ πολιτική· τούτων δ' αὖ βασιλικῆς ἔργον τέχνης οὐδέν που θήσομεν.

ΣΩ. Οὐ γάρ.

ΞΕ. Καὶ μὲν δὴ χαλεπὸν ἐπιχειροῦμεν δρᾶν ἀποχωρίζοντες τοῦτο ἀπὸ τῶν ἄλλων τὸ γένος· ὅ τι γὰρ οὖν τῶν ὄντων ὡς ἔστιν ἑνός γέ τινος ὄργανον εἰπόντα δοκεῖν *) εἰρηκέναι τι πιθανόν. ὅμως δὲ ἕτερον αὖ * τῶν ἐν E
πόλει κτημάτων εἴπωμεν τόδε.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὡς οὐκ ἔστι ταύτην τὴν δύναμιν ἔχον· οὐ γὰρ ἐπὶ γενέσεως αἰτίᾳ **) πήγνυται, καθάπερ ὄργανον, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ δημιουργηθέντος σωτηρίας.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τοῦτο ὃ δὴ ξηροῖς καὶ ὑγροῖς καὶ ἐμπύροις καὶ ἀπύροις παντοδαπὸν εἶδος ἐργασθέν, ἀγγεῖον ὃ δὴ μιᾷ κλήσει προςφθεγγόμεθα ***), καὶ μάλα γε συχνὸν εἶδος καὶ τῇ ζητουμένῃ γε, ὡς οἶμαι, προςῆκον οὐδὲν * ἀτεχνῶς 288
ἐπιστήμῃ.

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τούτων δὴ τρίτον ἕτερον εἶδος κτημάτων πάμπολυ κατοπτέον πεζὸν καὶ ἔνυδρον καὶ πολυπλανὲς καὶ ἀπλανὲς καὶ τίμιον καὶ ἄτιμον, ἓν δὲ ὄνομα ἔχον,

---

*) ἴσ. δεῖ δοκεῖν.

**) γρ. ΣΩ. Οὐ γὰρ — αἰτίαι.

***) ἴσ. ἐργασθὲν ἀγγεῖον μιᾷ κτλ.

tribuamus, quoniam bifariam non possumus: oportet enim in proximum quemque maxime dividi semper numerum.

So. Quomodo igitur nunc faciamus?

Hosp. Ita ut ante, quum omnes, quae exhibebant instrumenta arti textoriae, poneremus adiutrices esse.

So. Ita.

Hosp. Igitur nunc quoque idem hoc, etiamque magis quam tum nobis faciendum; quotquot enim exiguum vel magnum aliquod fabricantur in urbe instrumentum, hae omnes existimandae sunt adiutrices; nam sine his numquam existet neque civitas neque ars civilis: neque tamen ullum earum opus regiae esse artis ponemus.

So. Minimo vero.

Hosp. Quin etiam difficile quid conamur facere separantes hoc a reliquis genus; quidvis enim eorum quae sunt unius alicuius esse instrumentum qui dicit is existimandus est probabile quid dicere. attamen de alia rerum in urbe exstantium statuamus hoc.

So. Quale istud?

Hosp. Eam non habere hanc facultatem; neque enim ut aliquis efficiat compingitur, sicut instrumentum, sed ut effectum conservet.

So. Quidnam autem est?

Hosp. Illa videlicet species multiplex, quam rebus siccis, fluidis, igne calefactis ignique non admotis confectam vas uno nomine nuncupamus, et ea quidem amplissima species quae ad hanc quam quaerimus scientiam nihil omnino, ut opinor, pertinet.

So. Qui enim pertineat?

Hosp. Tertia ab his diversa species rerum late patens consideranda est, pedestris et aquaria et pervagans et inerrans et honorata et honoris expers, unum

διότι πᾶν ἕνεκά τινος ἐφέδρας ἐστί, θάκος ἀεί τινι γιγνόμενον.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὄχημα αὐτό που λέγομεν *), οὐ πάνυ πολιτικῆς ἔργον, ἀλλὰ μᾶλλον πολὺ τεκτονικῆς καὶ κεραμικῆς **) καὶ χαλκοτυπικῆς.

ΣΩ. Μανθάνω.

ΞΕ. Τί δέ; * τέταρτον ἆρ' ἕτερον εἶναι τούτων λεκτέον, ἐν ᾧ τὰ πλεῖστά ἐστι τῶν πάλαι ῥηθέντων, ἐσθής τε ξύμπασα καὶ τῶν ὅπλων τὸ πολὺ καὶ τείχη πάντα θ' ὅσα γήϊνα περιβλήματα καὶ λίθινα, καὶ μυρία ἕτερα; προβολῆς δὲ ἕνεκα ξυμπάντων αὐτῶν εἰργασμένων δικαιότατ' ἂν ὅλον προσαγορεύοιτο πρόβλημα, καὶ πολλῷ μᾶλλον τέχνης οἰκοδομικῆς ἔργον καὶ ὑφαντικῆς τὸ πλεῖστον νομίζοιτ' ἂν ὀρθότερον ἢ πολιτικῆς. B

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. * Πέμπτον δὲ ἆρ' ἂν ἐθέλοιμεν τὸ περὶ τὸν κόσμον καὶ γραφικὴν θεῖναι καὶ ὅσα ταύτῃ προσχρώμενα καὶ μουσικῇ μιμήματα τελεῖται, πρὸς τὰς ἡδονὰς μόνον ἡμῶν ἀπειργασμένα, δικαίως δ' ἂν ὀνόματι περιληφθέντα ἑνί; C

ΣΩ. Ποίῳ;

ΞΕ. Παίγνιόν τι δὴ λέγεται. ***)

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τοῦτο τοίνυν τούτοις ἓν ὄνομα ἅπασι πρέψει προσαγορευθέν· οὐ γὰρ σπουδῆς οὐδὲν αὐτῶν χάριν, ἀλλὰ παιδιᾶς ἕνεκα πάντα δρᾶται.

ΣΩ. * Καὶ τοῦτο σχεδὸν μανθάνω. D

ΞΕ. Τὸ δὲ πᾶσι τούτοις σώματα παρέχον, ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς δημιουργοῦσιν ὁπόσαι τῶν τεχνῶν νῦν εἴρηνται, παντοδαπὸν εἶδος πολλῶν ἑτέρων τεχνῶν ἔκγονον ὄν, ἆρ' οὐχ ἕκτον θήσομεν;

ΣΩ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

---

*) γρ. λεγόμενον. **) ἄλλ. κεραμεικῆς.
***) ἄλλ. πού τι λέγεται;

vero nomen habens, propterea quod universa ad sessionem quandam spectat, sedem semper cuipiam praebens.

So. Qualis est ista?

Hosp. Vehiculum eam appellamus, neutiquam artis civilis opus, sed potius tignariae et figlinae et aerariae.

So. Intelligo.

Hosp. Quid? quartane rursus ab his diversa dicenda est, ad quam plurima pertinent rerum supra memoratarum, vestimenta ad unum omnia et maxima pars armorum et muri et omnia quae terrena sunt tegmenta et lapidea, alia innumerabilia; tegendi enim causa haec omnia quum conficiantur, rectissime universum nominabitur tegmentum, et multo magis artis aedificandi opus et textoriae maximam partem existimabitur quam artis civilis.

So. Sane quidem.

Hosp. Quintam vero speciem nonne volemus eorum ponere quae ad ornatum et picturam pertinent et quaecumque imitationes hac et musica arte adiuvante absolvuntur, ad voluptatem tantum nostram illae quidem confectae et iure nomine comprehensae uno?

So. Quali autem?

Hosp. Oblectamenta videlicet dicuntur.

So. Quidni?

Hosp. Hoc igitur his omnibus unum nomen conveniet; neque enim serii studii gratia ullum eorum, sed ludicrae oblectationis causa omnia peraguntur.

So. Etiam hoc fere iam intelligo.

Hosp. Illam vero quae his omnibus materiam praebet ex qua et in qua fabricantur cunctae quae nunc memoratae sunt artes, multiplicem speciem quae ex multis aliis artibus procreatur, nonne sextam ponemus?

So. Quale istud dicis?

ΞΕ. Χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ πάνθ' ὁπόσα με-
ταλλεύεται καὶ ὅσα δρυοτομικὴ καὶ κουρὰ ξύμπασα τέμνου-
σα παρέχει τεκτονικῇ καὶ πλεκτικῇ, καὶ ἔτι φλοιστικὴ *)
φυτῶν τε καὶ ἐμψύχων δέρματα * σωμάτων περιαιροῦσα E
σκυτοτομική, καὶ ὅσαι περὶ τὰ τοιαῦτ' εἰσὶ τέχναι, καὶ
φελλῶν καὶ βίβλων καὶ δεσμῶν ἐργαστικαί, παρέσχον δη-
μιουργεῖν ξύνθετα ἐκ μὴ ξυντιθεμένων εἴδη γενῶν· ἓν δὲ
αὐτὸ προσαγορεύωμεν πᾶν τὸ πρωτογενὲς ἀνθρώποις κτῆμα,
καὶ ἀξύνθετον καὶ βασιλικῆς ἐπιστήμης οὐδαμῶς ἔργον ὄν.

ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Τὴν δὴ τῆς τροφῆς κτῆσιν, καὶ ὅσα εἰς τὸ
σῶμα ξυγκαταμιγνύμενα ἑαυτῶν μέρεσι μέρη σώματος εἰς
τὸ θεραπεῦσαί τινα δύναμιν εἴληχε, λεκτέον * ἕβδομον 289
ὀνομάσαντας αὐτὸ ξύμπαν ἡμῶν εἶναι τροφόν, εἰ μή τι
κάλλιον ἔχομεν ἄλλο θέσθαι· γεωργικῇ δὲ καὶ θηρευτικῇ
καὶ γυμναστικῇ καὶ ἰατρικῇ καὶ μαγειρικῇ πᾶν ὑποτιθέντες
ὀρθότερον ἀποδώσομεν ἢ τῇ πολιτικῇ.

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Σχεδὸν τοίνυν ὅσα ἔχεται κτήσεως, πλὴν τῶν
ἡμέρων ζώων, ἐν τούτοις ἑπτὰ οἶμαι γένεσιν εἰρῆσθαι.
σκόπει δέ· ἦν γὰρ δικαιότατα μὲν ἂν τεθὲν κατ' ἀρχὰς τὸ
πρωτογενὲς εἶδος, μετὰ δὲ τοῦτο * ὄργανον, ἀγγεῖον, ὄχη- B
μα, πρόβλημα, παίγνιον, θρέμμα **). παραλείπομεν δὲ εἴ
τι μὴ μέγα λέληθεν εἴς τι τούτων μέγα ***) δυνατὸν ἁρμότ-
τειν, οἷον ἡ τοῦ νομίσματος ἰδέα καὶ σφραγίδων καὶ παν-
τὸς χαρακτῆρος· γένος τε γὰρ ἐν αὐτοῖς ταῦτα οὐδὲν ἔχει
μέγα ξύννομον, ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς κόσμον, τὰ δὲ εἰς ὄρ-
γανα βίᾳ μέν, ὅμως δὲ πάντως ἑλκόμενα ξυμφωνήσει.
τὰ δὲ περὶ ζώων κτῆσιν τῶν ἡμέρων, πλὴν δούλων, ἡ

---

*) γρ. φλοιστικῇ.

**) ἴσ. θρεπτικόν.

***) ἴσ. παραλείπομεν δέ, εἴ τι λέληθεν εἴς τι τού-
των μέγα μὴ δυνατὸν ἁρμόττειν.

Hosp. Aurum et argentum et quicquid effoditur et quaecumque fabrica materiaria et tonfura universa caedens praebet tignariae artique contexendi; praeterea quae ars plantarum arborumque decorticandarum et animalis coria corporibus detrahens coriaria, artes omnes in talibus rebus verfantes corticumque fuberis et librorum et vinculorum effectrices exhibent ut conficiantur compofitae e generibus non compofitis fpecies: uno igitur nomine haec omnia appellemus primitivam hominibus fubiectam materiam et compofitionis expertem nec pro regiae artis opere ullo modo habendam.

So. Praeclare.

Hosp. Alimenti vero comparationem et quicquid corpori immixtam fuis partibus partium corporis curandarum facultatem quandam habet, dicendum nobis eft feptimum, nominantibus universum hoc genus nutriens, nifi quod aliud habemus pulchrius nomen imponere: agriculturae autem et venationi et gymnafticae et medicinae et coquinariae totum fubiicientes rectius attribuemus quam arti civili.

So. Quidni?

Hosp. Omnia fere quae ad comparationem pertinent, cicuribus animalibus exceptis, in his feptem arbitror generibus dicta effe. confidera vero: pofita enim rectiffime fuiffet initio primitiva fpecies, deinde inftrumentum, vas, vehiculum, tegmentum, oblectamentum, nutrimentum. praetermittimus vero, fi quid nos fugit quod in magnum aliquod illorum genus non poteft apte referri, veluti numi fpeciem et figillorum omniaque quae infculpuntur; genus enim in illis haec nullum habent magnum eis refpondens, fed alia in ornatum, alia in inftrumenta, per vim quidem, fed tamen omnino huc vel illuc tracta convenient. de animantium autem comparatione cicurum, fervis exceptis,

πρότερον ἀγελαιοτροφικὴ * διαμερισθεῖσα πάντα εἰληφυῖα ἀναφανεῖται. C

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Τὸ δὲ δὴ δούλων καὶ πάντων ὑπηρετῶν λοιπόν, ἐν οἷς που καὶ μαντεύομαι τοὺς περὶ αὐτὸ τὸ πλέγμα *) ἀμφισβητοῦντας τῷ βασιλεῖ καταφανεῖς γενήσεσθαι, καθάπερ τοῖς ὑφάνταις τότε τοὺς περὶ τὸ νήθειν τε καὶ ξαίνειν καὶ ὅσ' ἄλλα εἴπομεν. οἱ δ' ἄλλοι πάντες, ὡς ξυναίτιοι λεχθέντες, ἅμα τοῖς ἔργοις τοῖς νῦν δὴ ῥηθεῖσιν ἀνήλωνται καὶ ἀπεχωρίσθησαν * ἀπὸ βασιλικῆς τε καὶ πο- D
λιτικῆς πράξεως.

ΣΩ. Ἐοίκασι γοῦν.

ΞΕ. Ἴθι δὴ σκεψώμεθα τοὺς λοιπούς, προσελθόντες ἐγγύθεν, ἵν' αὐτοὺς ἴδωμεν **) βεβαιότερον.

ΣΩ. Οὐκοῦν χρή.

ΞΕ. Τοὺς μὲν δὴ μεγίστους ὑπηρέτας, ὡς ἐνθένδε ἰδεῖν, τοὐναντίον ἔχοντας εὑρίσκομεν οἷς ὑπωπτεύσαμεν ἐπιτήδευμα καὶ πάθος.

ΣΩ. Τίνας;

ΞΕ. Τοὺς ὠνητούς τε καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ κτητούς, οὓς ἀναμφισβητήτως δούλους ἔχομεν εἰπεῖν, * ἥκιστα βα- E
σιλικῆς μεταποιουμένους τέχνης.

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τί δέ; τῶν ἐλευθέρων ὅσοι τοῖς νῦν δὴ ῥηθεῖσιν εἰς ὑπηρετικὴν ἑκόντες αὐτοὺς τάττουσι, τά ***) τε γεωργίας καὶ τὰ τῶν ἄλλων τεχνῶν ἔργα διακομίζοντες ἐπ' ἀλλήλους καὶ ἀνισοῦντες, οἱ μὲν κατ' ἀγοράς, οἱ δὲ πόλιν ἐκ πόλεως ἀλλάττοντες κατὰ θάλατταν καὶ πεζῇ, νόμισμά τε πρὸς τἆλλα καὶ αὐτὸ πρὸς αὑτὸ διαμείβοντες, οὓς ἀργυραμοιβούς τε καὶ * ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους καὶ καπή- 290
λους ἐπωνομάκαμεν, μῶν τῆς πολιτικῆς ἀμφισβητήσουσί τι;

ΣΩ. Τάχ' ἂν ἴσως τῆς γε τῶν ἐμπορευτικῶν.

ΞΕ. Ἀλλ' οὐ μήν, οὕς γε ὁρῶμεν μισθωτοὺς καὶ

---

*) ἴσ. πρᾶγμα. **) γρ. εἰδῶμεν.
***) γρ. τάς.

gregalis pastio quam supra distribuimus omnia haec complexa reperietur.

So. Sane quidem.

Hosp. Servorum autem omniumque ministrorum genus reliquum est, in quibus etiam coniicio eos qui de re ipsa contendant cum rege conspicuos fore, quemadmodum qui ibi cum textoribus contenderunt, in nendo illi quidem versantes et carminando aliisque omnibus quae memoravimus. reliquos autem omnes, adiutrices dictos, una cum operibus modo indicatis consumpsimus atque separavimus a regio civilique negotio.

So. Ita sane videtur.

Hosp. Age dum spectemus reliquos, accedentes cominus, ut eos videamus firmius.

So. Oportet vero.

Hosp. Maximos iam ministros, quoad eius hinc videre possumus, contrarium quam suspicabamur negotium reperimus habentes atque conditionem.

So. Quosnam dicis?

Hosp. Emptos et hoc modo comparatos, quos sine ulla controversia servos possumus dicere, minime regiam sibi arrogantes artem.

So. Quidni?

Hosp. Quid? liberorum quicumque in eandem atque modo dicti servitutem ultro se addicunt, agriculturae reliquarumque artium opera ad se traducentes et inter se adaequantes, partim in foro, partim urbes mutantes terra marique numos et aliis rebus et inter se commutantes, quos argentarios et mercatores et naviculários et institores vocamus, numquid artem sibi civilem arrogabunt?

So. Forsitan artem mercaturae faciendae.

Hosp. Quos autem videmus mercede conductos

θῆτας πᾶσιν ἑτοίμους *) ὑπηρετοῦντας, μή ποτε βασιλικῆς μεταποιουμένους εὕρωμεν.

ΣΩ. Πῶς γάρ;

ΞΕ. Τί δὲ ἄρα τοὺς τὰ τοιάδε διακονοῦντας ἡμῖν ἑκάστοτε;

ΣΩ. Τὰ ποῖα εἶπες καὶ τίνας;

ΞΕ. Ὧν τὸ κηρυκικὸν * ἔθνος, ὅσοι τε περὶ γράμματα σοφοὶ γίγνονται πολλάκις ὑπηρετήσαντες, καὶ πόλλ' ἄττα ἕτερα περὶ τὰς ἀρχὰς διαπονεισθαί τινες ἕτεροι πάνδεινοι· τί τούτους αὖ λέξομεν; B

ΣΩ. Ὅπερ εἶπες νῦν, ὑπηρέτας, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας.

ΞΕ. Ἀλλ' οὐ μήν, οἶμαί γε, ἐνύπνιον ἰδὼν εἶπον ταύτῃ πῃ φανήσεσθαι τοὺς διαφερόντως ἀμφισβητοῦντας τῆς πολιτικῆς· καίτοι σφόδρα γε ἄτοπον ἂν εἶναι δόξειε τὸ ζητεῖν τούτους * ἐν ὑπηρετικῇ μοίρᾳ τινί. C

ΣΩ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἔτι δὴ προςμίξωμεν ἐγγύτερον ἐπὶ τοὺς μήπω βεβασανισμένους· εἰσὶ δὲ οἵ τε περὶ μαντικὴν ἔχοντές τινος ἐπιστήμης διακόνου μόριον· ἑρμηνευταὶ γάρ που νομίζονται παρὰ θεῶν ἀνθρώποις.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μὴν καὶ τὸ τῶν ἱερέων αὖ γένος, ὡς τὸ νόμιμόν φησι, παρὰ μὲν ἡμῶν δωρεὰς θεοῖς διὰ θυσιῶν ἐπιστῆμόν ἐστι κατὰ νοῦν ἐκείνοις δωρεῖσθαι, παρὰ * δὲ ἐκείνων ἡμῖν εὐχαῖς κτῆσιν ἀγαθῶν αἰτήσασθαι. ταῦτα δὲ διακόνου τέχνης ἐστί που μόρια ἀμφότερα. D

ΣΩ. Φαίνεται γοῦν.

ΞΕ. Ἤδη τοίνυν μοι δοκοῦμεν οἷόν γέ τινος ἴχνους ἐφ' ὃ πορευόμεθα προςάπτεσθαι· τὸ γὰρ δὴ τῶν ἱερέων σχῆμα καὶ τὸ τῶν μάντεων εὖ μάλα φρονήματος πληροῦται καὶ δόξαν σεμνὴν λαμβάνει διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐγχειρημάτων, ὥςτε περὶ μὲν Αἴγυπτον οὐδ' ἔξεστι βασιλέα χωρὶς ἱερατικῆς * ἄρχειν, ἀλλ' ἐὰν ἄρα καὶ τύχῃ πρότερον ἐξ ἀλ- E

---

*) ἴσ. ἑτοίμως. ἄλλ. ἑτοιμότατα.

et mercenarios omnibus prompte ſervientes, hos neutiquam regiam ſibi artem arrogantes reperiemus.

So. Qui autem poſſint?

Hoſp. Quid vero, quicumque talia nobis miniſtrant?

So. Qualia dicis et quosnam?

Hoſp. Eos ad quos praeconum pertinet natio, et quicumque ad res ſcriptis mandandas ſapientes ſunt multis illi quidem modis ſervientes, et alios quosdam ad alias multas operas magiſtratibus dandas calidiſſimos: quomodo hos appellabimus?

So. Ut dixiſti nunc, miniſtros, non ipſos civitatum moderatores.

Hoſp. Nec vero, ut equidem arbitror, ſomnio viſo dixi ita fere conſpicuos fore qui prae ceteris contenderent de arte civili; quamquam permirum quidem eſſe videatur hos quaerere in ſervili quadam parte.

So. Prorſus ita habet.

Hoſp. Etiam magis iam appropinquemus ad eos qui nondum explorati ſunt; hi vero ſunt ii qui in vaticinando verſantes ſcientiae fere miniſtrandi partem habent; interpretes enim habentur deorum hominibus.

So. Ita.

Hoſp. Atque etiam ſacerdotum genus, quod, ut volgaris dicit opinio, a nobis quidem oblata munera ſacrificando ſcit diis donare ita ut accepta eis ſint, ab his vero nobis largitionem bonorum precibus petere. haec autem utraque artis miniſtrandi ſine dubio ſunt partes.

So. Sane quidem videntur.

Hoſp. Mihi iam videmur quaſi veſtigium aliquod eo quo pergimus ducens attingere; ſacerdotum enim et vatum ordo admodum ſeſe effert auguſtaque floret exiſtimatione propter munerum quae ſuſcipiunt magnitudinem; quocirca in Aegypto non eſt permiſſum ut rex ſeorſum a ſacerdotio imperet, ſed, etiamſi forte ex alio

λου γένους βιασάμενος, ὕστερον ἀναγκαῖον εἰς τοῦτο εἰςτελεῖσθαι αὐτὸν τὸ γένος. ἔτι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλαχοῦ ταῖς μεγίσταις ἀρχαῖς τὰ μέγιστα τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα θύματα εὕροι τις ἂν προςταττόμενα θύειν. καὶ δὴ καὶ παρ' ὑμῖν οὐχ ἥκιστα δῆλον ὃ λέγω· τῷ γὰρ λαχόντι βασιλεῖ φασὶ τῇδε τὰ σεμνότατα καὶ μάλιστα πάτρια τῶν ἀρχαίων θυσιῶν ἀποδεδόσθαι.

ΣΩ. Καὶ πάνυ γε.

ΞΕ. Τούτους τε * τοίνυν τοὺς κληρωτοὺς βασιλέας 291 ἅμα καὶ ἱερέας καὶ ὑπηρέτας αὐτῶν καί τινα ἕτερον πάμπολυν ὄχλον σκεπτέον, ὃς ἄρτι κατάδηλος νῦν ἡμῖν γέγονεν, ἀποχωρισθέντων τῶν ἔμπροσθεν.

ΣΩ. Τίνας δ' αὐτοὺς καὶ λέγεις;

ΞΕ. Καὶ μάλα τινὰς ἀτόπους.

ΣΩ. Τί δή;

ΞΕ. Πάμφυλόν τι γένος αὐτῶν, ὥςγε ἄρτι σκοπουμένῳ φαίνεται· πολλοὶ μὲν γὰρ λέουσι τῶν ἀνδρῶν εἴξασι καὶ Κενταύροις καὶ τοιούτοισιν ἑτέροις, πάμπολλοι * δὲ B Σατύροις καὶ τοῖς ἀσθενέσι καὶ πολυτρόποις θηρίοις· ταχὺ δὲ μεταβάλλουσι *) τάς τε ἰδέας καὶ τὴν δύναμιν εἰς ἀλλήλους. καὶ μέντοι μοι νῦν, ὦ Σώκρατες, ἄρτι δοκῶ κατανενοηκέναι τοὺς ἄνδρας.

ΣΩ. Λέγοις ἄν· ἔοικας γὰρ ἄτοπόν τι καθορᾶν. **)

ΞΕ. Ναί· τὸ γὰρ ἄτοπον ἐξ ἀγνοίας πᾶσι ξυμβαίνει. καὶ γὰρ δὴ καὶ νῦν αὐτὸς τοῦτο ἔπαθον· ἐξαίφνης ἠμφιγνόησα κατιδὼν τὸν περὶ τὰ τῶν πόλεων πράγματα * χορόν. C

ΣΩ. Ποῖον;

ΞΕ. Τὸν πάντων τῶν σοφιστῶν μέγιστον γόητα καὶ ταύτης τῆς τέχνης ἐμπειρότατον, ὃν ἀπὸ τῶν ὄντως ὄντων πολιτικῶν καὶ βασιλικῶν, καίπερ παγχάλεπον ὄντα ἀφαιρεῖν, ἀφαιρετέον, εἰ μέλλομεν ἰδεῖν ἐναργῶς τὸ ζητούμενον.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε οὐκ ἀνετέον.

---

*) ἄλλ. μεταλλάττουσι.

**) γρ. ΞΕ. Ἔοικας — καθορᾶν. ΣΩ. Ναί. ΞΕ. Τὸ γὰρ ἄτοπον κτλ.

oriundus genere per vim regnum occupavit, postea tamen in hoc genus recipiatur oportet. praeterea etiam Graecorum summis magistratibus passim aliquis maxima huiusmodi sacrificia reperiet mandata. atque etiam apud vos maxime perspicuum est id quod dico; regi enim sortito lecto dicunt hic sanctissima antiquorum sacrificiorum maximeque patria esse assignata.

So. Sane quidem.

Hosp. Hos igitur sorte lectos reges et sacerdotes eorumque ministros et aliam quandam permagnam turbam considerare nos oportet, quae modo manifesta nobis exstitit, discretis superioribus.

So. Quosnam autem dicis?

Hosp. Admodum admirabiles quosdam.

So. Qui tandem?

Hosp. Omnigena quaedam est eorum natio, ut modo mihi consideranti patet: multi enim horum virorum leonibus sunt similes et Centauris et aliis generis eiusdem, permulti Satyris et animalibus imbecillis callidisque bestiis; celeriter autem inter se mutant species et facultatem; quin etiam mihi nunc, Socrate, videor perspexisse illos viros.

So. Dic quaeso: videris enim admirabile quid conspicere.

Hosp. Etiam: admiratio enim ex ignoratione omnibus exsistit. quin etiam mihi ipsi nunc hoc incidit: haesitavi repente conspiciens chorum in rebus civilibus versantem.

So. Qualem?

Hosp. Maximum omnium sophistarum praestigiatorem huiusque artis peritissimum, quem a vere civilibus regiisque viris, licet perdifficilis sit discretu, discernere tamen debemus, si volumus perspicue videre id quod quaerimus.

So. Sane quidem hoc non est remittendum.

ΞΕ. Οὐκοῦν δὴ κατά γε τὴν ἐμήν. καί μοι φράζε τόδε.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ἆρ' οὐ μοναρχία τῶν πολιτικῶν * ἡμῖν ἀρχῶν D
ἐστὶ μία;

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ μετὰ μοναρχίαν εἴποι τις ἄν, οἶμαι, τὴν ὑπὸ τῶν ὀλίγων δυναστείαν.

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Τρίτον δὲ σχῆμα πολιτείας οὐχ ἡ τοῦ πλήθους ἀρχή, δημοκρατία τοὔνομα κληθεῖσα;

ΣΩ. Καὶ πάνυ γε.

ΞΕ. Τρεῖς δ' οὖσαι μῶν οὐ πέντε τρόπον τινὰ γίγνονται, δύο ἐξ ἑαυτῶν ἄλλα πρὸς αὑταῖς ὀνόματα τίκτουσαι;

ΣΩ. Ποῖα δή;

ΞΕ. Πρὸς * τὸ βίαιόν που καὶ ἑκούσιον ἀποσκο- E
ποῦντες νῦν, καὶ πενίαν καὶ πλοῦτον, καὶ νόμον καὶ ἀνομίαν, ἐν αὐταῖς γιγνόμενα, διπλῆν ἑκατέραν τοῖν δυεῖν διαιροῦντες μοναρχίαν μὲν προσαγορεύουσιν ὡς δύο παρεχομένην εἴδη δυοῖν ὀνόμασι, τυραννίδι, τὸ δὲ βασιλικῇ.

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τὴν δὲ ὑπ' ὀλίγων γε ἑκάστοτε κρατηθεῖσαν πόλιν ἀριστοκρατίᾳ καὶ ὀλιγαρχίᾳ.

ΣΩ. Καὶ πάνυ γε.

ΞΕ. Δημοκρατίας γε μήν, ἐάν τ' οὖν βιαίως ἐάν τε
ἑκουσίως τῶν τὰς οὐσίας * ἐχόντων τὸ πλῆθος ἄρχῃ, καὶ 292
ἐάν τε τοὺς νόμους ἀκριβῶς φυλάττον ἐάν τε μή, πάντως τοὔνομα οὐδεὶς αὐτῆς εἴωθε μεταλλάττειν.

ΣΩ. Ἀληθῆ.

ΞΕ. Τί οὖν; οἰόμεθά τινα τούτων τῶν πολιτειῶν ὀρθὴν εἶναι τούτοις τοῖς ὅροις ὁρισθεῖσαν, ἑνὶ καὶ ὀλίγοις καὶ πολλοῖς, καὶ πλούτῳ καὶ πενίᾳ, καὶ τῷ βιαίῳ καὶ ἑκουσίῳ, καὶ μετὰ γραμμάτων καὶ ἄνευ νόμων ξυμβαίνουσαν γίγνεσθαι;

ΣΩ. Τί γὰρ δὴ καὶ κωλύει;

Hosp. Minime, ut mea quidem fert opinio. itaque dic mihi hoc.

So. Quidnam?

Hosp. Nonne unius imperium una est civilium gubernationum?

So. Ita.

Hosp. Et post unius imperium dixerit quispiam, opinor, paucorum dominationem.

So. Quidni?

Hosp. Tertius civitatis status nonne populi imperium est, quam popularem gubernationem dicimus?

So. Sane quidem.

Hosp. Tres igitur hi nonne quinque quodammodo exsistunt, duobus alia sibi nomina ex se procreantibus?

So. Qualia tandem?

Hosp. Vim et voluntatem respicientes nunc, paupertatem et divitias, gubernationemque legibus temperatam et licentiam exlegem, quae in illis exsistunt, bifariam utrumque distribuentes unius quidem imperium dicunt hoc, quod duas praebet species duobus nominibus, tyrannidi unam, alteram regno.

So. Quidni?

Hosp. Civitatem vero quamque a paucis gubernatam eam quae in optimatum et in paucorum principatum distribuitur.

So. Sane quidem.

Hosp. Popularis vero gubernationis nomen, sive coactis sive volentibus eis qui rem familiarem possident, multitudo imperat, sive leges accurate observat sive minus, nemo omnino solet mutare.

So. Vere.

Hosp. Quid vero? arbitramur aliquam de his civitatis formis rectam esse his terminis circumscriptam, uno et paucis et multis, divitiis et paupertate, vi et voluntate, legibus temperatam et exlegem?

So. Quid enim etiam impedit?

ΞΕ. Σκόπει δὴ * σαφέστερον, τῇδε ἑπόμενος. B

ΣΩ. Πῇ;

ΞΕ. Τῷ ῥηθέντι κατὰ πρῶτα πότερον ἐμμενοῦμεν, ἢ διαφωνήσομεν;

ΣΩ. Τῷ δὴ ποίῳ λέγεις;

ΞΕ. Τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν τῶν ἐπιστημῶν εἶναί τινα ἔφαμεν, οἶμαι.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Καὶ τούτων γε οὐχ ἁπασῶν, ἀλλὰ κριτικὴν δήπου τινὰ καὶ ἐπιστατικὴν ἐκ τῶν ἄλλων προειλόμεθα.

ΣΩ. Ναί.

ΞΕ. Κἀκ τῆς ἐπιστατικῆς τὴν μὲν ἐπ' ἀψύχοις ἔργοις, * τὴν δὲ ἐπὶ ζώοις· καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον C μερίζοντες δεῦρ' ἀεὶ προεληλύθαμεν, ἐπιστήμης οὐκ ἐπιλανθανόμενοι, τὸ δ' ἥτις οὐχ ἱκανῶς πω δυνάμενοι διακριβώσασθαι.

ΣΩ. Λέγεις ὀρθῶς.

ΞΕ. Τοῦτο *) τοίνυν ἆρ' ἐννοοῦμεν, ὅτι τὸν ὅρον οὐκ ὀλίγους οὐδὲ πολλούς, οὐδὲ τὸ ἑκούσιον οὐδὲ τὸ ἀκούσιον, οὐδὲ πενίαν οὐδὲ πλοῦτον γίγνεσθαι περὶ αὐτῶν χρεών, ἀλλά τινα ἐπιστήμην, εἴπερ ἀκολουθήσομεν τοῖς ἔμπροσθεν;

ΣΩ. * Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ἀδύνατον μὴ ποιεῖν. D

ΞΕ. Ἐξ ἀνάγκης δὴ νῦν τοῦτο οὕτω σκεπτέον, ἐν τίνι ποτὲ τούτων ἐπιστήμην ξυμβαίνει γίγνεσθαι περὶ ἀνθρώπων ἀρχῆς, σχεδὸν τῆς χαλεπωτάτης καὶ μεγίστης κτήσασθαι. δεῖ γὰρ ἰδεῖν αὐτήν, ἵνα θεασώμεθα τίνας ἀφαιρετέον ἀπὸ τοῦ φρονίμου βασιλέως, οἳ προσποιοῦνται μὲν εἶναι πολιτικοὶ καὶ πείθουσι πολλούς, εἰσὶ δὲ οὐδαμῶς.

ΣΩ. Δεῖ γὰρ δὴ ποιεῖν τοῦτο, ὡς ὁ λόγος ἡμῖν προείρηκεν.

ΞΕ. * Μῶν οὖν δοκεῖ πλῆθός γε ἐν πόλει ταύτην E τὴν ἐπιστήμην δυνατὸν εἶναι κτήσασθαι;

ΣΩ. Καὶ πῶς;

---

*) ἄλλ. Τοῦτ' αὐτό.

Hosp. Confidera clarius huc fequens.

So. Quonam?

Hosp. In eo quod principio pofuimus utrum ftabimus, an disfentiemus?

So. Quale autem dicis?

Hosp. Regium imperium fcientiarum effe aliquam diximus, uti arbitror.

So. Ita.

Hosp. Eamque non omnium, fed iudicandi quandam et imperandi e reliquis elegimus.

So. Etiam.

Hosp. Et ex imperandi fcientia unam elegimus inanimatis operibus, alteram animantibus; et hac quidem ratione partientes huc proceffimus, fcientiae non obliti, quamvis qualis effet nondum fatis poteramus accurate exponere.

So. Dicis recte.

Hosp. Hoc igitur nonne intelligimus, terminum neque paucos neque multos, neque voluntatem neque vim, neque paupertatem neque divitias in his ftatuendum effe, fed fcientiam aliquam, fi velimus fuperiora fequi?

So. At hoc quidem non poffumus non facere.

Hosp. Neceffario igitur nunc hoc ita videndum eft, in quanam illarum civitatis formarum fcientia infit hominum regendorum, quae quidem fere difficillima eft acquifitu atque graviffima. oportet enim nos eam fpectare ut videamus, quinam discernendi fint a fapiente rege, qui fe profiteantur quidem effe civiles multisque perfuadeant, nullo tamen modo fint.

So. Sane quidem hoc faciamus oportet, ut oratio nobis ante fignificavit.

Hosp. Num igitur videtur multitudo quidem in civitate hanc fibi poffe fcientiam acquirere?

So. Qui autem?

ΞΕ. Ἀλλ' ἆρα ἐν χιλιάνδρῳ πόλει δυνατὸν ἑκατόν τινας ἢ καὶ πεντήκοντα αὐτὴν ἱκανῶς κτήσασθαι;

ΣΩ. Ῥᾴστη μέντ' ἂν οὕτω γ' εἴη πασῶν τῶν τεχνῶν· ἴσμεν γὰρ ὅτι χιλίων ἀνδρῶν ἄκροι πεττευταὶ τοσοῦτοι πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὐκ ἂν γένοιντό ποτε, μή τι δὴ *) βασιλεῖς γε. δεῖ γὰρ δὴ τόν γε τὴν βασιλικὴν ἔχοντα ἐπιστήμην, ἄν τ' ἄρχῃ καὶ ἐὰν μή, κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον ὅμως * βασιλικὸν προσαγορεύεσθαι. 295

ΞΕ. Καλῶς ἀπεμνημόνευσας. ἑπόμενον δὲ οἶμαι τούτῳ, τὴν μὲν ὀρθὴν ἀρχὴν περὶ ἕνα τινὰ καὶ δύο καὶ παντάπασιν ὀλίγους δεῖ **) ζητεῖν, ὅταν ὀρθὴ γίγνηται.

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τούτους δέ γε, ἐάν θ' ἑκόντων ἐάν τε ἀκόντων ἄρχωσιν, ἄν τε κατὰ τὰ γράμματα ἄν τε ἄνευ γραμμάτων, καὶ ἐὰν πλουτοῦντες ἢ πενόμενοι, νομιστέον, ὥσπερ νῦν ἡγούμεθα, κατὰ τέχνην ἡντινοῦν ἀρχὴν ἄρχοντας. τοὺς ἰατροὺς * δὲ οὐχ ἥκιστα νενομίκαμεν, ἐάν θ' ἑκόντας ἐάν B τε ἄκοντας ἡμᾶς ἰῶνται, τέμνοντες ἢ κάοντες ἤ τιν' ἄλλην ἀλγηδόνα προσάπτοντες, καὶ ἐὰν κατὰ γράμματα ἢ χωρὶς γραμμάτων, καὶ ἐὰν πένητες ὄντες ἢ πλούσιοι, πάντως οὐδὲν ἧττον ἰατρούς φαμεν, ἕωσπερ ἂν ἐπιστατοῦντες τέχνῃ, καθαίροντες εἴτε ἄλλως ἰσχναίνοντες εἴτε καὶ αὐξάνοντες, ἂν μόνον ἐπ' ἀγαθῷ τῷ τῶν σωμάτων, βελτίω ποιοῦντες ἐκ χειρόνων, σώζωσιν οἱ θεραπεύοντες * ἕκα- C στοι τὰ θεραπευόμενα. ταύτῃ φήσομεν ***), ὡς οἶμαι, καὶ οὐκ ἄλλῃ, τοῦτον ὅρον ὀρθὸν εἶναι μόνον ἰατρικῆς καὶ ἄλλης ἡστινοσοῦν ἀρχῆς.

ΣΩ. Κομιδῇ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἀναγκαῖον δὴ καὶ πολιτειῶν, ὡς ἔοικε, ταύτην διαφερόντως ὀρθὴν εἶναι καὶ μόνην πολιτείαν, ἐν ᾗ τις ἂν εὑρίσκοι τοὺς ἄρχοντας ἀληθῶς ἐπιστήμονας καὶ οὐ δοκοῦντας μόνον, ἐάν τε κατὰ νόμους ἐάν τε ἄνευ νόμων ἄρχωσι, καὶ ἑκόντων ἢ ἀκόντων, ἢ πενόμενοι

---

*) ἴσ. μὴ ὅτι δή. **) ἴσ. δεῖν.
***) ἴσ. φήσομεν.

Hosp. In urbe quae mille viris constat potestne fieri ut centum aliqui vel quinquaginta eam satis sibi acquirant?

So. Facillima ita esset omnium artium; scimus enim de mille viris totidem qui in calculorum lusu perfecti sint ad lusores reliquos Graecos numquam repertum iri, nedum reges. oportet videlicet eum qui regiam tenet scientiam, sive regnat sive non regnat, secundum superiorem disputationem tamen regium appellari.

Hosp. Praeclare monuisti; consequens vero huius esse arbitror, rectum principatum penes unum aliquem vel duos prorsus paucos esse quaerendum, ut rectus exsistat.

So. Quidni?

Hosp. Hi vero, sive volentibus sive nolentibus imperant, sive secundum leges seu sine legibus, sive ipsi divites seu pauperes sunt, existimandi sunt, quemadmodum nunc censemus, arte quacumque imperare. neque minus medicos existimamus, sive nos volentes sive nolentes sanant, secantes vel urentes vel alium quem cruciatum nobis inferentes, seu secundum praescriptiones seu sine praescriptionibus, sive pauperes sunt sive divites, medicos esse dicendos, quamdiu arti praepositi, purgantes sive alio modo emaciantes, vel etiam saginantes — dummodo corporibus salutem afferant melioraque efficiant e deterioribus — servant curando quamcumque curationem susceperunt. hunc, ut arbitror, non alium statuemus rectum esse terminum solum medicinae aliusque cuiuscumque artis.

So. Statuemus sane.

Hosp. Necessario igitur civitatum, ut patet, haec prae ceteris recta est solaque civitas, in qua quis reperit imperantes vere scientes, non specie tantum, sive legibus seu sine legibus imperant, volentibus seu no-

ἢ πλουτοῦντες· * τούτων ὑπολογιστέον οὐδὲν οὐδαμῶς εἶναι κατ' οὐδεμίαν ὀρθότητα. D

ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Καὶ ἐάν τέ γε ἀποκτιννύντες τινὰς ἢ καὶ ἐκβάλλοντες καθαίρωσιν ἐπ' ἀγαθῷ τὴν πόλιν, εἴτε καὶ ἀποικίας οἷον σμήνη μελιττῶν ἐκπέμποντές ποι σμικροτέραν ποιῶσιν, ἤ τινας ἐπεισαγόμενοί ποθεν ἄλλους ἔξωθεν, πολίτας ποιοῦντες, αὐτὴν αὔξωσιν, ἕωςπερ ἂν ἐπιστήμῃ καὶ τῷ δικαίῳ προςχρώμενοι, σώζοντες, ἐκ χείρονος βελτίω ποιῶσι κατὰ δύναμιν * ταύτην, τότε καὶ κατὰ τοὺς τοιούτους ὅρους E ἡμῖν μόνην ὀρθὴν πολιτείαν εἶναι ῥητέον· ὅσας δὲ ἄλλας λέγομεν, οὐ γνησίως *) οὐδ' ὄντως οὔσας λεκτέον, ἀλλὰ μεμιμημένας ταύτην, ἀσμένως εὐλόγους **) λέγομεν, ἐπὶ τὰ καλλίω, τὰς δὲ ἄλλας ἐπὶ τὰ αἰσχίονα μεμιμῆσθαι.

ΣΩ. Τὰ μὲν ἄλλα, ὦ ξένε, μετρίως ἔοικεν εἰρῆσθαι, τὸ δὲ καὶ ἄνευ νόμων δεῖν ***) ἄρχειν χαλεπώτερον ἀκούειν ἐῤῥήθη.

ΞΕ. Σμικρόν γε ἔφθης με ἐρόμενος, ὦ Σώκρατες· ἔμελλον γάρ σε διερωτήσειν ταῦτα ****), * πότερον ἀποδέχει πάντα, ἤ τι καὶ δυσχεραίνεις τῶν λεχθέντων· νῦν δὲ ἤδη φανερὸν ὅτι τοῦτο βουλησόμεθα τὸ περὶ τῆς τῶν ἄνευ νόμων ἀρχόντων ὀρθότητος διελθεῖν ἡμᾶς. 294

ΣΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΞΕ. Τρόπον μέντοι τινὰ δῆλον ὅτι τῆς βασιλικῆς ἐστὶν ἡ νομοθετική· τὸ δ' ἄριστον οὐ τοὺς νόμους ἐστὶν ἰσχύειν, ἀλλὰ ἄνδρα τὸν μετὰ φρονήσεως βασιλικόν· οἶσθ' ὅπῃ;

ΣΩ. Πῇ δὴ λέγεις;

ΞΕ. Ὅτι νόμος οὐκ ἄν ποτε δύναιτο τό τε ἄριστον καὶ τὸ δικαιότατον * ἀκριβῶς πᾶσιν ἅμα περιλαβὼν B τὸ βέλτιστον ἐπιτάττειν· αἱ γὰρ ἀνομοιότητες τῶν τε †) ἀνθρώπων καὶ τῶν πράξεων καὶ τὸ μηδέποτε μηδέν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡσυχίαν ἄγειν τῶν ἀνθρωπίνων οὐδὲν ἐῶσιν

*) ἴσ. γνησίους ἢ γνησίας.
**) ἴσ. καὶ ἃς μὲν ὡς εὐνόμους.
) ἴσ. εἶναι. *) ἴσ. ταὐτά. †) γρ. τῶν.

lentibus, pauperes seu divites: nihil horum ullo omnino loco numerandum est ad rectam ullam rationem.

So. Recte.

Hosp. Et sive interficiendis aliquibus vel etiam eiiciendis purgant civitatem salutem ei afferentes, vel etiam coloniis tamquam examinibus apium emittendis aliquo minorem faciunt, aut alios quos adsciscentes foris alicunde civesque facientes illam augent, quamdiu scientiam et ius adhibentes e deteriore meliorem eam reddunt quoad eius possunt, ita et hos secundum terminos nobis sola recta civitas dicenda est; quascumque vero alias dicimus, non germanae nec verae appellandae sunt, sed illam imitari dicendae, et eae quidem quas legibus bene temperatas nominamus, in meliorem partem, ceterae vero in peiorem illam imitari.

So. Reliqua quidem, o hospes, bene videntur dicta esse, hoc vero quod posuisti etiam sine legibus quemquam posse imperare molestius accidit audienti.

Hosp. Paullulum mihi antevertisti interrogans, Socrate; volueram enim ex te quaerere eadem, utrum probares omnia, an quid etiam te male haberet; nunc autem iam patet hoc nobis propositum fore ut de recta eorum qui sine legibus imperent ratione exponamus.

So. Quidni?

Hosp. Etenim perspicuum est quodammodo artis regiae esse legislationem: optime tamen nobiscum agitur, si non leges vim habent, sed vir regius sapientia praeditus. scin quomodo?

So. Quo tandem pacto dicis?

Hosp. Quia lex numquam poterit commodissimum et iustissimum accurate omnibus simul comprehendens optimum mandare; dissimilitudines enim hominum et actionum rerumque humanarum conditio, quippe quarum nulla propemodum quiescat, non permittunt ut

ἁπλοῦν ἐν οὐδενὶ περὶ ἁπάντων καὶ ἐπὶ πάντα τὸν χρόνον ἀποφαίνεσθαι τέχνην οὐδ' ἡντινοῦν. ταῦτα δὴ ξυγχωροῦμέν που;

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Τὸν δέ γε νόμον ὁρῶμεν σχεδὸν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ξυντείνοντα, ὥςπερ τινὰ ἄνθρωπον αὐθάδη * καὶ ἀμαθῆ C καὶ μηδένα μηδὲν *) ἐῶντα ποιεῖν παρὰ τὴν ἑαυτοῦ τάξιν, μηδ' ἐπερωτᾶν μηδένα, μηδ' ἄν τι νέον ἄρα τῳ ξυμβαίνῃ βέλτιον παρὰ τὸν λόγον, ὃν αὐτὸς ἐπέταξεν.

ΣΩ. Ἀληθῆ· ποιεῖ γὰρ ἀτεχνῶς, καθάπερ εἴρηκας νῦν, ὁ νόμος ἡμῖν ἑκάστοις.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἀδύνατον εὖ ἔχειν πρὸς τὰ μηδέποτε ἁπλᾶ τὸ διὰ παντὸς γιγνόμενον ἁπλοῦν;

ΣΩ. Κινδυνεύει.

ΞΕ. Διὰ τί δή ποτ' οὖν ἀναγκαῖον νομοθετεῖν, ἐπειδήπερ οὐκ ὀρθότατον ὁ νόμος; ἀνευρετέον * τούτου τὴν D αἰτίαν;

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ παρ' ὑμῖν **) εἰσί τινες, οἷαι καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσιν, ἀθρόων ἀνθρώπων ἀσκήσεις, εἴτε πρὸς δρόμον εἴτε πρὸς ἄλλο τι, φιλονεικίας ἕνεκα;

ΣΩ. Καὶ πάνυ γε πολλαί.

ΞΕ. Φέρε νῦν ἀναλάβωμεν πάλιν μνήμῃ τὰς τῶν τέχνῃ γυμναζόντων ἐπιτάξεις ἐν ταῖς τοιαύταις ἀρχαῖς.

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Ὅτι λεπτουργεῖν οὐκ ἐγχωρεῖν ἡγοῦνται καθ' ἕνα ἕκαστον, τῷ σώματι τὸ * προςῆκον ἑκάστῳ προστάττοντες, E ἀλλὰ παχύτερον οἴονται δεῖν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐπὶ πολλοὺς τὴν τοῦ λυσιτελοῦντος τοῖς σώμασι ποιεῖσθαι τάξιν.

ΣΩ. Καλῶς.

ΞΕ. Διὸ δή γε καὶ ἴσους πόνους νῦν διδόντες ἀθρό-

---

*) γρ. καὶ μηδέν.

**) γρ. ἡμῖν.

ſimplex aliquid et abſoluti ulla de re omnibus et in omne tempus ulla ars praecipiat. hoc igitur nonne concedimus?

So. Quidni concedamus?

Hoſp. Legem autem videmus fere hoc ipſum contendentem, velut hominem quendam pertinacem et rudem neminemque nihil ſinentem agere praeter praeſcriptionem ſuam nec interrogare quemquam, etiamſi novi quid cuipiam obvenerit idque melius eo quod ipſe mandaverit.

So. Vera. facit enim prorſus ita ut nunc dixiſti lex noſtrûm unicuique.

Hoſp. Nonne icciroo fieri nequit ut ad ea quae numquam ſimplicia ſunt bene ſe habeat id quod ſemper eſt ſimplex?

So. Videtur.

Hoſp. Iam cur tandem leges ferantur neceſſe eſt, quum lex non rectiſſime ſe habeat? indagandane huius rei cauſa?

So. Quidni?

Hoſp. Nonne etiam apud vos quaedam ſunt, quales aliis in urbibus, frequentium hominum exercitationes ſive in curſu ſive in alia quapiam re, certandi cauſa?

So. Sane quidem multae.

Hoſp. Age dum in memoriam nunc reducamus eorum qui ex arte exercent praeceptiones in huiusmodi praefecturis.

So. Quale iſtud?

Hoſp. Minutatim praecipi non poſſe arbitrantur ſingulis, corpori cuique quod conveniat praeſcribendo, ſed denſius cenſent in maximam partem et multis id quod conducat corporibus praecipiendum eſſe.

So. Recte.

Hoſp. Quocirca etiam eosdem labores nunc in-

οις ἅμα μὲν ἐξορμῶσιν, ἅμα δὲ καταπαύουσι δρόμου καὶ πάλης καὶ πάντων τῶν κατὰ σώματα πόνων.

ΣΩ. Ἔστι ταῦτα.

ΞΕ. Καὶ τὸν νομοθέτην τοίνυν ἡγώμεθα, τὸν ταῖς ἀγέλαις ἐπιστατήσοντα τοῦ δικαίου πέρι καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους ξυμβολαίων, μή ποθ' * ἱκανὸν γενήσεσθαι πᾶσιν ἀθρόοις 295
προστάττοντα ἀκριβῶς ἑνὶ ἑκάστῳ τὸ προσῆκον ἀποδιδόναι.

ΣΩ. Τὸ γοῦν εἰκός.

ΞΕ. Ἀλλὰ τὸ τοῖς πολλοῖς γε, οἶμαι, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καί πως οὑτωσὶ παχυτέρως ἑκάστοις τὸν νόμον θήσει, καὶ ἐν γράμμασιν ἀποδιδοὺς καὶ ἐν ἀγραμμάτοις, πατρίοις δὲ ἔθεσι νομοθετῶν.

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Ὀρθῶς μέντοι· πῶς γὰρ ἄν τις ἱκανὸς γένοιτ' ἄν ποτε, ὦ Σώκρατες, ὥστε ἀεὶ διὰ βίου παρακαθήμενος
* ἑκάστῳ δι' ἀκριβείας προστάττειν τὸ προσῆκον; ἐπεὶ τοῦτ' B
ἂν δυνατὸς ὤν, ὡς οἶμαι, τῶν τὴν βασιλικὴν ὁστισοῦν ὄντως ἐπιστήμην εἰληφότων, σχολῇ ποτ' ἂν ἑαυτῷ θεῖτ' ἐμποδίσματα γράφων τοὺς λεχθέντας τούτους νόμους.

ΣΩ. Ἐκ τῶν νῦν γοῦν, ὦ ξένε, εἰρημένων.

ΞΕ. Μᾶλλον δέ γε, ὦ βέλτιστε, ἐκ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι.

ΣΩ. Τίνων δή;

ΞΕ. Τῶν τοιῶνδε. εἴπωμεν γὰρ δὴ πρός γε ἡμᾶς
αὐτούς, ἰατρὸν μέλλοντα ἢ * καί τινα γυμναστικὸν ἀποδη- C
μεῖν καὶ ἀπέσεσθαι τῶν θεραπευομένων συχνόν, ὡς οἴοιτο, χρόνον, μὴ μνημονεύσειν οἰηθέντα τὰ προσταχθέντα τοὺς γυμναζομένους ἢ τοὺς κάμνοντας, ὑπομνήματα γράφειν ἂν ἐθέλειν αὐτοῖς; ἢ πῶς;

ΣΩ. Οὕτως.

ΞΕ. Τί δέ; εἰ παρὰ δόξαν ἔλαττω χρόνον ἀποδημήσας ἔλθοι πάλιν, ἆρ' οὐκ ἂν παρ' ἐκεῖνα τὰ γράμματα τολμήσειεν ἄλλα ὑποθέσθαι *), ξυμβαινόντων ἄλλων βελ-

---

*) γρ. ὑποτίθεσθαι.

iungentes frequentibus, fimul eos excitant fimul defiftere iubent a curfu, lucta omnibusque corporis laboribus.

So. Sunt fane ifta.

Hofp. Itaque etiam legis latorem arbitremur, qui gregibus praefectus fit futurus in iure rebusque contrahendis, nunquam poffe omnibus fimul praecipientem accurate unicuique id quod conveniat iniungere.

So. Confentaneum eft fane.

Hofp. Sed plurimis, opinor, et in maximam partem et ita fere denfius fingulis legem imponet, five fcriptis eam mandatam dat feu litteris non confignata, fed patria inftituta fancit.

So. Recte.

Hofp. Recte fane: nam qui poffit umquam aliquis, Socrate, per omnem vitam asfidens cuique accurate mandare id quod conveniat? etenim hoc fi poffet, uti arbitror, quicumque regiam vere fcientiam percepiffet, vix ac ne vix quidem fibi ipfe inferret impedimenta fcriptis illis quae dicuntur legibus.

So. Ex iis certe, hofpes, quae nunc dicta funt.

Hofp. Magis vero, mi optime, ex iis quae fumus dicturi.

So. Qualia funt ifta?

Hofp. Haec. dicamusne inter nos, medicum vel etiam palaeftritam qui velit peregrinari et abeffe ab iis qui ipfi curae fint ad longinquum, ut arbitretur, tempus, fi memoria opinetur non effe cuftodituros praefcripta fefe exercentes vel aegrotantes, commentarios eis effe confecturum? an qui cenfes?

So. Ita.

Hofp. Quid? fi praeter opinionem ad brevius tempus peregrinatus reverterit, non alia quam illa praefcripta inftituet praecipere, fi alia magis conducant

τιόνων τοῖς κάμνουσι * διὰ πνεύματα ἤ τι καὶ ἄλλο παρὰ D
τὴν ἐλπίδα τῶν ἐκ Διὸς ἑτέρως πως τῶν εἰωθότων γενόμενα *), καρτερῶν δ' ἂν ἡγοῖτο δεῖν μὴ ἐκβαίνειν τὰ ἀρχαῖά ποτε νομοθετηθέντα, μήτε αὐτὸν προστάττοντα ἄλλα μήτε τὸν κάμνοντα ἕτερα τολμῶντα παρὰ τὰ γραφέντα δρᾶν, ὡς ταῦτα ὄντα ἰατρικὰ καὶ ὑγιεινά, τὰ δὲ ἑτέρως γιγνόμενα νοσώδη τε καὶ οὐκ ἔντεχνα; ἢ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἔν γε ἐπι-
στήμῃ ξυμβαῖνον καὶ ἀληθεῖ τέχνῃ περὶ ἅπαντα * παντά- E
πασι γέλως ἂν ὁ μέγιστος γίγνοιτο τῶν τοιούτων νομοθετημάτων;

ΣΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΞΕ. Τῷ δὲ **) τὰ δίκαια καὶ ἄδικα καὶ καλὰ καὶ αἰσχρὰ καὶ ἀγαθὰ καὶ κακὰ γράψαντι καὶ ἄγραφα νομοθετήσαντι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλαις, ὁπόσαι κατὰ πόλιν ἐν ἑκάσταις νομεύονται κατὰ τοὺς τῶν γραψάντων νόμους, ἂν ὁ μετὰ τέχνης γράψας ἤ τις ἕτερος ὅμοιος ἀφίκηται,
μὴ ἐξέστω δὴ παρὰ ταῦτα ἕτερα * προστάττειν; ἢ καὶ τοῦτο 296
τὸ ἀπόῤῥημα οὐδὲν ἧττον ἂν ἐκείνου τῇ ἀληθείᾳ γελοῖον φαίνοιτο;

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Οἶσθ' οὖν ἐπὶ τῷ τοιούτῳ λόγον τὸν παρὰ τῶν πολλῶν λεγόμενον;

ΣΩ. Οὐκ ἐννοῶ νῦν γ' οὕτως.

ΞΕ. Καὶ μὴν εὐπρεπής. φασὶ γὰρ δὴ δεῖν, εἴ τις γιγνώσκει παρὰ τοὺς τῶν ἔμπροσθεν βελτίους νόμους, νομοθετεῖν τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἕκαστον πείσαντα, ἄλλως δὲ μή.

ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ὀρθῶς;

ΞΕ. Ἴσως. ἂν δ' οὖν * μὴ πείθων τις βιάζηται τὸ B
βέλτιον, ἀπόκριναι, τί τοὔνομα τῆς βίας ἔσται; μὴ μέντοι πω, περὶ δὲ τῶν ἔμπροσθεν πρότερον.

ΣΩ. Ποῖον δὴ λέγεις;

ΞΕ. Ἄν τις ἄρα μὴ πείθων τὸν ἰατρευόμενον, ἔχων δὲ ὀρθῶς τὴν τέχνην, παρὰ τὰ γεγραμμένα τὸ βέλτιον

---

*) ἴσ. γενόμενον.
**) ἄλλ. Τῷ δὲ δή.

aegrotantium saluti propter ventos vel tempestatem aliquam praeter exspectationem aliter ac solet obortam, sed perseverans in illis arbitrabitur non esse migranda pristina praescripta neque sibi, ut alia praecipiat, neque aegrotanti, ut alia quam praescripta sequi instituat, quia haec modica et salubria sint, quae contra aliter fiant, insalubria et ab arte aversa? an potius tale quid si in scientia acciderit veraque arte quacumque in causa, omnino maximi consequentur risus de huiusmodi praescriptionibus?

So. Prorsus ita se habet.

Hosp. Qui vero quae iusta et iniusta, pulchra et turpia, bona et mala sint praescripserit vel sine scriptione praeceperit hominum gregibus, quicumque in civitatibus singulis pascuntur secundum praescribentium leges, huicne ut, si ipse qui ex arte scripsit vel alius quis similis advenerit, non liceat diversa ab illis praecipere? an etiam hoc interdictum non minus quam illud revera risum movebit?

So. Quidni?

Hosp. Scin vero quid tali in causa a plurimis dicatur?

So. Non recordor sic statim.

Hosp. Atque etiam concinnum est. dicunt enim, si quis cognoscat meliores leges eis quas priores dederint, eum oportere has rogare suae quemque urbi persuadentem, aliter non licere.

So. Quid igitur? nonne recte hoc dicunt?

Hosp. Fortasse. sin autem non persuadens quispiam per vim cogat ad melius, responde: quale inveniet haec violentia nomen? nondum tamen, sed de superioribus prius.

So. Quale istud dicis?

Hosp. Etenim si quis non persuadens ei qui sanandum se curat, recte vero artem tenens id quod prae-

ἀναγκάζῃ δρᾶν παῖδα ἤ τιν' ἄνδρα ἢ καὶ γυναῖκα, τί τοὔνομα τῆς βίας ἔσται ταύτης; ἆρ' οὐ πᾶν μᾶλλον ἢ τὸ παρὰ τὴν τέχνην λεγόμενον ἁμάρτημα τὸ νοσῶδες; καὶ πάντα ὀρθῶς εἰπεῖν * ἔστι πρότερον τῷ βιασθέντι περὶ τὸ τοιοῦ- C
τον, πλὴν ὅτι νοσώδη καὶ ἄτεχνα πέπονθεν ὑπὸ τῶν βιασαμένων ἰατρῶν;

ΣΩ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΞΕ. Τί δὲ ἡμῖν δὴ τὸ παρὰ τὴν πολιτικὴν τέχνην ἁμάρτημα λεγόμενόν ἐστιν; ἆρ' οὐ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ κακὸν καὶ ἄδικον;

ΣΩ. Παντάπασί γε.

ΞΕ. Τῶν δὴ βιασθέντων παρὰ τὰ γεγραμμένα καὶ πάτρια δρᾶν ἕτερα δικαιότερα καὶ ἀμείνω καὶ καλλίω τῶν ἔμπροσθεν, φέρε, τὸν * τῶν τοιούτων αὖ ψόγον περὶ τῆς D
τοιαύτης βίας, ἆρ', εἰ μέλλει μὴ καταγελαστότατος εἶναι πάντων, πάντα αὐτῷ μᾶλλον λεκτέον ἑκάστοτε, πλὴν ὡς αἰσχρὰ καὶ ἄδικα καὶ κακὰ πεπόνθασιν οἱ βιασθέντες ὑπὸ τῶν βιασαμένων;

ΣΩ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΞΕ. Ἀλλ' ἄρα ἐὰν μὲν πλούσιος ὁ βιασάμενος ᾖ, δίκαια, ἂν δ' ἄρα πένης, ἄδικα τὰ βιασθέντα ἐστίν; ἢ κἂν πείσας κἂν μὴ πείσας τις, πλούσιος ἢ πένης, ἢ κατὰ γράμματα ἢ παρὰ γράμματα * δρᾷ τὰ ξύμφορα, τοῦτον E
δεῖ καὶ περὶ ταῦτα τὸν ὅρον εἶναι τόν γε ἀληθινώτατον ὀρθῆς πόλεως διοικήσεως, ὃν ὁ σοφὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ διοικήσει τὸ τῶν ἀρχομένων; ὥσπερ ὁ κυβερνήτης τὸ τῆς νεὼς καὶ ναυτῶν ἀεὶ ξυμφέρον * παραφυλάττων, οὐ γράμ- 297
ματα τιθείς, ἀλλὰ τὴν τέχνην νόμον παρεχόμενος, σώζει τοὺς ξυνναύτας, οὕτω καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον παρὰ τῶν οὕτως ἄρχειν δυναμένων ὀρθὴ γίγνοιτ' ἂν πολιτεία, τὴν τῆς τέχνης ῥώμην τῶν νόμων παρεχομένων κρείττω; καὶ πάντα ποιοῦσι τοῖς ἔμφροσιν ἄρχουσιν οὐκ ἔστιν ἁμάρτημα, μέχριπερ ἂν ἓν μέγα φυλάττωσι, τὸ μετὰ νοῦ καὶ τέχνης δικαιότατον * ἀεὶ διανέμοντες τοῖς ἐν τῇ B

scriptis melius est coëgerit facere puerum vel virum vel etiam feminam, quodnam huic violentiae erit nomen? nonne quidvis potius nominabitur quam peccatum quod dicitur in artem perniciosum? et omnia potius is qui coactus est ad tale aliquid recte dicere potest quam perniciosa artisque contraria a cogentibus medicis sibi illata esse?

So. Verissima dicis.

Hosp. Quomodo vero nobis dicitur id quod in civilem artem peccatur? nonne turpe et malum et injustum?

So. Prorsus ita.

Hosp. Itaque ii qui coguntur a praescriptis patriisque institutis diversa facere eaque iustiora et meliora et pulchriora quam pristina erant, agedum nonne huiusmodi violentiam vituperantes, nisi maxime futuri sint ridiculi omnium, omnia potius dicere debent quam turpia et iniusta et mala sibi coactis illata esse ab iis qui coëgerint?

So. Verissima dicis.

Hosp. Num vero, si dives est is qui cogit, iusta, sin pauper, iniusta sunt quae coguntur? an si quis, sive persuadens sive non, seu dives seu pauper, seu ex praescriptis seu contra praescripta peragit ea quae conducunt, hunc videlicet in his constitui oportet terminum verissimum rectae civitatis administrationi, qua sapiens bonusque vir administraturus sit imperio suo subiectos? quemadmodum scilicet gubernator quicquid navi et nautis conducit observans, non praescriptiones imponens, sed artem legis loco adhibens, servat, num sic etiam eadem hac ratione ab iis qui ita regere possunt recta proficiscetur civitas, artis vim legibus potiorem adhibentibus? et omnia facientes nihil prudentes principes peccant, dum hoc unum quod magni est momenti observant et contendunt, ut, sapienter et ex arte iu-

πόλει, σώζειν τε αὐτοὺς οἷοί τε ὦσι καὶ ἀμείνους ἐκ χειρόνων ἀποτελεῖν κατὰ τὸ δυνατόν;

ΣΩ. Οὐκ ἔστ' ἀντειπεῖν παρά γε ἃ νῦν εἴρηται.

ΞΕ. Καὶ μὴν πρὸς ἐκεῖνα οὐδὲ ἀντιῤῥητέον.

ΣΩ. Τὰ ποῖα εἶπες;

ΞΕ. Ὡς οὐκ ἄν ποτε πλῆθος οὐδ' ὡντινωνοῦν τὴν
τοιαύτην λαβὸν ἐπιστήμην οἷόν τ' ἂν γένοιτο μετὰ νοῦ
διοικεῖν πόλιν, ἀλλὰ περὶ σμικρόν τι * καὶ ὀλίγον καὶ τὸ C
ἕν ἐστι ζητητέον τὴν μίαν ἐκείνην πολιτείαν τὴν ὀρθήν,
τὰς δ' ἄλλας μιμήματα θετέον, ὥσπερ καὶ ὀλίγον πρότερον
ἐῤῥήθη, τὰς μὲν ἐπὶ τὰ καλλίονα, τὰς δὲ ἐπὶ τὰ αἰσχίω
μιμουμένας ταύτην.

ΣΩ. Πῶς τί τοῦτ' εἴρηκας; οὐδὲ γὰρ ἄρτι δῆθεν κατέμαθον τὸ περὶ τῶν μιμημάτων.

ΞΕ. Καὶ μὴν οὐ φαῦλόν γε, ἂν κινήσας τις τοῦτον *) τὸν λόγον αὐτοῦ καταβάλῃ καὶ μὴ διελθὼν ἐνδεί-
ξηται τὸ νυνὶ γιγνόμενον ἁμάρτημα περὶ * αὐτό. D

ΣΩ. Ποῖον δή;

ΞΕ. Τοιόνδε τι δεῖ γε ζητεῖν, οὐ πάνυ ξύνηθες οὐδὲ ῥάδιον ἰδεῖν· ὅμως μὴν πειρώμεθα λαβεῖν αὐτό. φέρε γάρ· ὀρθῆς ἡμῖν μόνης οὔσης ταύτης τῆς πολιτείας, ἣν εἰρήκαμεν, οἶσθ' ὅτι τὰς ἄλλας δεῖ τοῖς ταύτης ξυγγράμμασι χρωμένας οὕτω σώζεσθαι, δρώσας τὸ νῦν ἐπαινούμενον, καίπερ οὐκ ὀρθότατον ὄν;

ΣΩ. Τὸ ποῖον;

ΞΕ. Τὸ παρὰ τοὺς νόμους μηδὲν μηδένα τολμᾶν
ποιεῖν τῶν ἐν τῇ πόλει, τὸν τολμῶντα δὲ θανάτῳ * ζη- E
μιοῦσθαι καὶ πᾶσι τοῖς ἐσχάτοις. καὶ τοῦτ' ἔστιν ὀρθότατα καὶ κάλλιστ' ἔχον, ὡς δεύτερον, ἐπειδὰν τὸ πρῶτόν τις μεταθῇ τὸ νῦν δὴ ῥηθέν. ᾧ δὲ τρόπῳ γεγονός ἐστι τοῦτο ὃ δὴ δεύτερον ἐφήσαμεν, διαπερανώμεθα· ἦ γάρ;

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

---

*) γρ. τοιοῦτον.

ſtiſſima quaeque distribuentes in cives, et ſervare eos poſſint et meliores e deterioribus efficere pro viribus?

So. Non poteſt dici contra ea quae nunc expoſita ſunt.

Hoſp. Neque etiam contra haec poterit dici.

So. Qualia intelligis?

Hoſp. Numquam fore ut multitudo qualiumcumque hominum hanc adepta ſcientiam poſſit ſapienter adminiſtrare civitatem, ſed in exiguo quodam eorum numero, in paucis et in uno quaerendam eſſe unam illam gubernationem rectam, ceteras vero pro imitationibus eſſe habendas, quarum, ut paullo ſupra iam diximus, aliae in meliorem partem, aliae in peiorem hanc imitentur.

So. Quomodo et quid iſtud dicis? nec ſupra ſcilicet intellexi quod de imitationibus poſuiſti.

Hoſp. Atque etiam haud leve ſit negotium, ſi quis, quum hanc orationem commoverit, huc eam proiiciat nec eam perſequens oſtendat id quod nunc in eam peccatum eſt.

So. Quale tandem?

Hoſp. Hoc quidem oportet nos quaerere, quod neque ſatis conſuetum neque facile perſpectu eſt: conemur tamen id percipere. agedum recta quum nobis ſola ſit illa quam diximus civitas, ſcin reliquas, ut ſe ſervent, eius praeſcriptionibus uti debere, id facientes quod nunc laudavimus, licet non ſit rectiſſimum?

So. Quale autem?

Hoſp. Hoc ut contra leges nihil quisquam audeat facere eorum qui in civitate ſunt, audens vero aliquid morte mulctetur omnibusque extremis. atque hoc rectiſſime optimeque habet, ut ſecundum, ſi quis primum modo memoratum loco movit. qua vero ratione exſtitat illud quod ſecundum diximus explicemus; nonne?

So. Sane quidem.

ΞΕ. Εἰς δὴ τὰς εἰκόνας ἐπανίωμεν πάλιν, αἷς ἀναγκαῖον ἀπεικάζειν ἀεὶ τοὺς βασιλικοὺς ἄρχοντας.

ΣΩ. Ποίας;

ΞΕ. Τὸν γενναῖον κυβερνήτην καὶ τὸν ἑτέρων πολλῶν ἀντάξιον ἰατρόν· κατίδωμεν γὰρ δή τι σχῆμα ἐν τούτοις αὐτοῖς πλασάμενοι.

ΣΩ. Ποῖόν τι;

ΞΕ. Τοιόνδε, οἷον * εἰ πάντες περὶ αὐτῶν διανοηθεῖμεν ὅτι δεινότατα ὑπ' αὐτῶν πάσχομεν. ὃν μὲν γὰρ ἂν ἐθελήσωσιν ἡμῶν τούτων ἑκάτεροι σώζειν, ὁμοίως δὴ σώζουσιν, ὃν δ' ἂν λωβᾶσθαι βουληθῶσι, λωβῶνται τέμνοντες καὶ κάοντες καὶ προςτάττοντες ἀναλώματα φέρειν παρ' ἑαυτοὺς οἷον φόρους, ὧν σμικρὰ μὲν εἰς τὸν κάμνοντα καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι, τοῖς δ' ἄλλοις αὐτοί τε καὶ οἱ οἰκέται χρῶνται· καὶ δὴ * καὶ τελευτῶντες ἢ παρὰ ξυγγενῶν ἢ παρά τινων ἐχθρῶν τοῦ κάμνοντος χρήματα μισθὸν λαμβάνοντες ἀποκτιννύασιν· οἵ τ' αὖ κυβερνῆται μυρία ἕτερα τοιαῦτα ἐργάζονται, καταλείποντές τε ἔκ τινος ἐπιβουλῆς ἐν ταῖς ἀναγωγαῖς ἐρήμους, καὶ σφάλματα ποιοῦντες ἐν τοῖς πελάγεσιν ἐκβάλλουσιν εἰς τὴν θάλατταν, καὶ ἕτερα κακουργοῦσιν. εἰ δὴ ταῦτα διανοηθέντες βουλευσαίμεθα περὶ αὐτῶν βουλήν τινα, τούτων τῶν τεχνῶν μηκέτι * ἐπιτρέπειν ἄρχειν αὐτοκράτορι μηδετέρᾳ μήτ' οὖν δούλων μήτ' ἐλευθέρων, ξυλλέξαι δὲ ἐκκλησίαν ἡμῶν αὐτῶν, ἢ ξύμπαντα τὸν δῆμον ἢ τοὺς πλουσίους μόνον, ἐξεῖναι δὲ καὶ ἰδιωτῶν καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν περί τε πλοῦ καὶ περὶ νόσων γνώμην ξυμβάλλεσθαι, καθ' ὅ τι χρὴ τοῖς φαρμάκοις ἡμᾶς καὶ τοῖς ἰατρικοῖς ὀργάνοις πρὸς τοὺς κάμνοντας χρῆσθαι, καὶ δὴ καὶ τοῖς πλοίοις τε αὐτοῖς καὶ * τοῖς ναυτικοῖς ὀργάνοις εἰς τὴν τῶν πλοίων χρείαν, καὶ περὶ τοὺς κινδύνους τούς τε πρὸς αὐτὸν τὸν πλοῦν ἀνέμων καὶ θαλάττης πέρι καὶ πρὸς τὰς τοῖς λῃσταῖς ἐντεύξεις, καὶ ἐὰν ναυμαχεῖν ἄρα δέῃ που μακροῖς πλοίοις πρὸς ἕτερα τοιαῦτα. τὰ δὲ τῷ πλήθει δόξαντα περὶ τούτων, εἴτε τινῶν ἰατρῶν καὶ κυβερνητῶν εἴτ' ἄλλων ἰδιωτῶν ξυμβουλευόντων,

298 B C D

Hosp. Ad similitudines igitur redeamus, quas accommodari semper oportet in regios moderatores.

So. Ad quasnam?

Hosp. Ad ingenuum gubernatorem et qui aliorum multorum instar habet, medicum; spectemus enim formam quandam in his ipsis confictam.

So. Qualem istam?

Hosp. Hanc ut fingamus, nos omnes existimare indignissima ab iis pati. nam quemcumque nostrûm velit uterque illorum integrum salvumque, pariter hunc eos servare, quem vero detrimento affectum cupiant, eum detrimento afficere secantes et urentes et mandantes ut sumptus ipsis tamquam tributa pendamus, quorum parum vel nihil in aegrotantem insumant, reliquis vero ipsi et servi utantur, quin etiam postremo aegrotantem ab eius cognatis vel inimicis quibusdam pecunia mercedis loco accepta interficere. etiam gubernatores sexcenta alia generis eiusdem perpetrare, derelinquentes per insidias, quum navem solvant, solos, et, siquid commiserint in pelago, eiicere in mare, et alia improbe facere. ita igitur nos existimantes consilium de iis capere neutri iam harum artium permittere, ut ad suum arbitrium imperet neque servis neque liberis, sed in concionem vocare nos ipsos vel universum populum vel divites tantum, licere vero etiam artium illarum imperitis ceterisque opificibus sententiam suam de navigatione et morbis interponere, quatenus oporteat nos remedia et medica instrumenta aegrotantibus adhibere, atque etiam navigia ipsa et instrumenta ad navigationem necessaria, et in periculis quid faciendum sit vel ipsius navigationis, si quid venti et mare nobis intendant, vel quum in piratas incidamus, et si forte pugna committenda sit navibus longis cum aliis item longis. et quae multitudini visa fuerint de his rebus, sive medici et gubernatores sive alii imperiti consultaverint, haec

γράψαντας ἐν κύρβεσί τισι καὶ στήλαις, τὰ δὲ καὶ ἄγραφα πάτρια θεμένους ἔθη, κατὰ * ταῦτ' ἤδη πάντα τὸν ἔπειτα E
χρόνον ναυτίλλεσθαι καὶ τὰς τῶν καμνόντων θεραπείας ποιεῖσθαι.

ΣΩ. Κομιδῇ γε εἴρηκας ἄτοπα.

ΞΕ. Κατ' ἐνιαυτὸν δέ γε ἄρχοντας καθίστασθαι τοῦ πλήθους, εἴτε ἐκ τῶν πλουσίων εἴτε ἐκ τοῦ δήμου παντός, ὃς ἂν κληρούμενος λαγχάνῃ· τοὺς δὲ καταστάντας ἄρχοντας ἄρχειν κατὰ τὰ γράμματα κυβερνῶντας τὰς ναῦς καὶ τοὺς κάμνοντας ἰωμένους.

ΣΩ. Ταῦτ' ἔτι χαλεπώτερα.

ΞΕ. Θεῶ δὴ καὶ τὸ μετὰ ταῦτα ἑπόμενον. ἐπειδὰν γὰρ δὴ τῶν ἀρχόντων ἑκάστοις ὁ ἐνιαυτὸς ἐξέλθῃ, δεήσει δικαστήρια καθίσαντας *) ἀνδρῶν, ἢ τῶν πλουσίων ἐκ
προκρίσεως ἢ * ξύμπαντος αὖ τοῦ δήμου τοὺς λαχόντας, εἰς 299
τούτους εἰσάγειν τοὺς ἄρξαντας καὶ εὐθύνειν, κατηγορεῖν δὲ τὸν βουλόμενον ὡς οὐ κατὰ τὰ γράμματα τὸν ἐνιαυτὸν ἐκυβέρνησε τὰς ναῦς οὐδὲ κατὰ τὰ παλαιὰ τῶν προγόνων ἔθη· τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῶν τοὺς κάμνοντας ἰωμένων. ὧν δ' ἂν καταψηφισθῇ, τιμᾶν ὅ τι χρὴ παθεῖν αὐτῶν τινὰς ἢ ἀποτίνειν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὅ γ' ἐθέλων καὶ ἑκὼν ἐν τοῖς τοιούτοις
ἄρχειν δικαιότατ' ἂν ὁτιοῦν πάσχοι * καὶ ἀποτίνοι. B

ΞΕ. Καὶ τοίνυν ἔτι δεήσει θέσθαι νόμον ἐπὶ πᾶσι τούτοις, ἄν τις κυβερνητικὴν καὶ τὸ ναυτικὸν ἢ τὸ ὑγιεινὸν καὶ ἰατρικῆς ἀλήθειαν περὶ πνεύματά τε καὶ θερμὰ καὶ ψυχρὰ ζητῶν φαίνηται παρὰ τὰ γράμματα καὶ σοφιζόμενος ὁτιοῦν περὶ τὰ τοιαῦτα, πρῶτον μὲν μήτε ἰατρικὸν αὐτὸν μήτε κυβερνητικὸν ὀνομάζειν, ἀλλὰ μετεωρολόγον ἀδολέσχην τινὰ **) σοφιστήν, εἶθ' ὡς διαφθείροντα ἄλλους
νεωτέρους καὶ ἀναπείθοντα ἐπιτίθεσθαι * κυβερνητικῇ καὶ C
ἰατρικῇ μὴ κατὰ νόμους, ἀλλ' αὐτοκράτορας ἄρχειν τῶν πλοίων καὶ τῶν νοσούντων, γραψάμενον εἰσάγειν τὸν

---

*) γρ. καθιστάντας.

**) ἴσ. ἀδολέσχην τέ τινα.

inscribere in tabulis triangulis et columnis, praeterea scriptis non mandata patria instituta sancire, et secundum haec iam omnia in omne posterum tempus et navigare et aegrotantes sanare.

So. Admirabilia sane dicis.

Hosp. Quotannis vero rectores praefici multitudini, sive e divitibus sive ex universo populo, cuicumque sorte id evenerit; praefectos autem rectores regere ex praescriptis in gubernandis navibus aegrisque sanandis.

So. Hoc etiam difficilius.

Hosp. Specta etiam quod deinde sequitur. quum enim rectorum cuique annus transactus est, oportebit, iudicio constituto virorum, vel de divitibus electorum vel ex universo populo sorte ductorum, ad hos deferri nomina eorum qui praelecti fuerunt et rationem ab iis reposci; et quivis poterit eorum aliquem accusare de hoc quod neque ex praescriptis per annum suum gubernaverit naves neque secundum pristina maiorum instituta; similiter eos qui aegros sanarunt. et si quis condemnatus fuerit, illorum aliqui aestimabunt quid eos oporteat pati vel pendere.

So. Igitur eum qui sua sponte in talibus principatum appetierit, aequissimum erit quidvis pati ac pendere.

Hosp. Praeterea autem oportebit lege sanciri in hos omnes, ut, si quis artem gubernandi resque nauticas vel salubria et medicinae naturam ratione ventorum et calidorum et frigidorum indagans reperiatur praeter praescripta et comminiscatur quicquam de his, is primo neque medicinae neque gubernandi artis peritus appelletur, sed sublimis et abstrusus quidam nugatoriusque sophista, deinde, quia corrumpat alios iuniores eisque persuadeat ut incumbant in artem gubernandi et medicinam non secundum leges, sed ad suum arbitrium regant naves et aegrotos, litem ei quivis inten-

βουλόμενον, οἷς *) ἔξεστιν, εἰς δή τι δικαστήριον· ἂν δὲ παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ γεγραμμένα δόξῃ πείθειν εἴτε νέους εἴτε πρεσβύτας, κολάζειν τοῖς ἐσχάτοις. οὐδὲν γὰρ δεῖν τῶν νόμων εἶναι σοφώτερον· οὐδένα γὰρ ἀγνοεῖν **) τό τε ἰατρικὸν καὶ τὸ ὑγιεινὸν οὐδὲ τὸ κυβερνητικὸν καὶ ναυτικόν· ἐξεῖναι γὰρ τῷ βουλομένῳ μανθάνειν * γεγραμμένα καὶ πάτρια ἔθη κείμενα. Ταῦτα δὴ περί τε ταύτας τὰς ἐπιστήμας εἰ γίγνοιτο οὕτως ὡς λέγομεν, ὦ Σώκρατες, καὶ στρατηγικῆς καὶ ξυμπάσης ἡστινοσοῦν θηρευτικῆς καὶ γραφικῆς ἢ ξυμπάσης μέρος ὁτιοῦν μιμητικῆς καὶ τεκτονικῆς καὶ ξυνόλης ὁποιασοῦν σκευουργίας ἢ καὶ γεωργίας καὶ τῆς περὶ τὰ φυτὰ ξυνόλης τέχνης, ἢ καὶ τινα ἱπποφορβίαν αὖ κατὰ ξυγγράμματα θεασαίμεθα γιγνομένην ἢ ξύμπασαν ἀγελαιοκομικὴν ἢ * μαντικὴν ἢ πᾶν ὅ τι μέρος διακονικὴ περιείληφεν, ἢ πεττείαν ἢ ξύμπασαν ἀριθμητικήν, ψιλήν, εἴτε ἐπίπεδον εἴτε ἐν βάθεσιν εἴτε ἐν πάχεσιν ***) οὖσάν που· περὶ ἅπαντα ταῦτα οὕτω πραττόμενα τί ποτ' ἂν φανείη κατὰ τὰ ξυγγράμματα γιγνόμενα καὶ μὴ κατὰ τέχνην;

D

E

ΣΩ. Δῆλον ὅτι πᾶσαι ****) αἱ τέχναι παντελῶς ἂν ἀπόλοιντ' ἡμῖν, καὶ οὐδὲ ἐσαῦθις †) γένοιντ' ἄν ποτε διὰ τὸν ἀποκωλύοντα τοῦτον ζητεῖν νόμον, ὥστε ὁ βίος, ὢν καὶ νῦν χαλεπός, εἰς τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἀβίωτος γίγνοιτ' ἂν * τὸ παράπαν. 300

ΞΕ. Τί δὲ τόδε; εἰ κατὰ ξυγγράμματα μὲν ἀναγκάζοιμεν ἕκαστον γίγνεσθαι τῶν εἰρημένων καὶ τοῖς ξυγγράμμασιν ἡμῶν ἐπιστατεῖν τὸν χειροτονηθέντα ἢ λαχόντα ἐκ τύχης, οὗτος δὲ μηδὲν φροντίζων τῶν γραμμάτων ἢ κέρδους ἕνεκά τινος ἢ χάριτος ἰδίας παρὰ ταῦτα ἐπιχειροῖ δρᾶν ἕτερα, μηδὲν γιγνώσκων, ἆρα οὐ τοῦ κακοῦ τοῦ πρόσθεν μεῖζον ἂν ἔτι τοῦτο γίγνοιτο κακόν;

---

*) ἴσ. οἷ.

**) ἴσ. οὐδὲν γὰρ τῶν νόμων εἶναι σοφώτερον· οὐδένα γὰρ δεῖν ἀγνοεῖν κτλ.

) γρ. τάχεσιν. *) γρ. πᾶσαί τε. †) ἴσ. αὖθις.

dat vocans quo oporteat, in iudicium aliquod; atque si praeter leges et praescripta reperiatur sive iuvenibus sive senibus persuadens, gravissimis muletetur poenis; neque enim sapientius quicquam esse legibus, nec ullum debere ignarum esse medicinae rerumque ad sanitatem spectantium neque gubernandi artis rerumque nauticarum, propterea quod quivis possit percipere praescripta et quae publice recepta sint instituta patria. Hoc igitur his in artibus si fiat ita ut dicimus, Socrate, vel in parte quacumque artis imperatoriae, universae cuiusque venatoriae, artis pingendi vel universae imitandi peritiae, artis tignariae, universae qualiscumque utensilium confectionis, vel etiam agriculturae et universae plantarum curandarum artis, vel etiam equorum quandam pastionem ex praescriptionibus si videamus peractam vel universam gregum moderandorum artem vel praesagitionem omniaque quae ministrandi ars continet, vel calculorum lusum vel universam numerandi artem sive nudam illam quidem sive in plano, in altitudine vel in crassitudine versantem: in his omnibus ita ex praescriptionibus, non ex arte peractis quid tandem eveniet?

So. Patet fore ut omnes artes plane nobis intereant nec umquam rursus exsistant propter legem illam quicquam indagari vetantem: ut vita, quae etiam nunc molesta est, tum omnino non tolerabilis exsistat.

Hosp. Quid vero hoc? si ex praescriptionibus iuberemus quidque fieri eorum quae dicta sunt et praescriptionibus nostris praeponi qui per suffragia coactus vel forte fortuito ductus esset, hic vero nihil curans praescripta vel lucri alicuius vel gratiae privatae causa contra illa instituat facere, nihil cognoscens, nonne malo superiore etiam maius hoc exsisteret malum?

ΣΩ. Ἀληθέστατα.

ΞΕ. Παρὰ γάρ, * οἶμαι, τοὺς νόμους τοὺς ἐκ πείρας πολλῆς κειμένους καί τινων ξυμβούλων ἕκαστα χαριέντως ξυμβουλευσάντων καὶ πεισάντων *) θέσθαι τὸ πλῆθος, ὁ παρὰ ταῦτα τολμῶν δρᾶν, ἁμαρτήματος ἁμάρτημα πολλαπλάσιον ἀπεργαζόμενος, ἀνατρέποι πᾶσαν ἂν πρᾶξιν ἔτι μειζόνως τῶν ξυγγραμμάτων. B

ΣΩ. Πῶς δ' οὐ μέλλει;

ΞΕ. Διὰ ταῦτα δὴ τοῖς περὶ ὁτουοῦν νόμους καὶ ξυγγράμματα τιθεμένοις δεύτερος πλοῦς τὸ * παρὰ ταῦτα μήτε ἕνα μήτε πλῆθος μηδὲν μηδέποτε ἐᾶν δρᾶν μηδ' ὁτιοῦν. C

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΞΕ. Οὐκοῦν μιμήματα μὲν ἂν ἑκάστων ταῦτ' εἴη τῆς ἀληθείας τὰ παρὰ τῶν εἰδότων εἰς δύναμιν εἶναι **) γεγραμμένα;

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Καὶ μὴν τόν γε εἰδότα ἔφαμεν, τὸν ὄντως πολιτικόν, εἰ μεμνήμεθα, ποιήσειν τῇ τέχνῃ ***) πολλὰ εἰς τὴν αὑτοῦ πρᾶξιν τῶν γραμμάτων οὐδὲν φροντίζοντα, ὁπόταν ἄλλ' αὐτῷ βελτίω δόξῃ παρὰ τὰ * γεγραμμένα ὑφ' αὑτοῦ καὶ ἐπεσταλμένα ἀποῦσί τισιν ****). D

ΣΩ. Ἔφαμεν γάρ.

ΞΕ. Οὐκοῦν ἀνὴρ ὁστισοῦν εἷς ἢ πλῆθος ὁτιοῦν, οἷς ἂν νόμοι κείμενοι τυγχάνωσι, παρὰ ταῦτα ὅ τι ἂν ἐπιχειρήσωσι ποιεῖν ὡς βέλτιον ἕτερον ὄν, ταὐτὸν δρῶσι κατὰ δύναμιν, ὅπερ ὁ ἀληθινὸς ἐκεῖνος;

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΞΕ. Ἆρ' οὖν, εἰ μὲν ἀνεπιστήμονες ὄντες τὸ τοιοῦτον δρῷεν, μιμεῖσθαι μὲν ἂν ἐπιχειροῖεν τὸ ἀληθές, μιμοῖντ' ἂν μέντοι πᾶν κακῶς †), εἰ δ' * ἔντεχνοι, τοῦτο οὐκ ἔστιν ἔτι μίμημα, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀληθέστατον ἐκεῖνο; E

ΣΩ. Πάντως που.

---

*) γρ. ξυμπεισάντων. **) ἴσ. ἀεί.

) ἴσ. ποιήσειν πῃ τέχνῃ. *) ἴσ. αἰτοῦσί τισιν.

†) ἴσ. παγκάκως.

So. Verissime.

Hosp. Etenim, opinor, contra leges multo ex usu constitutas de quibus singulis consiliarii aliqui scite deliberarunt et multitudini ut eas sciseeret persuaserunt, qui audet facere, is peccatum multiplicans omnem evertet actionem magis quam praescriptiones.

So. Sane hoc eveniet.

Hosp. Iccirco eis qui de unaquaque re leges et praescripta sciscunt, altera via est haec ut contra ea neque unum neque multitudinem quicquam umquam sinant facere.

So. Recte.

Hosp. Nonne imitationes verae cuiusque rei naturae ea erunt quae a scientibus quoad possunt praescribuntur?

So. Quidni?

Hosp. At vero scientem diximus, virum vero civilem, si meminimus, facturum esse ex arte multa fere ad rem suam gerendam apta praescriptiones nihil curantem, si quando alia meliora ipsi visa sunt quam quae ipse conscripsit et praecepit aliquibus poscentibus.

So. Diximus vero.

Hosp. Nonne vir quispiam unus vel multitudo quaepiam, cui leges sunt constitutae, contra has quicquid instituit facere quod melius esse putat, idem pro viribus facit quod verus ille civilis?

So. Sane quidem.

Hosp. Nonne vero, si qui inscientes sunt hoc faciunt, imitari quidem verum conabuntur, prorsus tamen perperam imitabuntur, sin artis gnari, hoc non iam imitatio erit, sed ipsum illud verissimum?

So. Prorsus ita.

ΞΕ. Καὶ μὴν ἔμπροσθέν γε ὡμολογημένον ἡμῖν κεῖται μηδὲν πλῆθος μηδ' ἡντινοῦν δυνατὸν εἶναι λαβεῖν τέχνην.

ΣΩ. Κεῖται γὰρ οὖν.

ΞΕ. Οὐκοῦν, εἰ μὲν ἔστι βασιλική τις τέχνη, τὸ τῶν πλουσίων πλῆθος καὶ ὁ ξύμπας δῆμος οὐκ ἄν ποτε λάβοι τὴν πολιτικὴν ταύτην ἐπιστήμην;

ΣΩ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΞΕ. Δεῖ δὴ τὰς τοιαύτας γε, ὡς ἔοικε, πολιτείας, εἰ μέλλουσι καλῶς τὴν ἀληθινὴν ἐκείνην τὴν τοῦ ἑνὸς μετὰ τέχνης ἄρχοντος * πολιτείαν εἰς δύναμιν μιμήσεσθαι, 301 μηδέποτε, κειμένων αὐτοῖς τῶν νόμων, μηδὲν ποιεῖν παρὰ τὰ γεγραμμένα καὶ πάτρια ἔθη.

ΣΩ. Κάλλιστα εἴρηκας.

ΞΕ. Ὅταν ἄρα οἱ πλούσιοι ταύτην μιμῶνται, τότε ἀριστοκρατίαν καλοῦμεν τὴν τοιαύτην πολιτείαν, ὁπόταν δὲ τῶν νόμων μὴ φροντίζωσιν, ὀλιγαρχίαν.

ΣΩ. Κινδυνεύει.

ΞΕ. Καὶ μὴν *) ὁπόταν αὖθις εἷς ἄρχῃ κατὰ νόμους, μιμούμενος τὸν ἐπιστήμονα, βασιλέα καλοῦμεν, * οὐ διορίζοντες ὀνόματι τὸν μετ' ἐπιστήμης ἢ δόξης κατὰ νόμους μοναρχοῦντα. B

ΣΩ. Κινδυνεύομεν.

ΞΕ. Οὐκοῦν, κἂν τις ἄρα ἐπιστήμων ὄντως ὢν εἷς ἄρχῃ, πάντως τό γε ὄνομα ταὐτὸν βασιλεὺς καὶ οὐδὲν ἕτερον προσρηθήσεται· δι' ἃ δὴ τὰ πέντε ὀνόματα τῶν νῦν λεγομένων **) πολιτειῶν ἓν μόνον γέγονεν.

ΣΩ. Ἔοικε γοῦν.

ΞΕ. Τί δ', ὅταν μήτε κατὰ νόμους μήτε κατὰ ἔθη πράττῃ τις εἷς ἄρχων, προσποιῆται δέ, ὥσπερ ὁ ἐπιστήμων, * ὡς C ἄρα παρὰ τὰ γεγραμμένα τό γε ***) βέλτιστον ποιητέον, ἢ δέ τις ἐπιθυμία καὶ ἄγνοια τούτου τοῦ μιμήματος ἡγουμένη, μῶν οὐ τότε τὸν τοιοῦτον ἕκαστον τύραννον κλητέον;

---

*) γρ. μέν.

**) ἴσ. τῶν πέντε ὀνόματα νῦν λεγομένων.

***) γρ. τόδε.

Hosp. Iam vero ſupra inter nos convenit nullam multitudinem ullam poſſe percipere artem.

So. Convenit vero.

Hosp. Nonne igitur, ſi exſtat regia quaedam ars, divitum multitudo univerſusque populus numquam percipiet eiusdem hanc ſcientiam?

So. Qui enim poſſit?

Hosp. Oportet igitur, ut patet, huiusmodi civitates, ſi voluerint bene veram illam, quam unus cum arte adminiſtrat, civitatem quoad potuerint imitari, numquam, legibus conſtitutis, facere contra praeſcriptiones inſtitutaque patria.

So. Praeclare dicis.

Hosp. Si igitur divites hanc imitantur, optimatum principatum appellamus hanc civitatem, ſin leges non curant, paucorum imperium.

So. Ita ſane habet.

Hosp. Contra vero ſi unus imperat ex legibus, imitans ſcientem, regem eum vocamus, non diſtinguentes nomine eum qui ſcientia praeditus et eum qui opinione ductus ex legibus ſolus imperat.

So. Sane videmur.

Hosp. Itaque etiam ſi unus vere ſciens imperat, eodem profecto nomine regis nec alio ullo nuncupabitur; quocirca de quinque illis nunc nominatis civitatibus unius tantum nomen eſt.

So. Conſentaneum quidem eſt.

Hosp. Quid? ſi quis neque leges neque inſtituta ſequitur ſolus imperans, ſed, ſicut ſciens, prae ſe fert, praeter praeſcripta id quod optimum ſit faciendum eſſe, cupiditas autem quaedam et inſcitia hanc regit imitationem, nonne tum quemque ita comparatum tyrannum appellari oportet?

ΣΩ. Τί μήν;

ΞΕ. Οὕτω δὴ τύραννός τε γέγονε, φαμέν, καὶ βασι-
λεὺς καὶ ὀλιγαρχία καὶ ἀριστοκρατία καὶ δημοκρατία, δυς-
χερανάντων τῶν ἀνθρώπων τὸν ἕνα ἐκεῖνον *) μόναρχον,
καὶ ἀπιστησάντων μηδένα τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ἄξιον ἂν γε-
νέσθαι ποτέ, ὥστε * ἐθέλειν καὶ δυνατὸν εἶναι μετὰ ἀρε- D
τῆς καὶ ἐπιστήμης ἄρχοντα τὰ δίκαια καὶ ὅσια διανέμειν
ὀρθῶς πᾶσι, λωβᾶσθαι δὲ καὶ ἀποκτεννύναι καὶ κακοῦν
ὃν ἂν βουληθῇ ἑκάστοτε ἡμῶν· ἐπεὶ γενόμενόν γ' ἄν, οἷον
λέγομεν, ἀγαπᾶσθαί τε ἂν καὶ οἰκεῖν διακυβερνῶντα εὐδαι-
μόνως ὀρθὴν ἀκριβῶς μόνον πολιτείαν.

ΣΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. Νῦν δέ γε, ὁπότε οὐκ ἔστι γιγνόμενος, ὡς δή
φαμεν, ἐν ταῖς πόλεσι βασιλεὺς οἷος ἐν σμήνεσιν * ἐμ- E
φύεται, τό τε σῶμα εὐθὺς καὶ τὴν ψυχὴν διαφέρων εἷς,
δεῖ δὴ ξυνελθόντας ξυγγράμματα γράφειν, ὡς ἔοικε, μετα-
θέοντας τὰ τῆς ἀληθεστάτης πολιτείας ἴχνη.

ΣΩ. Κινδυνεύει.

ΞΕ. Θαυμάζομεν δῆτα, ὦ Σώκρατες, ἐν ταῖς τοιαύ-
ταις πολιτείαις ὅσα ξυμβαίνει γίγνεσθαι κακὰ καὶ ὅσα ξυμ-
βήσεται, τοιαύτης τῆς κρηπῖδος ὑποκειμένης αὐταῖς τῆς
κατὰ γράμματα καὶ ἔθη, μὴ μετὰ ἐπιστήμης πραττούσης
τὰς πράξεις, ἑτέρα **) προσχρωμένη παντὶ κατάδηλος * ὡς 302
πάντ' ἂν διολέσειε τὰ ταύτῃ γιγνόμενα; ἢ ἐκεῖνο ἡμῖν θαυ-
μαστέον μᾶλλον, ὡς ἰσχυρόν τι πόλις ἐστὶ φύσει; πάσχου-
σαι γὰρ δὴ τοιαῦτα αἱ πόλεις νῦν χρόνον ἀπέραντον, ὅμως
ἔνιαί τινες αὐτῶν μόνιμοί τ' εἰσὶ καὶ οὐκ ἀνατρέπονται·
πολλαὶ μὴν ἐνίοτε, καὶ καθάπερ πλοῖα καταδυόμενα, διόλ-
λυνται καὶ διολώλασι καὶ ἔτι διολοῦνται διὰ τὴν τῶν κυ-
βερνητῶν καὶ ναυτῶν μοχθηρίαν τῶν περὶ τὰ μέγιστα με-
γίστην ἄγνοιαν εἰληφότων, οἳ περὶ * τὰ πολιτικὰ κατ' οὐ- B
δὲν γιγνώσκοντες ἡγοῦνται κατὰ πάντα σαφέστατα πασῶν
ἐπιστημῶν ταύτην εἰληφέναι.

---

*) γρ. ἕκαστον.

**) ἴσ. πράξεις, ἢ ἑτέρα κτλ.

So. Quidni?

Hosp. Ita igitur tyrannus exsistit, ut dicimus, et rex et paucorum et optimatum et populi gubernatio, improbantibus hominibus unum illum solum imperantem ac diffidentibus umquam fore ut qui tali imperio dignus sit reperiatur, ita ut et velit et possit cum virtute et scientia imperans quod iustum et fas sit recte distribuere in omnes, nullum vero detrimentum inferat nec interficiat laedatve quemcumque voluerit nostrum; quamquam talis si reperiretur qualem dicimus, eum magni aestimatum iri et beate victurum esse gubernantem solum accurate rectam civitatem.

So. Quidni?

Hosp. Nunc vero quando non exsistit, ut scilicet dicimus, in civitatibus rex qualis in examinibus innascitur, et corpore et animo statim praestans omnibus, oportet nos congressos leges scribere, ut patet, persequentes verissimae civitatis vestigia.

So. Sane istud quidem.

Hosp. Num igitur miramur, Socrate, quod in huiusmodi civitatibus tanta eveniant mala et tanta eventura sint, eiusmodi fundamento eis substrato, ut ex praescriptionibus et institutis, non cum scientia res gerant, quo si alia gubernatio uteretur, quilibet perspicit fore ut omnia perderet quae hac ratione gererentur? an illud magis nobis mirum esse debet, quod tam firma sit civitas naturâ? accidunt enim talia civitatibus nunc ad immensum iam tempus, tamen nonnullae earum stabiles sunt nec evertuntur; multae autem quandoque, velut naves submersae, pereunt et perierunt et posthac peribunt propter gubernatorum nautarumque perversitatem, quippe qui rerum maximarum maxima ignorantia teneantur et, licet rerum civilium prorsus ignari sint, tamen se arbitrentur in omnibus planissime ex omnibus disciplinis hanc percepisse.

ΣΩ. Ἀληθέστατα.

ΞΕ. Τίς οὖν δὴ τῶν οὐκ ὀρθῶν πολιτειῶν τούτων ἥκιστα χαλεπὴ συζῆν, πασῶν χαλεπῶν οὐσῶν, καὶ τίς βαρυτάτη; δεῖ τι κατιδεῖν ἡμᾶς; καίπερ πρός γε τὸ νῦν προτεθὲν ἡμῖν πάρεργον λεγόμενον, οὐ μὴν ἀλλ' εἴς γε τὸ ὅλον ἴσως ἅπανθ' ἕνεκα τοῦ τοιούτου πάντες δρῶμεν χάριν.

ΣΩ. Δεῖ· πῶς δ' οὔ;

ΞΕ. * Τὴν αὐτὴν τοίνυν φαθὶ τριῶν οὐσῶν χαλεπὴν διαφερόντως ἅμα καὶ ῥᾴστην γίγνεσθαι. C

ΣΩ. Πῶς φῄς;

ΞΕ. Οὐκ ἄλλως, πλὴν μοναρχίαν φημὶ καὶ ὀλίγων ἀρχὴν καὶ πολλῶν εἶναι τρεῖς ταύτας ἡμῖν λεγομένας τοῦ νῦν ἐπικεχυμένου λόγου κατ' ἀρχάς.

ΣΩ. Ἦσαν γὰρ οὖν.

ΞΕ. Ταύτας τοίνυν δίχα τέμνοντες μίαν ἑκάστην ἓξ ποιῶμεν, τὴν ὀρθὴν χωρὶς ἀποκρίναντες τούτων ἑβδόμην.

ΣΩ. Πῶς;

ΞΕ. * Ἐκ μὲν τῆς μοναρχίας βασιλικὴν καὶ τυραννικήν, ἐκ δ' αὖ τῶν μὴ πολλῶν τήν τε *) εὐώνυμον ἔφαμεν εἶναι ἀριστοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν, ἐκ δ' αὖ τῶν πολλῶν τότε μὲν ἁπλῆν ἐπονομάζοντες ἐτίθεμεν δημοκρατίαν, νῦν δὲ αὖ καὶ ταύτην ἡμῖν θετέον ἐστὶ διπλῆν. D

ΣΩ. Πῶς δή; καὶ τίνι διαιροῦντες ταύτην;

ΞΕ. Οὐδὲν διαφέροντι τῶν ἄλλων, οὐδ' εἰ τοὔνομα ἤδη διπλοῦν ἐστὶ ταύτης· ἀλλὰ τό γε κατὰ νόμους * ἄρχειν καὶ παρανομεῖν **) ἔστι καὶ ταύτῃ καὶ ταῖς ἄλλαις. E

ΣΩ. Ἔστι γὰρ οὖν.

ΞΕ. Τότε μὲν τοίνυν τὴν ὀρθὴν ζητοῦσι τοῦτο τὸ τμῆμα οὐκ ἦν χρήσιμον, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἀπεδείξαμεν· ἐπειδὴ δὲ ἐξείλομεν ἐκείνην, τὰς δ' ἄλλας ἔθεμεν

---

*) ἴσ. τήν γε.

**) ἄλλ. παρανόμως.

So. Verissime.

